Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres



Iosephi Iudei Histo

rici pręclara opera nõ parua accuratiõe & diligentia recẽter ipress.i necnõ a cõplusculis mẽdis q̃bus passi ãtea fuerãt terſa atq; castigata

De Antiquitatib' Libri viginti nũc pri

mũ cũ duplici ad bibliã cõcordantia: vnaquidẽ generali ad leges & historiales biblię libros: altera vero spãli ad singula eorũdẽ capitula

De Iudaicobello Libri septem ad octo

nouissimos eiusdẽ de ãtiquitatibus libros: nec nõ ad Agesippi xpiani de hierosolimitano excidio quinq; libros collati cõsiliatiq; cõcordati

De Antiqua Iudeoꝝ origine cõtra Gre

cos & Manethonẽ ægyptiũ: necnon cõtra Appionẽ Alexandrinũ libri duo hucusq; confusi: nunc vero per capita distincti.

Ethisorbus Iosephi operib' adiecta sũt

accurate singulis capitibus cõpendiosa argumẽta; cũ ãnotatiũcul'i margine vbiq; accõmodatissime, collocatis nõ parũ lectori cõducentibus

Roberti goullet sacre pagine professoris

eruditissimi, q̃ pdicta Iosephi opa eo modo quo p̃missũ ẽ nõ sine magnolabore excoluit, Tretramonõ: ex ipsius Iosephi / bilię historiæ collasticę Agesippi epithomatibus solerter conciliatum,

Eiusdẽ cõpendiũ de sex etatib' seculi i quo


ꝑter xpi genealogiã multa scitu dignissima cõtinent. breuis scilicet. cosmographię recollectio: & oim ferme regnorũ origo successio & finis q̃q; reges i illis & quot annis regnauerunt. Illi præsertim quorum sacri codices: ac Iosephus noster meminerunt.

Ex libris Joh. Magni Banari
Ingolstadiensis
Sum Bar:
Widmanij
Fide manu con.
Ade 1605



Venundantur parrhisijs in vico diui Ja
cobi sub intersignio Lilii aurei.

(151)



Ad reuerendū in Cdzisto patrē et dominū Dominū Ludouicum Herbert Abricensem Episcopū omnigena virtute optimisq; litteris apprime cōspicuū: in IOSEPHI Hebrei historici recognitionē. ROBERTI GOVLLET inter sacrarū litterarum professores minimi

¶ PREFACIO

·Eccles.xxx.iij

VEMADMODVM nihil est homini (q̄diu mortalem agit vitam) honesta operatione diligentiq; industria cōducibilius (sacratissime pręsul) ita eidem torpedine ac inerti ocio nichil neq; pernicios̄us est neq; detestabilius. Siquidem ignauia animi flacescunt torpescuntq; corpora: & multam (pro ecclesiastici sententia) malicia docuit ocio sitas quę omnia proculdubio abigit honestus labor. Hinc Marcus Cato dicere solebat hominis vitam propevti ferrum esse. Q ñ q̄dē ferrum (si exerceas) cum splendore conteritur: si nus rubigo interfecit: haud secus si se homo execeat cum laudis splendore consumitur. Pluſq; accidia affert detrimenti q̄ exercitatio. Quod & Christianus Poeta Mantuanus eleganti carmine expręssit sic inquiens.

Marcus Cato.

Baptista Parthenicę Prima.

Pigros rubigine sensus
Occia corrodunt sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat. ferrum si transit in vsus
Assiduos splendore micat vultuq; nitenti.
Audet ad argenti decus aspirare superbum.
At si longua quies eritfuscatur: & atram
Vertitur in scabiem: cęleriq; absumitur euo.

Solon. Aristt eles. Cleantes. Appelles. Plinius. Seneca. Origenes. iulius. iob.v. iob.vij.

¶ Proinde maiores nri quicquid noctu dieq; elaborabāt spirituali apponebāt lucro. Vñ Solon vnus ex septē sapiētibus se aliquid quotidie addiscētē cōsenescere gloriabatur. ¶ Stratū aūt petēs Arist. plūbea manu pilā sumebat quę in subiectū vas ęneū decidēs ad studiū excitabat. ¶ Cleantes noctu hortos irrigabat quo posse iterdiu philosophie studio icūbere. Appelles itidē egregius pictor nūq̄ tā occupatū diē egit qui artis suę lineā duceret: vñ tale emanauit adagiū: nulla dies siue lineā Plinius quoq; omne tēpus quod litteris nō impartiret: perire arbitrabatur. ¶ Etiā nō seneca ocīū sine litteris mortēviuiq; hois dicebat eē sepulturā. ¶ Nō parū cōmēdatur Ad amātius Origines vt pote cū neq; cibū absq; erudita lectiōe sumere voluisset neq; manus habuerit vnq̄ pugillari vacuas. iulius ille cęsar magnis efferī p̄coniis q bella quę die gessisset nocte mādabat litteris. His nāq; cęteris q̄ sapiētie studiosis exploratū est hoiem natū esse ad laborē & auē ad volotatū. Malicia siquidē inquit iob ē vita hois sup terrā & sicut dies mercēnarij dies eius. Quo circa nullāvt credere par ē grauiorē arbitrari sūt iactura q̄ futilē tpis contritionē de quo reddenda esse villicationis rationē euangelicū verbū cōminatur. ¶ Horū itaq; vestigia ꝑ virili eminus sequi percupiēs vt ociositatē omniū bonarū artiū nouercā deuitarē: nō nichil studiosi operis volui deligere quod etiā in communē hoim cederet vtilitatē: scienr hominē hoim cā vt ptritū habet ꝑ puerbiū fuisse natū. Verū eniuero operepręciū eē duxi si antiquorū libros q nichil mea sētentia ex his quę ad cōmunē hominū eruditionē necessaria prętermiserūt nobis relictos a mēdis & erroribus quos indies aut ex frequēti transcriptione seu pręssione acquirūt eleuamus pristinoq; restituamus nitori. Sic eni ęquū est vt q̄d crebro male pullulat crebrius succidaī. Necvero minus reipublice cōfuerūt qui aurū repugnāt q̄ qui effodiūt. ¶ Quū igitur michi egregia IOSEPHI quē p̄dē IOSEPHI vocāt opa occurrisset vsq; adeo deprauata vt nec ꝑ usula q̄dē integra ferme appareret: cepi ad illius tā digni tāq; vtilis atq; necessariį opis castigationē manus applicare cū mihi vacabat ocio & his q̄dē diebus feriatis q̄bus populo cōcionari nō suppetebat. Eaq̄ nāq; ratiōe potissimū p suasus sū q̄ hmōi opera ad sacrę historie elucidationē sint per qua necessaria. Adde q̄ tu in sane multa reperies etiā scitu digniſſima quos sacrę nostrę litterę nichil mēmineruht. Et cū a Machabeorū tēpestatevsq; ad Christi tēpora centū & plus effluxerimāni: in quo quidē tēporis interstitio nihil in biblia de iudeorū statu memoratur. Hęc habes ꝑ illa tēpestatis itercapidine apud nostrū iosephū accuratissime descripta quę etiā oīa vsq; ad quadragesimū & supra post salutiferā Christi passionē cōtinuauit annū

Vtilitas lecturę librorū iosephi

¶ Meminit ad hęc iosepns sanctissimi saluatoris nri. Quinetiā de iohānis baptistę & iacobi minoris sanctimonia mētionē facit idq; ad nostre religionis p̄conia p̄ppe cū ab aduersarijs bonū habere testimoniū sit opido per q̄ cōmēdabile. Quo circa hoc egregiū opus antiquitatuį ab ipsimet hebręis nre inuidētibus fidei teste Pico Mirandula fuit viciatū. ¶ Est prętera librorū iosephi lectura maxie de iudaico bello ꝑ hac fluctuosa tēpestate qua tantus bellorū in Christianitate ingruit horror vtilissima Quandoquidē nichil ferme videbis in his que modo geruntur cruentissimis prelijs cui nō videatur sīe aliquid olimiudeis quibus i religiōe sed lōge sanctiore suecedimus cōmerētibus suis sceleribus botigisse quotū iosephus nr finale narrat excidiū. ¶ Nunc vtinā principes nri bellorūq; auspices ha-

berēt pręoculis:cognoscerērvtiq; q̄ discrimiosus bellorū aditus q̄q; dubius sit exitus Hos nēpeq; autu marē non cū tanta pernicia perpensos fore ad bellicas expeditiones:cū perhorrēda hūani sāguinis p fusione succedēdi. Vñ prothnefas tot insontiū expilatiōes & cedes tot diuersorū exiciales locoꝝ euer siōes. stupra/raptus/adulteria/rapinę/furta iiuste exactiōes sacrilegia & imunera mala ꝓpdeūt. Ah vti nā saperēt & intelligerēt ac nouissima ꝓuiderēt. Sed de his alias. ¶ Huius iraq; ęgregia iosephi ope- Deutro.xxxiij.
ra non sine multa lucubratione:iproboq; labore recognoui sic q̄ meo iudicio nullæ aut ppaurę sup sint mēdę:nisi quas Calcographorū/quibus sēper adesse nō potui/opus ipsū imprimendo parti igno rantia : parti negligētia cōtigit emersisse. Q naproptez si inter legendū quippiā errorū inuenias aut in cōcinua elemētorū variātia/aut falsa numerorū supputationevel negligenti alicuius dictionis omissio ne nō michi ascribas quęso. ¶ Libros autē anriquitatū ad biblię nostrę historias q̄tū se protrahūt or dinatis in inferiori margine singulorū librorum & capitum anotationibus cōcordare studui . Libros quoq; septē de Iudaico bello cū octo nouissimis antiquitatū libris:necnō cū historia Aęgesippi Chri stiani antiquissimi/quā de hierosolimitano excidio i quīq; libris scripsit/libros i margine & capita sub siguando conciliaui:huic addendo operi quę Iosephus misit. ¶ Nouissimū insuper opus o isephi vbi aliorū meminit librorū/quod cōtra grecos Manetonē ęgyptiū & Appionē alexandrinū de suę gen tis antiquitate cōpilauit/distinxi per capita:& singulis omuiū librorū capitibus breuiuscuala sūmaria adieci,ac in superiori margine ꝓ studiȝ leuādo labore per q̄ vtiles annotaciunculas locaui. ¶ Cetęrū indicē toti operi perneceſſariuȝ adunaui quod Monotesserō sine TETRAMONON pōt appellari Ex quattuor enī historijs cōpendiosissime cōcinatum est. Nā singula operū Iosephi ępithomata com plectitur. in quibus sūmati perstringūtur quę in Iosepho diffuse enarrātur quibus que tā ex biblia qua scolastica historia capita annotātur in quibus illa per āple cōtinētur adeo vt cōpendiaria via sit ad p uestigāda vniuer quaquauersū tendas. Itidē ex egesippi historia in libris de iudaico bello effeci insup tā ex biblia q̄ historia scolastica & ęgesippo additiōes eorū scilicet/qnę noster Iosephus prętermisit/ suis apposui locis: ¶ Verū enī cū laborī finē voluissem imponere statim bellorū memoria/quibus he heri aduersus ferme omnigenas hoim nationes fuerunt exercitati nouū michi ministrauit negocium Nā vt nostri iosephi eluceſceret historia cōpēdiosam de sex ęculi ętatibus ex sacris codicibus necnō catholicis doctoribus & alijs antiquissimis nō paruo studio collectionē cōgessi vbi adiecta breuiuscu la vniuersi orbis cosmographia & oim regnorū inicia regūq; successiones nomina & annorū numeri vsq; ad iosephi nostri tēpora q̄tū ad operū eius luculentiorem intelligentiā videbātur conducere per strigūt. ¶ Ad hęc sacratissimā saluatoris nr̄i. IESV CHRISTI generalogiā q factus ē ex seine dauid secūdū carnē ex philonis iudei & diui hieronimi & aliorū autenticorū scriptis Matheū & Lucā euā- Roma.capi.j.
gelistas necnō & nōnullos sacrę scripture alios passus concordando luculenter inserui. ¶ Cū itaq; aio volūtarē cui has meas lucubraciūcnlas deuouerē tu mihi imprimis occurristi dignissime pontifex cui plurima debeo cęteriq; mei cōtubernales Haricuriani quippe cū tuis auspicijs Rcuerēdus in Christo pter & dñs Dñs bonę memore Gauffridus.herbert Constiensis olim pręsul meritissimus germanus tuns cuius animā collocet dominus cū principibus populi sui a paucis annis Haricurianū ludum no strū āplissimis donauit prouētibus:ad scolasticorū æducationē:ob idq; tu cū claris fratribus tuis quo rum officijs me totum deuoui & deuoueo ampla impartitum es munera. Efflagito igitur id munuscu li hilari accipias animo:Artaxerxis exemplo qui vt meminit, Plutarcus inter equitandum a colone Plutachus.
quodam lagūculam aqnę plenam hilariter excepit animi affectū pluris q̄ muneris quantitatē ducēs Cū euī propter bonas artes quibus maximopere clares obq; animi tui virtutē qua prestantius nichil est Et presertim propter illā tuā benignam affabilitatē qua animos hominū tibi concilias & ad te di diligendū allicis omnibus sis gratus & amabilis non ambigo si hic noster labor tibi placeat qui oībus sit acceptus. Vale præsulū columē & decus EX HARICVRIANIS Sędibus Parrhisij tertio kalen das Februarias. Anno dominice salutis Millesimo quingentesimo decimo tertio. 1513

Iosephi in pseudographos Querimonia.

Mancus ego nuper Lacero mutilatus amictu:
Crinibus impexis pube tegente genas
Obscuraq; miser longe relegatus in oras
Exilium quęsta est mens gemebunda suum
Detritus iacui truncato stipire nullis
Nexibus aut neruis squallida membra valet
Saucia nec doctus reparauit corda Machaon
Lumina nec chyron:curaq; phillicides.
Non circes iuuit falsę non phasidos herbę
Nec coi quicq̄ pharmaca rara senis
Hei nimium possem vigilatas plangere noctes
Atq; queri studio preterijsse dies
Vt mea calorum memorarent gesta virorum
Scripta:vel optato fine legatur opus
Ni bene crescenti occurrissent numina morbo
Dum michi cōstanti mente Robertus adest
Ingenium:feruens studium constantia sudor
Me fœdis soluit lector amande notis

FINIS

a.i.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

¶ Incipit Flauius Iosephus historicus illustrissimus de Iudaico bello per venerabilem Ruffinum presbiterum de greco in latinum traductus Antehac quidem mendose impressus ac in infinitis fere locis deprauatus: nuncvero per grauissimum atq; profundissimum theologię doctorem necnō professorem: magistrum Robertum Goullet: non sine multa lucubratione grandiq; labore in suum primum statum restitutus excultus & vbiq; emendatus adiectis singulorum capitum compendiosis argumentis: cum annotatiunculis perq̄ vtilibus in margine collocatis necnon cum concordantijs ad libros eiusdem Iosephi de antiquitatibus & ad Aegesippum christianum de Excidio Hierosolymitano.

¶ PROLOGVS.

A QVONIAM bellum quod cum populo Romano gessere Iudei omniū maximum quę nostra ętas vidit. quęq; auditu percœpimus ciuitates cum ciuitatibus gentesue commisisse cum gentibus quidam non q̄ rebus interfuerint. sed vana & incongrua narrātium sermones auribus colligentes oratorum more perscribunt. qui vero presto fuerūt aut romanorū obsequio: aut odio iudeorū contra fidem rerū falsa confirmant scriptis autē eorū partim accusatio: partim laudatio continetur nusq̄ vero exacta fides reperitur historię. Idcirco statui quę retro barbaris antea missi patria lingua digesta: greca nunc his qui Romano imperio reguntur exponere. Ego Iosephus Mathię alias mathatię filius hebreus genere sacerdos ex hierosolimis. qui & initio cū Romanis bello conflixi. postea gestis quia necessitas exegit interfui. Nam cum hic (vt dixi) motus grauissimus exortus: romanorum quidē populum domesticus morbus habebat. Iudeorum autem qui ętate validi & ingenio turbulenti erant. manu simul ac pecunia vigentes: adeo temporibus insolenter abusi sunt. Vt pro tumultus magnitudine hos possidendarū spes illos amittendarum partium orientis mœtus inuaderet. Quoniam iudei quidem cunctos etiam qui trans eufratem essent gentiles suos secum rebellaturos esse crediderāt romanos autem & finitimi galathę irritabant. nec manus celtica quiescebat. dissensionumq; plena erant omnia post Neronem. Et
B multos quidem reges tempus adhortabatur: lucri autem cupidine pars militaris mutationem presentium desiderabat. Itaq; indignum esse duxi errantem in tantis rebus dissimulare veritatē: & parthos quidem ac babilonios arabumq; remotissimos & vltra eufratem gentis nostrę incolas itemq; adiabenos mea diligentia vere cognoscere vnde cepisset bellum: quantis cladibus constitisset. quoue modo desisset. Grecos vero & romanorum aliquos qui militiam secuti non essent figmentis siue adulationibus captos ista nescire: atq; hystorijs audent eos inscribere. Qui preter hoc vt michi quidem videtur q̄ nichil sanum referunt: etiam de proposito decidunt. Nam dum romanos magnos volunt ostendere: iudeorum rem extenuant & in humilitatem deiciunt. Non autem intelligo quonam pacto magni esse videantur qui paruа superauerint. & neq; longi temporis eos pudet quo bellum tractū: neq; multitudinis romanorum quam in ea militia labor exercuit. neq; ducum magnitudinis: quorum profecto gloria minuitur: si cum multum pro hierosolimis desudauerint rebus per eos gestis aliquid derogetur. Nec tamen ego contentione romanas res extollentium gentiles meos amplificare decreui: sed facta quidem vtrorumq; sine vllo mendacio prosequar: dicta vero de factis reponam: dolori atq; affe-
C ctioni meę in deflendis patrię cladibus indulgens. Nam q̄ domesticis dissensionibus euersa: & in tēplum sacrosanctum inuitas romanorum manus atq; ignem iudeorum tyranni traxere: testis qui eam vastauit ipse cęsar titus per omne bellum miseratus quidem populum q̄ a sedicionis custodiretur: sępe autem consulto differri passus ciuitatis excidium protracto obsidionis spacio: dum modo belli pœniteret auctores. Quod si quis me aduersus tyrannos eorumq; latrocinium accusatorie loqui putet. vel patrię miserijs ingementem calumniari preter legem historię dolori veniam tribuat. Ex omnibus enim quę romano imperio parent: solam ciuitatem nostram contigit ad summum fœlicitatis gradum procedere: eandemq; ad vltimos casus deponi. Deniq; oīm post condita secula res aduersas si cum iudeorum calamitatibus conferantur: superatum iri nō ambigo. Et horum auctor nullus externus est. Vnde nec fieri potest vt a quęstibus temperetur Si quis autem clarior misericordie fit iudex: rex quidem tribuat historię: lamenta vero scriptori. Quanq̄ merito grecorum disertos increpauerim: qui tātis rebus sua memoria gestis quarum comparatione preterita olim bella exigua demōstrantur: iudices re

Iosephus iudeus genere sacerdos in initio belli contra Romanos conflixit.

Spes iudeis possidēdarū orientis partiū & metus Romanis amittēdarū cā fuit Iudaici belli.

Adulatores qui dā romanos volūt exaltare & iudeos deprimere

Sine mēdacio p mittit vtrorūq; facta cōscribere

Fœliciſſima primo hierm post ea miſerria. &c.

ſident aliorum facundię detrahentes.quorum & ſi doctrinam ſuperant. voluntate vincuntur.Ipſi ve-
ro aſſyriorum & medorum geſta perſcribunt veluti minus recte a ſcriptoribus antiquis fuerint expoſi
ta cum in ſcribendo tantum eorũ viribus cedant quantũ ſententię.Erat enim vnicuiq; ſtudiũ quę vi- D
diſſet facta ſcribere: qm̃ & interfuiſſet rebus geſtis:& efficaciter quod promittebat impleret:mentiriq;
apud ſcientes inhoneſtum eſſe videretur.Enim vero noua quidem neq; ante cognita memorię trade
re ſuiſq; tẽporis res commendare poſteris.Laude ac teſtimonio dignum eſt.Induſtrius autem habeť
non qui alienam diſpoſitionem atq; ordinem tranſfert.ſed qui noua dicendo etiam corpus proprium
conficit hiſtorię.Sed ego quidem ſumptu ac labore maximo qui eſſem alienigena, grecis & romanis
geſtarũ rerum memoriã rẽpono.Ipſis autem indigenis ad quęſtum quidem ac lites ora patent linguę
quę ſolutę ſunt ad hiſtoriam:in qua verum dicendum:ſummaq; ope negocia colligenda ſunt obmu-
teſcunt conceſſa infirmioribus neq; ſcientibus licentia ſcribendi res a principibus geſtas. ¶ Honora
Veritas hiſtorię a Grecis negle-
cta a iudeis ho-
noratur.
tur itaq; apud nos hiſtorię veritas quę a grecis negligitur. Ab origine quidem iudeos repetere qui
fuerint quoue pacto ab ęgyptijs diſceſſerint:quaſq; regiones errãdo peragrauerit:& quas vel quotiẽs
incoluerint:& quemadmodum inde migrauerint neq; huius eſſe temporis & pręterea ſuperuacuum
exiſtimaui:quoniam multi ante me iudeorum de maioribus huius gentis veriſſima compoſuerunt &
Modũ declarat
auctor ꝓcedẽdi
in pręſẽti opere
nonnulli grecorum quę illi ſcripſerant patria voce proſecuti.non multũ a veritate deuiarunt. ¶ Exin
de autem hiſtorię principium ſumam:quo ſcriptores eorum& prophetę noſtri deſierunt.Et bellũ qui
dem meis temporibus geſtum latius quaq; potero diligentia referam. Quę vero etate mea ſunt anti
Sũma tractãdo-
rũ in hoc opere.
quiora ſummatim breuiterq; percurram quomodo anthiochus cognomento epiphanes deuictis pe-
nitus Hieroſolimis cũ trienniũ ſexq; menſes eam tenuiſſet:ab Aſſamonei alias Aſamonei filijs expul E
ſus eſt.deinde ꝙ eorum poſteri de regno diſſentiẽtes ad res ſuas occupãdas populum romanũ pom-
peiumq; traxerunt:ꝙq; Herodes Antipatri filius eorum potẽtiam depoſuerit auxilio ſoſij.Tum quo-
modo herode mortuo plebis in eos orta ſeditio eſt auguſto quidem imperante romanis . Quintilio
autem varo in locis degente: ꝙq; bellum anno duodecimo poſt imperium Neronis eruperit:quamq;
multa per Soſium acciderint: quantaq; ad primos impetus armis iudei perſuaſerint quoq; modo ac-
colas permunierint.Et ꝙ Nero propter Ceſtij alias Ceſſij peccata ſumme rei metuens Veſpaſianum
Bello prępoſuerit.& ꝙ is cum maximo filiorum iudeam intrauerit quantumq; romanorum exercitũ
ducens.quantaq; manus auxiliorum per omnem cęſa fuerit galileam & ꝙ eius ciuitates quaſdam vi-
ctoria cœperit alias deditione vbi etiam romanorum in bello diſciplinam curamq; rerũ & vtriuſq; ga-
lileę ſpacia & naturam fineſq; Iudeę necnon & peculiarem terrę ęqualitatem lacuſq; & fontes capta
rumq; ciuitatum mala cum fide ſicut vidi aut pertuli expediam Nec enim miſerias meas celauerim:
Epylogus dicẽ-
dorum.
cum eas ſcientibus relaturus ſim. ¶ Deinde ꝙ iam feſſis rebus iudeorum nero quidem morte obierit.
Veſpaſianus autem in hieroſolimam properans imperij cauſa retractus ſit:queq; ſigna ei de hoc con-
tigerint.romęq; mutationes:& ꝙ inuitus imperator a militibus declaratus ſit.& ꝙ eo diſponende rei-
publice gratia in ęgipto digreſſo.iudeorum ſtatus ſeditionibus agitatibus ſit quoq; modo tyrãnis ſuc
cubuerit.eorumq; inter ſe diſcordias:& ꝙ ex ęgipto tytus reuerſus bis iudeorũ fines ingreſſus ſit.quo
q; modo exercitum & quo in loco congregauerit.vel qualiter & quotiens ciuitatem affecerit ipſo prę-
ſente ſeditio aggreſſus quoq; numeroſos & quantos erexerit aggeres triumq; murorum ambitum &
magnitudinem ſiue menſuram.& munitionem ciuitatis.& phani templiq; diſpoſitionem. ad hęc arę
ſpacium atq; menſuram veriſſime dicam.Feſtorum quoq; dierum mores aliquos ſeptemq; luſtratio-
nes & munera ſacerdotum.Itemq; pontificis veſtes ſanctaq; templi cuiuſmodi fuerint.ſine aliqua diſ
ſimulatione vel adiectione memorabo. ¶ Narrabo deinde tyrannorum in ſuos gentilium crudelita-
tem.romanorum in alienigenas humanitatem: quotienſq; titus ciuitatem ſimul ac templum ſeruare
cupiens ad concordie fœdera diſſidentes ꝓuocauit. Diſcordiã vero populi vulnera & calamitates.
q̃q; multa mala nunc bello nunc ſeditionibus.nunc fame perpeſſi.poſtea capti ſunt Nec ergo aut pro-
fugarum clades.aut captiuorum ſupplicia prętermittam vel quemadmodum templum inuito cęſare
conflagrauerit.quaq; multę opes ſacrę flamina raptę ſint. ac totius quę reliqua erat ciuitatis excidiu; F
& quę pręceſſerant portenta atq; prodigia.vel tyrannorum captiuitatem vel quę ſeruituti abducta eſt
multitudinem aut cuiuſ quiſq; fortunę ſit diſtributus: & ꝙ romani quidem belli reliquias perſecuti
ſunt in eorumq; munimina funditus eruerunt. Titus vero peragrato territorio cuncta reſtituit.eiuſdẽ.
Septẽ libris per-
actũ opus de iu
daico bello.
q; reuerſionem in italiam ac triumphum. ¶ Hęc omnia ſeptem libris compręhenſa pręſcripſi:& nevi
tuperationes a rerum ſcientibus & qui bello interfuerunt ſuſtineam : verum amantibus prout verius
potui cuncta explicaui.Narrandi autem initium faciam:hoc ordine quo capitula ſunt digeſta.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit Liber Primus.

¶ Cōtentione inter Iudeos orta multi eorum ad Anthiochum Epyphanem relictis patrijs legibus confugerunt qui maximo cum exercitu veniens ciuitatem cepit & militibus prędandi data licentia templum spoliauit & solemnitates per tres annos sexq; menses prohibuit unde pontifex Onias ad Ptholomeum fugiens templum simile Hierosolymitano in ægypto edificauit Antiochus autem circuncisionem prohibens porcos fecit immolari. Matathias vero Asamonei filius & sacerdos Bachidem occidens fugit in montes sed inde multis sibi sociatis commisso prelio hostes superauit. Moriens autem Iudę filio principatum dedit qui Anthiochum vincens templum purgauit & noua vasa intulit/Mortuo quoq; Anthiocho filius eius Anthiochus odij heres exercitum contra Iudeos parat Et eleazarus elephantem occidens sub ventre illius interijt Antiochus autem Hierusalem ob fidem post paucos dies vtens filium penuria coactus recedit. Et Iudas multis interfectis hostibus ciuitatem & frater eius Iohannes.

Capitulum primum.

A

Anti.li. xii. ca.x Egesip. pus li.i. capi.i. i. Mac. c. i. Ca. pi.i.ii. 1

CVM POTENTES ALIAS gentes Iudeorum inter se dissiderent eo tempore quo de tota Syria cum Ptolomeo sexto Anthiochus (qui epyphanes dictus est) ambigebat. ¶ Erat autem illis contentio de potentia & honoratus quisq; grauiter ferret similibus subiugari. Onias quidem e pontificibus postq; prevaluit thobię filios expulit ciuitate. Illi autem supplices ad Anthiochum confugerunt: petentes vt semet ducibus in iudeam irrumperet: Idq; regi persuasum est: tampridem sic animato. Quare cum magnis militum copijs egressus & ciuitatem fortiter expugnauit & maximam eorum multitudinem (quibus Ptolomeus carior erat) interfecit.

B

¶ Datoq; passim militibus predandi licentia ipse & templum expoliauit: & quotidianæ religionis assiduitatem per annos tres sexq; menses inhibuit. ¶ Pontifex autem Onias effugit ad Ptolomeum acceptoq; ab eo in Hæliopotana regione solo ibi opidum condidit Hierosolymis simile: templumq; edificauit. De quibus iterum oportune referemus. Verumtamen neq; preter spem deuicta ciuitas. neq; populatione neq; tantę cędes Anthiocho satisfuerunt: sed intemperantia vitiorum eorumq; memoria quę in obsidione pertulerat iudeos cogere cepit vt abrogato more patrio nec infantes suos circunciderent porcosq; super aram immolarent. Quibus omnes aduersabantur optimus vero quisq; prestantes trucidabatur. Et Bachides presidijs ab Anthiocho prepositus: ad naturalem crudelitatem sum preceptis impijs obsecundans omnem modum iniquitatis excessit: cum hic sigillatim viros honorabiles verberaret: communiter quotidie specie capitę vrbis exhiberet: donec eos atrocitate incommodorum qui ex patiebantur ad vindictę audaciam irritauit. ¶ Deniq; Matathias Asamonei filius vnus ex sacerdotibus ex vico (cui nomen est Modin alias Monein) cum manu domestica nā quinq; filios habebat: sic his armatus Bachidem occidit & statim quidem presidiorum multitudinem veritus in montes refugit. Multis vero ex populo sibi sociatis recepta fiducia descendit: commissoq; prelio superatos duces Anthiochi ex iudeę finibus exegit. Secundis autem rebus potentiam nactus suisq; nolentibus & eos ab alienigenis liberasset imperans: moritur relicto Iudę principatu: qui filio tum suorum natu maximus erat. ¶ Ille autem nec enim cessaturum existimabat Anthiochum & indigenarum conflabat exercitum: & cum romanis primus amicitiam pepigit Anthiochumq; epyphanem iterum in fines suos ingredientem vehementissima percussum plaga repressit. Adhuc autem feruente victoria in presidia ciuitatis impetum fecit. necdum enim cessa fuerant habitoq; conflictu nulli nes de superiore ciuitate quę pars sancta dicitur ad inferiorem compellit. Phano autem potitus & loco purgauit omnemq; muro cinxit: & vasa noua diuinis rebus curandis fabricata in templum intulit veluti pro prioribus prophanatis aramq; aliam edificauit & religionibus dedit initium. ¶ Sacro autem ritu vix ciuitati reddito moritur quidem Anthiochus: regni autem eius in iudeos filius eius Anthiochus odiśq; heres exigit. Quamobrem cōgregatis peditum militibus quinquaginta equitum autem ad quinq; milia: octingentis vero elephantis per montana iudeę partes aggreditur. Et bethsuron alias bethsuram vel befferon quidem municipium capit: in loco vero cui betzacabrie alias bergazarie nomen est qua transitus erat angustior iudas cum suis copijs occurrit. Et priusq; congrederentur agmina eleazarus frater eius prospecto preter alios excelso elephanto turrię maxima & munimentis aureis ornato illuc Anthiochum esse ratus a suis procul excurrit: ruptaq; hostili acie ad elephantem vsq; peruenit. Sed illum quidem quem regem esse opinabatur contingere q̄ multum super emineret minime potuit. Beluam vero in alto percussam super se deposuit & obtritus interijt nulla re alia gesta nisi q̄ magnum opus aggredi conatus post vitam gloriam habuit. Qui tamen regebat elephantum priuatus erat. Et si casu in eo fuisset anthiochus nichil plus eleazaro prestitisset audacia q̄ vt sola spe preclari facinoris mortem videretur optasse. Hoc autem fratri eius etiam totius prelij presagium fuit. Nam fortiter quidem Iudei diuq; decertarunt: sed a regijs secunda fortuna visq; numeroq;

Cōtētiōe inter iudeos orta multi ad ātiochū Epyphanem cōfugerūt relictis patrijs legibus q̄ maximo cū exercitu veniens ciuitatem cepit. &c Onias ad ptolomeū fugiēs templū simile hierosolimitano i ęgypto edificauit. Crudelitas ātiochi qui porcos i molari iussit & circuncisionem prohibuit. Matathias Asamonei filius sacerdos hīs quinq; filios bachidē occidēs fugit in mōtes sed deiñ multis sibi sociatis cōmisso prelio hostes superauit & moriens iudę filio principatum reliquit. Mortuo anthiocho rege filius eius Antiochus odij heres exercitum contra iudeos parat. Eleazarus elephātem occidēs sub ipsius vētre interijt.

Antiochus hierusalē obsidet ꝫ vtensilium penuria discedit. Iudas mꝛtis hostibus interfectis occubuit & frat eius Iohannes.

preſtantibus ſuperati ſunt: multiſq; interfectis Iudas cum ceteris in Gofnilicam Topartiam refugit. D

¶ Anthiochus autem ad Hierofolymam profectus ibiq; dies paucos commoratus vtenſilium pœnuria inde diſgreditur: relicto quidem ibi preſidio quantum ſatis eſſe arbitrabatur. Cętera vero multitudine ad hiemandum deducta in ſyriam. ¶ Diſceſſu autem regis Iudas non quieſcebat ſed accerſione multorum ſuę gentis animatus aggregatis etiamquos ex prelio receperat apud vicum adaſa cum Anthiochi ducibus congreditur factiſq; fortibus in prelio cognitus. Multis hoſtibus interfectis occumbit. ¶ Et in diebus paucis frater eius Iohannes occiditur inſidijs eorum captus qui cum Anthiocho ſentiebant.

Anti. li. xiij. capi. xvij.

¶ Ionathas dux Iudeorum mortuo Iuda fratre Anthiocho reconciliatus doloſe interficitur a Triphone Symon vero victoria potitus pontifex creatur liberans a macedonum dominatione Iudeos. cvij. annis. Sed generi ſui inſidijs in conuiuio occiditur. Qui captiuata vxore ſymonis cum duobus filijs tertium iuniorem filium Iohannem qui hyrcanus dictus eſt voluit occidere. Sed ipſe paternum honorem recipiens bellum contra Ptholomeum matri & fratribus auxilio futurus. Ptholomeus vero quotiens ab hyrcano premeretur matrem eius & fratres in murum productos verberabat & precipitare minabatur. vnde ad miſericordiam commotus ceſſabat licet mater ipſa illum non parcere impio precaretur. Hyrcanus autem aperto Dauid ſepulchro ablatis inde pecunijs Anthiochum iudeam vaſtantem placauit primuſq; peregrinos aluit. Ciuitates quoq; Syrię bello inuadit Antiocho contra mœdos bellante. Et contra Samariam mouet exercitum obſidioni prefectis filijs a quibus Antiochus victus fugit Samariaq; funditus diruta eſt. Inuidiam inſuper gentilium contra hyrcanum & filios proſperitas rerum concitauit. Hyrcanus autem cuius virtutum maxima eſt laus anno principatus xxxiij. obijt quinq; poſt ſe relinquens filios.

Capitulum ſecundum.

Ionathas dux Iudeorum mortuo Iuda ātiocho reconciliatus doloſe interficitur a triphone.

CVm autem ſucceſſiſſet ei frater Ionathas: & in alijs quę ad indigenas pertinerent cautius ſe ageret ſuamq; potentiam romanorum amicitia corroboraret. Antiochi quidem filio reconciliatus: non tamen horum ei quicq̄ profuit ad periculum depellendum. Namq; Triphon tyrannus Anthiochi quidem tutor: ſed inſidijs eum captans & preter hoc amicis nudare cupiens ionathan cum ad Antiochum paucis comitatus Ptolomaida veniſſet dolo comprehēdit: eoq; vincto contra iudeam mouit exercitum. Vnde repulſus a Symone ionathę fratre: quę ab eo ſuperatus eſſet tratus: eundem ionatham interfecit. ¶ Symon autem fortiter regendis rebus mētus. Zoaten quidē & iopam & tamnium capit. Euertit & Accharam ſubactiſq; preſidijs aduerſus triphonem antiocho auxilium prebuit. quem Doris ante militiam quam in mœdos habuit obſidebat. Sed regis auiditatem ſatiare non potuit: quamuis neci Triphonis ſuam quoq; operam adhibuiſſet. Non multo enim poſt antiochus cendebeum ex ducibus ſuis ad vaſtandam iudeam opprimendum q; ſeruitio ſymonem cum exercitu miſit. Ille autē quanq̄ ſenior erat bellum tñ iuueniliter amminiſtrabat & filios quidē ſuos cū validiſſimis premiſit partem vero multitudinis comitatus alio latere aggreditur multiſq; per multa loca inſidijs etiam in mōtana diſpoſitis in omnibus ſuperat clariſſimaq; potitus victoria pontifex declaratur: & centum ſeptuaginta poſt ānos: iudeos liberata dominatione macedonū. Et hic autem moritur in conuiuio captus inſidijs ptolomei generi ſui: qui eius coniuge duobuſq; filijs in cuſtodiam concluſis certos miſit vti iohannem tertium cui etiam hyrcanus fuit nomen interficerent. Cognito autem impetu qui parabatur adoleſcens ad ciuitatem properabat multo populo frętus & propter memoriam paternę virtutis: & quod ini quitas ptolomei cunctis eſſet inuiſa. Voluit autē etiam Ptolomeus alia porta ciuitatem ingredi: ſed a populo reiectus eſt qui maturius hyrcanum ſuſceperat. & is quidem ſtatim in quoddam vltra hierichonta caſtellum receſſit quod dagon vocatur. Hyrcanus autem paternuz honorem pontificis aſſecutus poſtq̄ deo ſacrificia reddidit velociter ptolomeum petijt & matri ſimul & fratribus adiumento futurus: caſtellumq; agreſſus alijs quidem rebus ſuperior erat iuſto autem dolori cedebat. ¶ Ptolomeus enim quotiens premeretur matrem eius fratreſq; in murum productos palam vt poſſent cōſpici verberabat: eoſdem precipitaturus niſi quā primum recederet minitabatur. Vnde hyrcanum quidem plus timor ac miſericordia quam iracundia commouebatur. Mater vero eius nichil plagis aut intentata nece perterrita manus prętēdens filium precabatur: ne vel ſuis fractus iniurijs parceret impio. Siquidem ipſa ſibi mortem a ptolomeo propoſitam immortalitate duceret meliorem: dummodo ille pœnas eorum quę in domum ſuam contra fas admiſiſſet expenderet. Iohannes autem nunc obſtinationem matris cogitans ac preces eius audiens ad irruendum impellebatur modo verberari eam laceraric; conſpiciens effeminabatur: totuſq; plenus doloris erat. Ob hoc autem diu tracta obſidione: feriatus annus aduenit. Quem ſeptimo quoq; orbe apud iudeos ceſſare moris eſt: exemplo ſeptimorum dierum. Et in hoc ptholomeus obſidio-

Anti. li. xiij. ca. i. Bel. li. i. caſ. iij Anti. li. xiij. caſ. vij. E Anti. li. xiij. ca. iij Bel. li. i. ca. iij

Anti. li. xiij. ca. x Bel. li. i. ca. iij F

Anti. li. xiij. ca. xi Bel. li. i. caſ. v.

Symon potitus victoria pōtifex creatur liberās a Macedonū dominatione iudeos cētū & ſeptē annis: & inſidijs generi ſui in cōuiuio occidit q capta cōiuge & duobus filijs tertium filiū iohannē qui hircanus dicebatur voluit occidere.

Pietas filij erga matrem.

Feriatus annus ſeptimus apud Iudeos.

A nis requiem nactus/fratribus iohannis vna cum matre occisis) ad Zenonem confugit qui cotilla cognominatus est philadelphi e tyrannum. Anthiochus autem ob ea quę per symonē passus fuerat iratus in iudeam ducit exercitum ibiq; assidens hierosolymis hyrcanum obsidebat. Ille autem patefacto sepulchro dauid qui regum ditissimus fuerat ablatisq; inde pecunię plusq̄ tribus militibus talentorum Anthiocho persuasit trecentis ei talentis datis ab obsidione discedere: primusq; iudeorum priuatis opibus alere peregrina auxilia cepit. ¶ Rursusq; tamen quando antiochus contra medos bello susceptо tempus ei vindicte prębuit: confestim aduersus ciuitates syrię perrexit vacuas pro pugnatoribus esse ratus. Quod erat verum Medabam quidem & samagam cum proximis necnon & siccinam angarazin ipse caput & super his cuteorum genus & adiacentia phano loca incolentium exemplo eius qđ est in hierosolymis edificato. Capit autem idumeę quoq; non paucas alias ciuitates: & præterea Adoreson alias Adoreon & Maresan. ¶ In Samariam vero vsq; progressus vbi nūc est sebaste ciuitas ab hęrode rege condita ex omni ea parte concludit: filios quoq; suos Aristobolum & Antigonum obsidioni prefecit. Quibus nichil remittentibus ad hoc famis qui erant intra ciuitatem veneruntvt etiam insuetam carnem attingere cogerentur. Igitur Anthiochum adiutorem sibi aduocant. spondium cognominatum Qui cum eis prompta voluntate paruisset: ab Aristobolo & Antigono superatur. Et ille quidem ad scitopolim vsq; sequentibus eum memoratis fratribus effugit. Hi vero in samariam reuersi & multitudinem iterum intra murum compellunt: & expugnata ciuitate ipsam diruunt: & habitatores eius captos abducunt. Prospere autem gestis ita cedentibus alacritatem refrigescere non sinebant. sed cum exercitu scitopolim vsq; progressi & ipsam peruaserunt & agros intra carmelum omnes inter se partiti sunt. ¶ Secundarum autem rerum Iohannis & filiorum eius inuidia seditionem gentilū concitauit multiq; aduersus eos collecti nō quiescebāt donec aperto bello deuicti sunt. Reliquum vero tempus Iohannes cum fortunatissime viueret optime rebus per annos triginta & tres administratis & quinq; relictis filijs moritur vir plane beatissimus & qui nullam dedisset occasionē cur eius causa de fortuna quispiam quęreretur. Deniq; tria vel maxime precipua solus habebat. Nam & B gentis princeps & pontifex erat & preterea propheta. Cum quo deus ita colloquębaturvt futurorum penitus nichil ignoraret. Quin etiam de duobus maioribus filijs suis q̄ rerum domini permansuri non essent ante vidit atq; prędixit. Quorum vitę qui fuerat exitus narrare non indignum videtur: quantumq; a paternę fœlicitate diuerterint.

¶ Aristobolus patrę mortuo dyadema primus post captiuitatem accepit Antigonum fratrem pari honore honorans alijs fratribus cum matre vinctis. Matre fame autem necata Antigonus fratrem inuidorum accusatione consentiente regina dolose fecit interimi quem iudas esseus propheta prędixerat proxime moriturum Aristobolus quoq; celeris cogitatione sollicitus perturbato animo pro fratris & matris nece anno regni primo mortuus est quo mortuovxor eius fratrem eius Alexandrum dissolutis vinculis regem instituit qui fratrem suum regnum appetentem occidit & alterum priuata vita contentum secum habuit Prelium quoq; cum ptholomeo latiro habuit a quo victus est: & ab Obedeo arabum rege.

Capitulum tertium

C Patre namq; mortuo natu maior aristobolus translato in regnum principatu dyadema sibi primus imposuit: quadringentis & septuaginta quinq; annis ac tribus mensibus postq̄ populus in eam terram deuenit seruitio quod apud babilonios sustinuit liberatus. Fratrem vero a se secundum Antigonum namq; illum diligere videbatur in honore pari: p. ducebat. Alios autem vinctos custodię tradidit: matremq; itidem colligauit. ausam ali. quid de potestate contendere: namq; hanc rerum dominam Iohannes reliquerat: eoq; crudelitas processit: vt vinctam fame necaret. ¶ Horum autem facinorum pœnas antigonus fratris morte persoluit quem plurimum amabat: quemq; habebat regni participem. Nam & hunc interemit: adductus criminationibus & per maliuolos regni compositis. Itaq; primo quidem Aristobolus dictis fidem non habebat: qui & fratrem magni penderet. & plęraq; liuore fingi arbitraretur. Sed cum antigonus ex militia clarus redisset festis diebus quos tabernaculis positis deo celebrare mos patrius exigebat: euenit eodem tempore vt aduersa valitudo Aristobolum corriperet. Antigonus vero circa festorum solemnium finem armatis comitatus templum ad orandum q̄ maxime petiuit plusq; vt in honore fratris ascenderet ornatus. Tumq; delatores nequissimi regem adeuntes & armatorum pompam & Antigoni arrogantiam priuata fortuna maiorem esse criminabantur: q; maxima caterua stipatus vt illum interficeret eo venisset. Nec enim perpeti honorem solum & regnum habere: cui regnum ipsum licet obtinere. His paulatim quamuis inuitus: tamen credidit Aristobolus. Ac ne suspicari quicq̄ videretur prospiciens: & vt incerta præcaueret suos quidem Satellites in quendam sub terraneum & tenebrosum locum transire iubet: ipse autem iacebat in Castello Bari (post autem Antonia cognominato)

Hircanus apertо Dauid sepulchro ablatis ide pecunijs anthiochū placauit & primus peregrinos aluit.

Hircanus cōtrā Samariam filijs suis obsidio prę fectis.

Antiochus ab aristobolo & Antigono victus fugit & ciuitas samaria diruitur a fratribus.

Inuidia gentiliū contra Hyrcanum & filios p pace eorum.

Hyrcani mors & laus.

Hyrcanus princeps pontifex & propheta.

Aristobolus prę mortuo dyademа primus accepit post captiuitatē ātigonū fratrē pari honore honorās alijs cū mre vinctis &c.

Mrem fame necauit Aristobolus & ātigonum fratrē iteremit p maliuolos falsos accusatum.

Falsa iuidorum accusatio contra antigonum.

Antonia turris añ baris vocata.

Regina cum insidiatoribus capit consilium.

& vt inermi quidem parcerent/ occiderent autem Antigonum precepit si cum armis adiret. Necnon & ipsi Antigono qui precederent misit vt inermis veniret. Ad hec regina satis callidum cum insidiatoribus capit consilium. Namq; his qui ad eum missi fuerant persuadet vt mandata quidem regis taceant: dicant vero antigono q̄ frater audisset arma sibi eum pulcherrima in galilea ornatumq; bellicosum fabricasse: que ne sigillatim inspiceret morbum impedimento fuisse. Nunc autem presertim cum alio discessurus sit: libenter eum videret armatum. His auditis Antigonus ne quid enim mali suspicaretur fratris suadebat affectus cum armis velut ostensurus se veniens properabat. Sed vbi ad obscurum transitum qui stratonis turris vocabatur accessit a satellitibus interemptus est: certumq; documentum prebuit. omnem beniuolentiam. iusq; nature criminatoribus cedere: nullamq; optimarum rerum affectionem tantum valere. vt inuidie perpetuo possit obsistere. ¶ In hoc etiam Iudam quis recte miretur, Esseus erat genere: qui nunq̄ diuinando peccauit. neq; mentitus est: is itaq; Antigono transeunte per templum mox vt eum vidit. ad notos qui aderant exclamauit. Non paucos autem papas discipulos siue consultores habebat. Nunc michi pulchrum est mori quando ante me veritas interijt: mearumq; predictionum aliquod mendacium deprehensum est. Viuit enim Antigonus iste: qui hodie deberet occidi. Locus autem neci eius apud stratonis pirgum alias turrim fato fuerat destinatus. Et illi quidem sexcentorum ab hinc stadiorum interuallo distat: horę vero diei sunt quatuor sed vaticinationem tempus effugit. Hęc locutus senior mesto vultu & mente sollicita secum multum reputabat. & paulopost interfectus Antigonus nunciatur in loco subterraneo qui eodem nomine quo maritima Cęsarea stratonis pirgus alias turris appellabatur. Et hoc fuit quod vatem fefellit. ¶ At vero aristobolo confestim sceleris penitudine morbus ingrauescit semperq; facinoris cogitatione sollicitus perturbat animo tabescebat donec mœroris acerbitate visceribus laceratis subito sanguinem vomeret. ¶ Hunc autem vnus ex seruulis eius ministerio destinatus foras efferens prouidentia diuinitatis errauit & vbi antigonus erat occisus super extantes adhuc cedis maculas cruorem interfectoris effudit. Vlulatu autem continuo sublato qui puerum tanq̄ de industria sanguinem libasse conspexerant clamor ad regis aures peruenit: causamq; requirebat. Et cum eam nullus prodere auderet: ad rescienda magis ardebat. Ad extremum autem minitanti vimq; adhibenti: verum quod erat indicauerunt. At q̄ ille cum lachrimis oppresset oculos quantumq; poterat ingemuisset: hec dixit. Sperandum certe nō erat vt maximum dei lumen facta mea nefaria laterent. Nam cito me vltrix cognate cedis iusticia persequitur. Quatenus o corpus improbum fratri matriq; damnatam animam deprehendis. Quamdiu patiatim libabo illis sanguinem meum. Simul totum accipiant: neq; iam meorum viscerum infernis fortuna derideat. His dictis illico moritur: cum non plus anno regnasset. Vxor vero fratrem eius (vinculis dissolutis) regem constituit Alexandrum qui etate maior erat & modestia prestare videbatur. Sed ille potestatem adeptus fratrem quidem alterum regna appetentem occidit: alterum autem priuatam contentum ablatis rebus secum habebat. ¶ Prelium etiam cum ptolomeo cognomēto latiro committit qui opidum achoim cœperat & multos quidem peremit hostium: sed victoria in ptolomei parte propensior fuit. Postea vero q̄ iste pulsus a matre cleopatra discessit in egyptum & gaddaram capit obsidione alexander & castellum amatuntis omnium maximum que trans iordanem sita erant vbi precio sissima queq; bonorum theodori filij zenonis habebantur. ¶ Repente hęc theodorus aggressus & propria recepit & sarcinas regis aufert iudeorumq; fere milia decem interfecit. Verum hoc vulnere superior fit alexander. conuersusq; ad maritimas regiones & Raphiam capit & Gazam: item q̄ accedonem: que post a rege herode agrippias nominata est. His autem seruitio domitis: cōcitatur in eum festo die populus iudeorum. Nam plerumq; epule seditiones accendunt. nec videbatur insidias posse comprimere: nisi peregrinos haberet auxilio. Pisidas & cilicas: syros mercennarios respuebat: propter ingenitam cum iudeorum gente discordiam Cęsis autem supra q̄ octo milibus ex turba rebellium: arabię manus attulit: ibiq; sadamitis sub iugo missis. tributoq; eis impositio ad amachunta regressus est. Cumq; theodorum metus secundis eius successibus pertulisset castellum sine presidio repertum funditus eruit. ¶ Mox autem congressus cum Obedeo rege arabum qui locum fraudi opportunum in galensi regione preuenerat captus insidijs totum amittit exercitum in vallem altissimam compulsum atq; obtritum multitudine camelorum.

Dolosus antigonii interitus.

Iudas esseus pheta antigonū predixit proxīme moriturum.

Cā deceptionis pphetę similitudo vocabulorū.

Diuina aristobo li punitio.

Penitentia Aristoboli sup nece fratris & matris & eius mors anno regni primo

Alexander prelium cum ptolo meo latiro.

Gaddara.

Amathus.

Decem milia iudeorum, occisa.

Agrippias citas Nota.

Obedeus rex arabię vincit alexandram.

¶ Maximum Iudeorum contra alexandrum o ium quorum sex annis quinquaginta milia occidit quiq; Demetrium petunt contra eum auxiliatorem a quo victus est alexander sed eius crudelitas ad impietatem procedens octingentos captiuos crucifigi fecit & mulieres earumq; filios in conspectu matrum necauit. Anthiochus vero cum alexandro ipso a domesticis preliis cessante bellum gessit quem vicit alexander qui post belli requiem morbo correptus anno regni sui. xxxvij. moritur regnum alexandrę vxori relinquens.

Capitulum quartum

D

Anti. li. xiij. c. xv Ege. li. i. ca. viij

Anti. li. xiij. c. xv Ege. li. i. ca. viij

E

Anti. li. xiij. cap. xvi. Ege. li. i. ca. xi.

Anti. li. xiij. cap. xvij. Ege. li. i. ca. xi.

F

A Ipſe vero lapſus in Hieroſolymam.olim ſibi gentem infenſam ad nouarum rerum motus magnitudine cladis accendit. Fit autem etiam tunc ſuperior crebriſq; preſidijs non minus quinquaginta milibus iudeorum per ſex annos interfecit. Nequaq̃ tamen victorijs letabatur: quoniam regni ſui vires conſumeret. Vnde armis omiſſis ſermone placido cum ſubiectis redire in gratiam conabatur. Illi autem inconſtantiam eius morumq; varietatem in tantum oderant: vt percunctanti cauſam quonam pacto eos ſedare poſſet. dicerent ſi moreretur. Nam vix etiam mortuo daturos veniam qui multa ſcelerate feciſſet. ¶ Simul autem demetrij auxilium cui cognomentum acero fuit accerſiunt. Qui cum his maiorum premiorum ſpe facile paruiſſet. veniſſetq; cũ exercitu miſcentur auxilijs iudei circa ſiccimam. Vtroſq; tamen alexãder mille quidem equitibus ſex autem peditum mercennariorum milibus excepit cum haberet ex iudeis quoq; ad decem prope milia bene ſibi cupientium aduerſe autem partis eſſent equitum tria milia peditumq; milia quadraginta. Et priuſq̃ veniretur in manus intercedentibus nuncijs & preconibus regis tranſfugia tentabant: demetrius quidem alexandri mercennarios alexander autem iudeos qui demetrium ſequerentur obtẽperaturos ſibi ſperantes. Sed cum neq; iudei ſacramenta neq; fidem greci contemnerent: armis iam cominus decernebant. Superatq; prelium demetrius q̃uis alexandri mercennarij virtutem ſuam multis & animi & manus operibus demonſtraſſent. ¶ Finis autem pugne preter ſpem cedit vtrimq;. Nam neq; vincentem demetrium qui eius auxilium petierant expectare voluerunt: & immutate fortune miſericordia ſex iudeorum milia ſe ad alexandrum qui in montes effugerat contulerunt. Huius inclinationis momentum demetrius ferre non potuit ſed alexandrum iam quidem collectis viribus bello ydoneum eſſe ratus omnem vero gentem ad eum commeare eſtimans mox inde digreſſus eſt non tamen reliqua multitudo ob abſceſſum auxiliorum ſimultates depoſuit. Bello tamen aſſiduo tã diu cum alexandro decertabat: donec pleriſq; interfectis ceteros in menſilim alias meſalim ciuitatem coegit. Eaq; vaſtata: in hieroſolymam captiuos adduxit. Verum immoderata fecit iracundia: vt crudelitas eius ad impietatem vſq; procederet. Octingentis enim captiuorum in media ciuitate cruci ſuffixis: mulieres earumq; filios in conſpectu matrum necauit atq; hec potans & cum ſuis concubinis recubans proſpectabat. Tantus autem populum terror inuaſit: vt etiam diuerſe partis ſtudioſi proxima nocte octo milia hominum extra totam iudeam profugerint quorum exulum mors Alexandri finis fuit qui cum eiuſmodi factis tandem egreq; regno ocium queſiſſet ab armis requieuit. Rurſus autem fit ei turbarum initium antiochus qui etiam dyoniſius dictus eſt: demetrij quidem frater ſed eorum noniſſimus qui ſeleucum generis auctorem haberent. Hunc enim timens arabas paratum bello pulſare: totum quidem ſuper antipatrida montibus proximum & inter lopes littora ſpacium foſſa & altiſſimo vallo dirimit. Ante foſſam vero murum edificauit excelſum: turreſq; ligneas vt faciles aditus oſtrueret fabricauit nec tamen antiochum arcere valuit. Exuſtis enim turribus foſſiſq; repletis cũ ſuis copijs tranſgreſſus eſt. Vindictaq; poſt habita qua deberet eum a quo prohibitus eratvlciſci: protinus contendit in arabas. Horum autem rex in locis ſue nationis commodioribus agens ad pugnam deinde ioppam cum equitatu reuerſus habebat autem numerum decem millium in bella preparatos exiprouiſo anthiochi milites inuadit. Horum autem prelio depugnato quamdiu quidem ſuperabat antiochus durabat eius exercitus q̃uis eam paſſim arabes trucidarent. Vbi vero procubuit ſuccurrendo enim victis ſemper in periculis aderat: omnes terga verterunt maximaq; pars eorum tum in acie tum in fuga conſumitur. Reliquos autem in vicum anna delapſos. alimentorum penuria perire contigit preter paucos. Huic Damaſceni Ptolomeo Mennee filio infenſi Aretham ſibi ſociam: ſyrieq; choeles regem conſtituunt. Qui bello illato iudee. poſtq̃ pugna vicit Alexandrum pactione diſceſſit. Alexander autem pella capta geras petiuit. Rurſus opum theodori cupidus. triplici ambitu circum datis C defenſoribus: locum pugnando cœpit. Necnõ & Gaulonem & Seleuciam que Antiochi Phananem alias Pheranex dicitur ſub iugum mittit. Ad hec autem capto Gamala caſtello validiſſimo eiuſq; rectore demetrio multis criminibus inuoluto: in iudeam regreditur expleto in militia triennio letuſq; a gentibus ob res proſpere geſtas excipitur. ¶ Belli autem requiem: ſecutum eſt morbi principium. Et quoniam quartanis febrium circuitionibus fatigabatur depulſum iri valitudinem credens ſi rurſum animum negocijs occupaſſet in tempeſtiuis militie laboribus ſeſe dedit: & vltra vires ad efficaciam corpus impellens inter ipſos tumultus triceſimo & ſeptimo poſt regni ſui anno moritur. Idq; alexandre coniugi ſue reliquit iudeos vel maxime dicto ob audientes fore nõ dubitans: q̃ longe ab eius crudelitate diſcrepans: & iniquitati reſiſtens beniuolentiam ſibi populi comparaſſet. Neq; ſpes eum fefelit. Namq; opinione pietatis obtinuit muliercula principatum. quippe morem gentis p̃rium probe norat: qui ſacras leges temeraſſent ab initio deteſtabatur.

Maximũ iudeorũ odium; contra Alexandrum.

Iudei demetriu; petunt cõtra alexãdrum auxilia torem.

¶ Victor demetrius.

Alexãder crudelis octingẽtos captiuos crucifigi fecit & mulieres earumq; filios ĩ conſpectu matrum necauit.

Antiochus bellum cum alexãdro gerit ipo ceſſante a: domeſticis prelijs.

Arethas rex ſyrie.

Belli requiem ſecutus eſt morbus & poſt morbũ improbus labor mortem gignit.

Liber primus Iosephi Iudei

¶Hyrcanus maior filius Alexandri pontifex ab Alexandra matre declaratur sub cuius tempore pharisei prolibito populum rexerunt iudeorum qui dyogenem Alexandri amicissimum consentiente Alexandra interfecerunt Hęc contra Ptolomeum mittit excitum. Sed ipsa morbo laborante Aristobolus regnum inuasit propter q̄ illa ipsius vxorem cum filijs in carcere conclusit ipsa autem mortua anno regni nono. Aristobolus contra hyrcanum fratrem quem omnium heredem reliquerat bellum mouet sed hyrcani militibus ad fratrem transeuntibus pax sub conditione fit inter eos permutatis eorum domibus Antipater autem Idumeus dives & nobilis Hyrcanum regnum repetere cui Arethas rex Antipatri medio hyrcano dat auxilium & victus Aristobolus fugit in hierusalem qui omnino captus esset nisi Scaurus Romanorum dux soluisset obsidionem. Qui ad eum fratrum missis legatis cū muneribus corruptus est ab Aristobolo. D

Capitulum quintum

Hircanus maior filius Alexandri pōtifex ab alexādra matre declaratur.

Pharisei sub alexandra populus iudeorum pro libito rexerunt.

Alexandra pharisei parebat q dyogenem Alexandri amicissimum interfecerunt. &c.

Alexandra exercitū cōtra ptolomeum mittit.

Aristobolus filius infirma Alexandra matre regnū inuasit propterquod aristoboli coniugem cum filijs in carcere conclusit.

Moritur alexandra anno regni nono hircanum oim relinquens hęredem.

Antipater yduseus dives & nobilis hircanū regnum repetere hortatur Arethę regis medio.

CVm autem Alexandra duos alexandro generatos haberet. natu quidem maximum hyrcanum propter etatem declarat pontificem: & q̄ preterea segnior esset quam vt potestate regia molestus cuiq̄ videretur regem constituit. Minorem autem aristobolum priuatim vi- Iuuenire maluit: q̄ feruentioris esset ingenij. ¶Iungunt autē se eiusdem mulieris ditioni quod- Iuuenal. li. iij. c. xx Ege. li. i. ca. xiii.
dam iudeorum collegium Pharisei qui preter alios pietatem colere putarentur & peritius leges expo- Iuuenal. li. iij. c. xx
nere. Ob eam causam proprius eos aspiciebat Alexandra. diuinę religioni superstitiose deseruiens. Il- Ege. li. i. ca. xiii.
li autem paulatim femina simplicitate decepta omnes pro sua libidine summouendo ac deponendo itemq̄ vinciendo ac soluendo quos vellent iam procuratores habebantur: prorsus vt ipsi quidem regijs commodis fruerentur. expensas vero ac difficultates Alexandra perferret: sed eadem mire calle bat res amministrare maiores. Itaq̄ augendis copijs semper intenta. duplicem constauit exercitum. neq̄ pauca peregrinorum parauit auxilia: quibus non modo statum gentis suę roborauit. sed etiam
metuendam se reddidit externę potētię. ¶Imperabat autem alijs verum Pharisei ipsa vltro parebant. E
Denique dyogenem quendam insignem virum qui Alexandro fuisset amicissimus interficiunt: eius factum consilio criminati vt octingenti quos supra memorauī regis iussu tollerentur in crucem. Nichilominus autem Alexandrę suadebatur vt & alios quibus auctoribus in illos fuisset Alexander excitatus occideret. Cumq̄ his nimia superstitione nichil abnuendum putaret: quos sibi libuisset ea specie trucidabant: donec optimatum quisq̄ ad Aristobolum confugerit quorum periculum agebatur. Atq̄ ille matri suasit vt his propter dignitatem parceret ciuitate autem pelleret quos nocentes existimaret. Illi quidem sibi data copia per agros dispersi sunt. ¶Alexandra vero in Damasco misso exercitu quoniam Ptolomeus sine intermissione ciuitatem premebat illum quidem nulla re memoriali gesta suscepit. Regem autem Armeniorum Tygranem. qui admoto Ptolomaida milite Cleopatram circumsedebat: pactionibus donisq̄ sollicitabat. Sed illum domesticarum turbarum metus ingresso in armeniam lucullo iamdudum inde retraxerat. ¶Inter hęc alexandra morbo laborante: minor eius filius aristobolus cum seruis quos multos habebat. omnesq̄ pro etatis feruore fidelissimos vniuersa castella Iuuenal. li. xiii. c. xx Ege. li. i. ca. xiii.
obtinuit & pecunia quam ibi reperit conductis auxilijs regem se declarauit. Ob hęc miserata quęrelas hircani mater cōiugem aristoboli cum filijs apud castellū cōcludit quod a septētrione phano adiacens baris antea vocabatur vt diximus: postea vero antonia cognominatum est imperante antonio quemadmodum de augusti: & agrippę nomine sebaste & agrippias alię ciuitates appellatę sunt. Ante tamen alexandra moritur q̄ in aristobolum hyrcani fratris eius contumelias vindicaret quem deiici regno curauerat quod ipsa nouem annos āministrauit: & heres quidem omnium fit hyrcanus cui Iuuenal. li. iij. ca. i Ege. li. i. ca. xiii.
regnum etiam viua cōmiserat verum aristobolus viribus atq̄ auctoritate prestabat. Habito autē inter eos circa hiericonta de rerum summa conflictu: pleriq̄ hyrcano relicto transeunt ad aristobolum. Hircanus autem cum reliquis fuga peruenit ad castellum antoniam ibiq̄ salutis obsides nactus est. F
Erat autem in custodia ibi vt premissimus coniunx aristoboli cum filijs. Sed priusq̄ graue quid fieret ea lege in concordiam redemit vt regnum quidem aristobolus haberet. Hircanus vero accederet quasi regis frater alijs cōtentus honoribus. Hoc modo in phano reconcilati cum in conspectu circūstantis populi benignissime alter alterum valere iussissent domos permutāt: & aristobolus quidem recedit Iuuenal. li. iij. ca. Ege. li. i. ca. xiii.
in regiā. Hircanus autem in aristoboli domum. ¶Metus vero & alios eius inimicos preter spem dominationis occupat: & maxime antipatrum iamdudū inuisum aristobolo. Erat enim genere idumeus & nobilitate ac diuitijs aliarumq̄ rerum copia gentis suę princeps. Is igitur & hircanum vt ad aretham regem arabię cōfugeret eiusq̄ auxilio regnū repeteret hortabatur: & ipse arethę vt hircanum susciperet atq̄ in regnū deduceret suadebat: multa detrahēs aristoboli moribus multisq̄ hyrcanum laudibus prędicās simulq̄ āmonebat q̄ eū deceret regno clarissimo prędentē iniquitate oppressis manū porrige. Hyrcanum autem iniuriam pati qui principatu iure successionis sibi debito caruisset. Sic instru

A ctis & preparatis ambobus nocte cum Hyrcano ex ciuitate profugit: citatoq; cursu in oppidū (quod petra dicitur) solus euasit quod regni sedes esset arabie Ibi postq̄ Hyrcanū in manu regis arethe tradidit multis dictis multisq; muneribus vt auxiliū preberet quo in regnum deduceretur effecit. Erāt autem peditum equitumq; milia quinquaginta quibus nequaq̄ restitit aristobolus: sed primo impetu superatus in hierosolimam fugere cogitur. Atq; omnino captus esset: nisi dux romanorum scaurus aduersus horum temporibus imminens soluisset obsidionem. Namq; is ex armoenia quidem in Syriam missus erat a pompeio magno qui cum tygrane bellum gerebat. Sed vbi damascū venit: recens a metello alias meteilo & lollio captā repperit. His inde summotis: cognitoq; quid ageretur illuc velut ad questum cucurrit. ¶ Deniq; mox vt fines ingressus est iudeorum legati ad eum veniunt a fratribus vtrisq; vt sibi potius adiumento esset orātibus sed trecentis talentis quę ei aristobolus miserat iusticia post habita est. Eis enim acceptis scaurus ad Hyrcanum & arabas legatos dirigit. Romanorū eis & pompeij nomē intentans nisi ab obsidione desisterent. Itaq; & aretha ex iudea in philadelphiam recedit metu perculsus: & scaurus damascum rediit. Aristobolus autem q̄ captus non esset satis sibi esse non credidit. Sed omnibus quas haberet copijs congregatis persequębatur hostes: & circa locum quem Pampiriona vocant prelio commisso: supra sex eorum milia cedit. In quibus erat etiam fallion frater antipatri.

Anti. li. xiii. c. ii Eg. li. i. ca. xiiii.

Antipri medio arethas rex hircano dat auxiliū & victus aristobolus fugiti hierlm.

Scaurus soluit obsidionem.

Legati frm ad scaur: missi qui muneribus aristoboli corruptus est.

Aristobolus ipse quit hostes.

¶ Hyrcanus & antipater apud pompeium accedentes multa (vt Hyrcano regnum restituatur) allegant. pompeius autem auditis illis Aristobolum petit: ipsumq; de Alexandrio castello iubet descendere. Qui perterritus pecuniā Pompeio promittens eum mitigat: sed ipso nō soluente iratus pompeius ipsum in custodiam collocat atq; ciuitatem tentat euertere: fitq; tunc hierosolymis seditio de pompeio recipiendo aut eijciendo. ipse vero ingressus pisonem palacij & templi custodem fecit: neq; iudei sacrificia etiam tempore belli intermittebāt. licet enim lex iudeos ab omni opere precipit sabbato abstinere. permittit tamē per sabbata pugnare. primus autem faustus cornelius ciuitatis muros ascendit vbi sacerdotes inter gladios magis mori q̄ sacrificia imperfecta relinquere eligebāt itaq; duodecim iudeorum milia occisa sunt Romanorum vero perpauci sed plures sauciati.

¶ Capitulum sextum.

B Anti. li. xiii. c. ii Eg. li. i. cap. xv.

HYrcanus vero & antipater arabum priuati auxilio spem in aduersarios contulerunt. Et cum pompeius Syriam transgressus damascum peruenisset ad ipsum confugiunt: multisq; muneribus ei datis illa tantum quibus apud aretham usi fuerant allegantes magnopere precabātur vt Aristoboli violentiam odio dignam putaret. regnoq; hyrcanum restitueret cui tam etate q̄ moribus deberetur. Sed nec Aristobolus sibi defuit corruptione scauri fretus. Venerat autem quantū potuit ornatus regio cultu: deinde offensus obsequijs neq; ferendū existimans abiectius q̄ regem deceret vtilitati deseruiret a diospoli regrediebatur. Ob hęc iratus pompeius etiam Hyrcano eiusq; socijs hoc precantibus post Aristobolum petit. Et romano exercitu & Syriorum simul istructus auxilijs. Cum vero pellam & scitopolim pretergressus coratas veniisset. Vnde iudeorum fines incipiunt per mediterranea loca subeuntibus cognito Aristobolum in alexandrium confugisse (id aūt castellum est in monte precelso positum satisq; liberaliter accuratum) mittit. per quos iuberet eum in de descendere. Ille autem decreuerat quia pro imperio vocaretur: predicari potius q̄ parere. Sed populum videbat horrescere: & amici monebant vt Romanā vim cogitaret quam sustinere non posset. Itaq; horum consilijs obediens discēdit ad pompeium quodq; iuste regnaret multis prosecutis in castellum rediit. Et cum iterum descendisset puocatus a fratre ac de suis iusticijs cum eo cōcertasset: denuo regreditur non prohibente pompeio. Erat autem inter spem timoremq; medius. Et veniebat quidem velut exoraturus pompeium vt sibi cuncta permitteret: ad montem vero reuertebat ne quid regiæ dignitati derogare videretur. Quia enim castellis eum cedere pompeio placebat. Hisq; prepositos monere litteris vt abstinerent: quibus preceperat vt non nisi manu scriptis eius obtēperarēt iussa quidē facit: sed in hierosolimā cū indignatione discessit: belloq; iam cōgredi cū pompeio cogitabat

Hircanus & antipr ad pōpeiū accedūt vt hircano regnū restituat multa allegātes.

Alexandriū castelium.

Aristobolus pōpeij iussu decēdit de alexandrio castello.

Dubius Aristobolus.

C Anti. lib. xiiii cap. ii. Eg. li. i. ca. xv

Ille aūt nec enī tēpus apparatui dandū putauit statim eū sequit. ¶ Multū quippe alacritati eius addiderat circa hiericontē mitridatis mors nūciata vbi pinguissima ydumeę regio & palmarū plurimū & balsamū nutrit. Cuius inciso lapidibus acutis robore stillantē lachrimam ex vulneribus colligūt. Cūq; illic pernoctasset mane in hierosolimam properabat. ¶ Itaq; hoc eius impetu perterritus aristobolus supplex occurrit: pecuniamq; pollicitus quodq; semetipsum ei cum ciuitate permitteret: pompeium mitigat seuientem. Nec tamen quicq̄ eorum quę promisit effectum est Gabinium enim qui ad suscipiendam pecuniam missus fuerat nec in oppidum quidem Aristoboli socij receperunt. His commotus pompeius aristobolū in custodiam collocat ad ciuitatem vero profectus explorabat qua ex parte felicior esset accessus. Nam & murorum eius firmitatem oppugnari posse facile nō videbat vallēq;

Mors mitridatis nūciata.

Anti. li. xiii. c. v Eg. li. i. c. xv. & vi

Seditio hierosolimis de pompeio recipiēdo aut eijciendo

pro mœnibus horribilem phanumq; illic cernebat proximum adeo tutissima munitione circūdatum vt etiam si ciuitas caperetur secundum esset hostibus in eo profugium. ¶Hoc autem diu quid faceret hesitante seditio intra ciuitatem orta est. Aristoboli quidem sociis bellum geri potius regemq; liberare dignum esse firmantibus: qui vero cum hyrcano sentirent pompeio portas aperiri. Metus autem hos plures faciebat romanorū constantiam reputantes. Deniq; victa pars Aristoboli concessit in templum & ponte qui ab eo ciuitati iungebatur abscisso: vt ad vltimum vsq; resisterent instruebatur.

Pōpeius hierl; ingressus piso nē custodē templi & palacij fecit.

Cum autem alij romanos in ciuitatem recepissent. Hisq; domum regiam tradidissent: ad hęc obtinenda pompeius vnum ex ducibus sibi obedientibus pisonem cum militibus intromittit. Hisq; presidijs in ciuitate dispositis quia nemini eorum qui in templum confugerant pacem persuadere potuit omnia quę circum erant expugnationi parabat hyrcano eiusq; amicis ad consilia conferenda & ad efficienda quę iuberet alacriter armatis. Ipse in partes septētrionales; fossam valleq; replebat omni genere materię per milites portato cum per se opus esset difficillimum propter imensam multitudinem & pręterea iudei modis omnibus desuper obsisterent. Manssissetq; labor imperfectus: nisi pompeius ob

Lex iudeos p̄cipit ab oi opere sabbato abstinere sed pmittit p sabbata pugnare.

seruatis diebus septimis quibus religio iudeos ab omni opere manus abstinere compellit per eos agerem cumulare pręcepisset: inhibitis a prelio militibus. Pro solo enim corpore iudeis etiam per sabbata pugnare licet. Igitur iam valle repleta & impositis aggere turribus admotisq; machinis tyro portatis mœnia temptabat: desuperq; obstantes lapidibus repellebantur cum diu turres obsidentiū magnitudine simul & pulcritudine prestantes vim repugnantium sustinerent. Verūtamen romanis tunc plurimum defatigatis pompeius iudeorum tolerantiam & in alijs admiratus est & pręcipue q; nichil de superstitionis suę ritu inter media tela pereuntes derogati passi sunt: sed velut in alta pace ciuitas ageret quotidie sacrificia & victimas omnemq; dei cultum diligentissime celebrarunt: nec vel in ipso excidio cum ad aram in dies singulos trucidarentur legitimis religionis suę muneribus abstinuerunt. F Antiq. li. xiiii. ca. iii. Eg. li. l. xvi.

Saerificia iudei etiam tpe belli non intermittebant. &c.

¶Mense namq; obsidionis tertio vix vna turre deiecta phanum irruptum est. ¶Primus autē murū transcendere ausus est cum suis agminibus Sillę filius faustus cornelius & post eum centuriones duo furius & fabius cum suis agminibus: & circūsepto vndiq; phano. Alios alio confugientes vel etiā passim repugnantes interficiunt. Vbi plurimi sacerdotum quamq̄ hostes strictis glaudijs irruētes videbant intrepidi tamen in peragendis rebus diuinis perseuerabant: & in ipso labandi templumq; adolendi ministerio mactabant saluti quoq; prefērētes religionis obsequium. Multos autem sui gentiles aduersę partis studiose trucidabant: plurimi semetipsos precipitabant. nōnulli furibundi cunctis circa murum in desperatione succensis pariter conflagrabant. Itaq; iudeorum quidē milia duodecim occubuerunt: romanorū vero perpauci sed plures sautiati sunt.

Sacerdotes magis mori q̄ sacrificia ipfecta relinquere eligebant.

Duodecim indeorū milia occisa.

¶Pompeius cum suis templum ingressus cuncta contra iudeorū mortem prospexit: cū sanctum illud archanum prius nunq̄ alienis fuisset detectum: pecunias autem sacras nullatenus tangere permisit. Sed templum purgare fecit & sacra celebrare solēnia hyrcanū pontificem declarans hierusalem vero tributariā fecit & ciuitates quas in Syria cœperant militum duci parere iussit. Aristobolum captiuum cum familia (fugiente Alexandro) romam duxit pompeius Scaurum autem petram arabię ciuitatem obsidentem Hyrcanus fame fatigatum fouit per antipatrum & pacem fecit cum arabis alexander etiam bellum cōtra hyrcanum faciens Gabiniū timens fugit victo eius exercitu Gabinius ita q; subuersas reędificauit ciuitates & ad alexandrū misit castella omnia sue offerens ditioni.

Pōpeius cū suis tēplū ingressus cūcta ꝓspexit sed nullatenus sacras pecunias tangere p̄misit.

Aristoboli socer & patruus captiuus.

Hierusalē tributariā fecit & ciuitates quas in syria cœperant duci militū parere iussit.

¶Capitulum septimum.

F Anti. li. xiiii. ca. v Eg. li. l. ca. xvii

QVichil autem grauius in illa clade iudeorum genti visum est: q̄ sanctum illud Archanum neq; cuiq̄ visum prius est alienis esse detectum deniq; pompeius vna cū suis comitibus in tēplum ingressus vbi neminem pręter pontificem adesse phas erat quæ intus erant candelabra cum lignis & mensis & in quibus libare atq; adolere moris erat vascula ex auro cuncta perspexit: congestamq; pigmentorum molem sacreq; pecunię prope ad duo milia talentorum nec tamen vel hęc vel aliud quidq̄ de sacrosanctis opibus siue instrumentis attigit. Sed postero die post excidium curare templum edituros ne quid haberet sordium iussit & solemnia sacra celebrare. Ipse autem Hyrcanum pontificem declarauit: q; se & in alijs rebus alacrem obsidionis tempore prębuisset promptā q; ad bellum aggrestium multitudinem ab Aristobolo reuocasset pee quę sicut imperatorem bonum decuit beniuolentia potius q̄ timore plebem sibi conciliauit. ¶Inter captiuos etiam comprehensus Aristoboli socer Idemq; patruus tenebatur. Et illos quidem qui maxime belli causa fuissent secuti percussit: faustum vero & qui vna fortiter fecerant pręclaris premijs donat & hierosolimis tributum indicit. Ablatas autem gentibus etiam quas in Syria ceperant ciuitates Romanorū qui tunc erat militum duci parere iussit. propriisq; tātum terminis circumclusit. Instaurat autem in gratiam cuiusdam ex libertis suis demetri Gadarensis etiam Gadaram: quam iudei subuerterant. Mediterraneas prete-

rea ciuitates de eorum poteſtate liberauit quas pręuenti nõ exciderant Hypiſon aliás Hyſpion &
A topolim. Et Pellam & Samariam: & Mariſſa itemq; Azotum & Iamniam: & Arecuſam necnõ & ma
Ei..li.c. ritimas Gazam & Iopẽ: & Dorem: & quę pridẽ ſtratonis pirgus alias turris appellabatur. poſt autẽ ab
ca.xviii herode rege clariſſimis edificijs tranſformata Cęſarea nominata eſt: easq; omnes indigenis redditas
prouincię Syrię coniunxit. Huius autem iudeę cunctorũq; adminiſtratione ad ęgyptiuſq; fines & flu
men eufratẽ cum duabus cohortibus ſcauro permiſſa. Romam ipſe per ciliciam properauit: captiuũ
ducens Ariſtobolum cum familia. Erant autem filię duę: totidemq; ffilij. Quorum vnus Alexander
Antiq.- ex itinere fugit: minor autem ãtigonus cum ſororibus romam vectus eſt. ¶ Interea ſcaurus in arabiã
lib.xviii ingreſſus: ad petram quidem regionum aſperitate prohibebatur accedere. Quæ autem circum erant
cap.iiii omnia vaſtabat: multis & in hoc malis afflictus. Nam exercitum fames præmebat. Cui tamen Hyrca-
Eg.li.i. nus per antipatrũ victui neceſſaria ſuppeditabat: quem velut arethę familiarẽ etiam ſcaurus ad eum
ca.xvi.i allegauit vt bellum pactione deponerent. Itaq; perſuaſum eſt Arabis trecentis talentis decedere: atq;
ita ſcaurus ex arabia traduxit exercitum. ¶ Alexander autem ariſtoboli filius qui pompeium fuge-
Antiq. rat magna manu. Dilapſo interea tempore congregata Hyrcano grauius imminebat: iudeamq; po-
lib.xviii pulabatur. Quem quidem mature debellare poſſe credebat: quoniam diſturbatum quoq; Pompeio
cap.iiii murum Hieroſolimis renouatum eſſe confidebat: niſi Gabinius in Syriam miſſus qui ſcauro ſucceſ-
Eg.li.i. ſerat: cum in alijs fortem ſe prębuiſſet: cum etiam in alexandrum mouiſſet exercitum. Huius autem il
c.xxiiii. le impetum veritus: & ampliorem manum militum congregabat donec facta ſunt decem milia pedi-
xvi. tum. Et mille quingenti equites villaſq; oportunas muris hoc eſt alexandrium. et hyrcanium & ma-
cherunta non longe ab arabię montibus muniebat. Igitur Gabinius cum multa parte militũ premiſ-
ſo marco antonio: ipſe commoto exercitu ſequebatur. Leti autem antipatri comites aliaq; iudeorum
B multitudo quorum malichus & phitolaus principes erant iunctis viribus ſuis cum marco anthonio
alexandro obuiam proceſſerunt. Neq; multo poſt ita aderat cum ſuis copijs Gabinius. Alexãder au-
tem tum quod in vnum cõfertam hoſtium multitudinem ſuſtinere non poterat abſceſſit. Cumq; hie-
roſolimis appropinquaſſet coactus prælium ſuſcœpit ammiſſiſq; ſex milibus quorum tria viua capta
ſunt tria vero proſtrata cum reliquis effugit. ¶ Gabinius autem vbi alexandriũ caſtellum venit quia
multos deſeruiſſe caſtra cognouit promiſſa delictorũ venia conabatur eos ante prelium ſibi cõiunge
re. Cum autem illi nichil mediocre cogitarent pleriſq; interfectis reliquos in caſtel ũ concludit. In hoc
prelio dux marcus Anthonius multa prędarem geſſit: & q̃uis ſemper & vbiq; vir fortis apparuiſſet:
tunc tamen etiam ſuum vicit exemplum. ¶ Gabinius autem relictis qui caſtellum expugnarẽt: ipſe
ciuitates adire & intactas quidem confirmare ſubuerſas autem erigere curabat. Deniq; iuſſu eius &
ſcitopolis habitari cœpit. Et Samaria. & Antedon. & Appollias. & Iamnia. & Arabia. & Mariſſa. &
Dora. & Gadara. & Azotus. Alieq; multę letis ciuibus atq; incolis ad eas cõcurrentibus. ¶ His au-
tem recte compoſitis: regreſſus Alexandrum vehementius vrgebat obſidium. Quare territus Ale-
xander omnibus deſperatis legatos ad eum miſit & ignoſci delictis orans. Et quę ſibi paretẽt caſtel-
la macherunta. & hyrcanum tradere non dubitans: quinetiam alexandrium eiuſdem poteſtati pmi-
ſit. Quę quidem omnia Gabinius conſilio matris alexandri funditus eruit ne rurſus belli alterius re-
ceptaculum fierent. Aderat autem quo ſuis Gabinius palparet obſequijs viro ſuo ęteriſq; captiuis
metuens qui Romam fuerant abducti.

¶ Gabinius omnẽ iudeorũ gentem in quinq; cõuentus diuiſit Ariſtobolus autem iterũ occi-
pans Alexandriũ ipſum tentat reparare & exercitum parat contra romanos vbi ipſo fugiente quinq;
milia eius exercitus occiſa ſunt ſed ipſe cum Antigono filio capitur & cuſto dię traditur filijs: matri tra
C ditis Gabinium autem contra parthos bellum parantem hyrcanus & Antipater iuuant. Tunc quoq;
Iudeorum exoritur ſeditio pro alexandro Ariſtoboli filio & victo alexandro decem ſuorũ milia occi-
dunt. Gabinius quoq; hieruſalem reuerſus Nabatheos bello ſuperat. Craſſus vero Gabinio ſucc:dẽs
templum pecunijs (quas pompeius non tangeret) ſpoliauit pro bello contra parthos qui perijt cũ ex
ercitu poſt quem Caſſius commiſſus parthos ſyriam properãtes inhibuit & triginta milia iudeorũ ad
ducit in ſeruitium. Cypris Antipatri vxor quatuor illi genuit filios & filiam Qui maximã habuit cum
Anti'. rege arabum & aliſs potẽtibus procurauit amicitiam. ¶ Capitulũ octauum.
xviii.
ca.iiii. POſt hęc vero gabinius (hyrcano hieroſolimam deducto eiq; phani cura mãdata) ęteris
Eg.li. reſpublicę partibus optimates prefecit: omnemq; iudeorum gẽtem in cõuentus quinq;
ca.xi diuiſit: vno hieroſolomis altero doris itemq; tertio vt apud amathunta reſpõdeat deſti
natis: quarto hierico quinto foſſoris al's Sephoris galileę ciuitas attributa eſt. Singulari
Eg.li.i. aũt vnius dñatione iudei liberati: libẽter optimatibus regebant. ¶ Verumtñ multo poſt
ca.xx euenit vt turbarũ his fieret initium: elapſus roma ariſtobolus. Qui magna iterum iudeorũ manu cõ-

Ariſtobolũ cap tiuũ pompeius duxit Romã cũ familia ſed ale xãder filius fu git.

Alexand ariſto boli filius bellũ cõtra hyrcanũ fecit ſed Gabi nium timẽs fu git.

Alexãdriũ hyr canũ Mache rũta.

Exercitus ale xãdri victus.

Gabinius ſub uerſas ciuitates erexit

Alexander ad Gabiniũ lega tos mittit caſte la oĩa ditiõi ſuę offerens. &c.

Gabinius' oẽm iudeorũ gẽtem in quinq; cõuẽ tus diuiſit.

flata partim cupida mutationis partim quibus olim dilectus erat primum occupat alexandrium idq; recingere muro tentabat. Deinde cognito q; gabiuius fisennam & antonium & seruilium duces contra se cum exercitu misit in macherunta concedit: vulgiq; in bellis onere depositio solos armatos prope ad octo milia militum secum duxit inter quos & phitolaus erat secundarum partium rector cum mille viris ex hierosolimis profugus. Romani autem sequebantur. Habitoq; conflictu aliquamdiu cū suis aristobolus fortiter dimicando perseuerabat: donec vi romanorum subacti cesa sunt virorū quinq; milia. Prope vero duo milia in quēdam tumulum confugerunt: ceteriq; mille cum aristobolo prerupta romanorū acie in macherunta coacti sunt. Vbi cum rex in ruinis prima vespera tetendisset sperabat quidem aliam se manū per inducias belli posse cōtrahere! castellumq; bene munire impetū autem romanorū supra q̄ poterat per biduum remoratus. ¶ Postremo capitur & cum ātigono filio qui rome fuerat secum vinctus ad Gabinium atq; inde Romam perductus est. Sed illum quidem senatus custodię cohercuit: filius autem eius in iudeam trāsmisit: quia Gabinius per epistolas scripserat id pro traditione castellorum cōiugi aristoboli spopondisse. ¶ Parato autem Gabinio Bellum parthis inferre. Ptolomeus impedimento fuit qui reuersus ab eufrate petebat egyptum hyrcano & antipatro amicis vsus ad omnia que militię necessitas exigebat. Nam & pecunijs & armis eum & frumento antipater & auxilijs adiuuit & iudeis in ea parte vias (quę pelusium ducerent) obseruātibus transmittere Gabinium persuasit. Alia vero Syria discessu Gabinij commota. Et iudeos iterum alexander Aristoboli filius ad dissentionem reduxit: & maxima multitudine conflata romanos omnes qui per eam terram degerent obtruncare decreuerat. Quam rem Gabinius metuens (iam enim ex egypto redierat hoc tumultu instante nonnullis dissidentiū premisso antipatro cōcordiam persuasit. Cum alexandro autē mille triginta remanserant: & ille ad Bellum promptus erat Itaq; ad pugnam egreditur. Occurrunt autem iudei & circa montem tabirium (Itabirium congressi: decem milia sternūtur. Ceteram vero multitudinem fuga dispersit. ¶ Et gabinius ad Hierosolymam reuersus id enim antipater voluit. rempublicam eius ordinauit. Deinde hinc profectus nabatheos pugna superat & mitridatem & orphanena parthis per fugas clam dimittit: eosq; militibus aufugisse firmauit. ¶ Interea crassus successor ei datus Syriam suscipit. Is in Parthię alias parthice militię sumptum & aliud omne aurū templi (quod hierosolimis erat) abstulit & quibus Pompeius temperauerat duo milia talentorum. Eufratem vero transgressus: & ipse perijt & exercitus eius de quibus non est huius temporis cōmemorare. ¶ Post crassum autem parthos in Syriam properantes irruere cassius inhibuit: receptus in quinciam Eius autem fauore quęsito in iudeam festinabat raptisq; taricheis prope ad triginta milia & tria milia Iudeorum adducit in seruitium. Occidit autem etiam Pisillium alias Phitolaum seditiosos Aristoboli colligentem: cuius necis suasor erat antipater. ¶ Huic autem nupta fuit ex arabia nobilis fœmina Cypris nomine vnde filios quatuor faselum & regem herodem & iosippum & feroram & filiam Salomem habuit. Cum autem omnium qui vbiq; potentes essent amicitia & hospicijs familiaritates conquireret precipue regem arabum per affinitatem sibi sociauit: eiusq; fidei cōmendans filios suos ad eum misit quonīā bellum cum Aristobolo gerendum susceperat. ¶ Cassius autem (compulso ad ocium per conditiones Alexandro) ad eufratem reuersus est: Parthos transitu ꝓhibiturus De quibus alio loco referemus.

¶ Cęsar Iulius victor Aristobolum soluens a vinculis eum cum duabus cohortibus in Syriam misit sed hunc Pompeiani veneno interfecerunt cuius corpus Anthonius postea in regalibus monumentis iussit sepeliri. Alexander quoq; eius filius a Scipione securi occiditur. Ptolomeus vero ad Aristoboli vxorem mittens antigonum cum sororibus iubet destinare & sibi minorem filiam copulans a patre occiditur quam pater accepit vxorem: antipater autem mortuo pompeio Cęsari; sese cōtulit & ipsi dedit auxilium quiq; mitridatem liberauit quem rerū gestarum testem habuit apud Cęsarem & factus est ab eo cuius Romanus & hyrcanus pontifex confirmatus antigonus vero ipsos coram Cęsare de patris & fratris morte accusat cuius accusationi vulnera antipater ostendens satisfecit. Hyrcanus, quoq; pōtificatu dignus a Cęsare pronūciatur & antipater procurator iudeę permissumq; est eis subuersa renouare mœnia. Antipater autem qui hyrcanū vidēs segniorem phasellum filiū prępositio Hierosolimis & herodem galileę.

¶ Capitulum nonum.

CEsar autem post senatus & Pompeij trans mare Ionium fugam (rebus onmibus Romaq; potius solutum vinculis) Aristobolum cum duabus cohortibus velociter ad Syriam misit: & hanc facillime Et cuncta iudeę proxima per illum subijci posse ratus. Verum & spem cęsaris et Aristoboli alacritatem pręcessit inuidia. Nam veneno peremptus a pompeij stu-
diosis aliquandiu etiam sepultura in solo patrio carebat corpusq; mortui seruabatur melle conditum donec ab antonio iudeis iussum est in monumentis regalibus sepeliēdum. ¶ Occidit autē alexander

Quinq; milia exercitus Aristo. occisa ipso cum antigono filio cū alijs fugiēte. Aristobolus cū antigono filio capit quī custo die tradit filijs matri traditis

Seditio iudeorū ꝑ alexādro aristoboli filio. Victus Alexāder decem milibus suoꝝ occisis.

Gabinius reuersus hierm̄ nabatheos pugna superat.

¶ Cassius post crassū cōmissus parthos syriam ꝓperātes inhibuit & triginta milia iudeoꝝ i seruitiū &c.

Cęsar iulius victor aristobolū a viculis soluēs cū duabus cohortibus in syriam misit sed hunc pōpeiani veneno interfecerūt.

Anti'. li. xiii. ca. iii. Eg. li... ca. ii.

Anti. li. xiiii. c. v Eg. li. i. cap. ix.

Anti. li. xiiii. c. v Eg. li... ca. xii.

Anti. li. xiiii. c. v Eg. li... cap. ix.

Anti. lib. xiii. cap. vi. Eg. li. i. ca. xiii

Antiq. li. xiiii. ca. vi. Eg. li. i. ca. xxxii.

A quoq; filius eius a scipione securi percussus antiochię secundum pompeij litteras: accusatione pro tribunali prius habita super his quę in romanos admiserat. ¶ Ptolomeus autē Memei filius qui apud caltida sub libano morabatur captis eius fratribus filium suū philippionē qui eos arcesseret mittit ascalonē: atq; ille abstractū ab aristoboli cōiuge antigonū eiusq; sorores adducit ad patrē. Amore autē captus minorem earum coniugio suo copulat: ob eamq; causam post a patre occidit. Accepit eū Ptolomeus in matrimonium alexandram perempto filio huiusq; affinitatis gratia fratres eius propensiore cura tuebatur. ¶ Antipater autem pompeio mortuo in clientelam cęsaris sese contulit: & quia mi-

Eg. li. i. c. xxxiii.

tridates & pergamenus ab accessu pelusij prohibitus cum exercitu quem ducebat in egyptum, apud ascalonem morabatur nō solum arabas quamuis hospes esset auxilium ferre persuasit verum & ipse armata iudeorum tria circiter milia secum mouit. Excitauit autem pręsidio Syriæ quoq; ponētes & incolam libani Ptolomeum & Iamblicū. Et Ptolomeum alterum: quorum gratia ciuitates regionis illius alacri animo bellum inchoarunt Iamq; frœtus mitridates auctis propter antipatrum copijs pelusium proficiscitur & quia transire vetaretur. ciuitatem obsidebat Antipater vero & in hac oppugnatione clarus emicuit. Effracto em ex parte sua muro: primus in ciuitatem cum suis comitibus insiluit Et pelusium quidem capta est. Vlterius autem eos progrędi non sinebant iudei ęgypti terrarum incole (qui appellant onię) quibus tamen antipater non modo ne obstarent. verūetiam vt victui necessaria pręberent militi persuasit. Vnde factum est: vt nec mēphite in manus venirent. sed vltro sese traderent mitridati. Atq; ille delata per agros pugna cum cęteris cōmisit ægyptijs in loco cui nomen est iudeonstrate pedon) eumq; in acię omni dextro cornu periclitato liberauit antipater circumgressus fluminis ripam. Leuum enim cornu contra se positum superabat. Facto autē in eos impetu qui mitridatem persequerent multos occidit. Namq; diu reliquos fugientes agebat donec etiam castris eorū potitus est octoginta tantum de suorum numero āmissis. Octingentos autem fere mitridates cum fu-

B gerat perdidit: pręter spem vero seruatus ex prędio: Vacuus inuidia testis rerum ab antipatro gestarū fuit apud cęsarem. Vnde ille tunc quidem antipatrum spe & laudibus ad subeūda pro se pericula reddidit promptiorē in quibus omnibus bellator audacissimus comprobatus multaq; perpessus vulnera toto corpore gerebat signa virtutis. ¶ Post autem quando rebus in ęgypto compositis ad syriam redijt: & romana eum ciuilitate simul & immunitate donauit alijsq; rebus honorando amicissimeq; tractando dignum emulatione constituit eiusdemq; gratia etiam confirmauit hyrcano pōtificatum. Eo

Antiq. lib. xiiii ca. vi Ei. li. i. ca. xxv.

dem vero tempore antigonas quoq; aristoboli filius cum venisset ad cęsarem maiorem pręter opinionem fœlicitatis causam prębuit antipatro. Nam qui de patris morte queri deberet propter inimicitias pompeij quantum putabatur veneno peremptus: & crudelitatis in fratrem accusare scipionē nullumq; inuidię dolorem admisere miseriis vltro hęc hyrcano antipatroq; criminatur veluti se patrio solo alias loco cum fratribus iniquissime pellerent multisq; gentem iniurijs afficerent dūmodo satiarentur in ęgyptum quoq; auxilia ipsi cęsari non beniuolentia: sed timore veteris discordię miserint, & vt amorem pompeij deprecarentur. ¶ Ad hęc antipater veste proiecta multitudinem vulnerū ostendebat: & qua fide quidem cęsarem coluisset verbis opus non esse, dixit nam corpus etiam se tacente clamare Antigoni autem mirari audaciam qui cum hostis romanorum sit filius & fugitiui romanorū nouarumq; rerum studium votumq; seditiosum patris habebat apud romanorū principem alios accusare conaretur boniq; aliquid adipisci temptaret: quem hoc solum oporteret amplecti q̄ viueret. Nam tunc eum non tantū propter inopiam desiderare facultates: sed vt in eos qui se dedissent iudeorum seditiones accenderet. ¶ Quę vbi cęsar audiuit: hircanum quidem pontificatu digniorem esse pronūciauit. Antipatro autem cuius vellet potestatis detulit optionē. Qui permissa dignitatis mēsura ipsi qui daret/Iudeę procurator declaratus est. Et pręter hoc impetrauit vt subuersa patrię mœnia renouare sibi liceret. hos quidem honores Cęsar incidēdos in capitolium misit vt iusticię suę virtutisq; antipatri signum memorię traderetur. ¶ Antipater vero vbi de Syria Cęsarem prosecutus est

C in iudeam reuersus ante omnia patrię muros a pompeio dirutos reparabat/ omniaq; lustrando (ne quid in illis regionibus turbarum esset) nunc interminando. nunc etiam suadendo curabat vnumquē q; ammonēs q̄ si cum Hyrcano sentiret in otio atq; opulentia victuri essent fortunisq; suis & cōmuni pace potituri. Sin vana spe ducerētur eorum qui priuati quęstijs gratia: res nouas optarent se quidem non procuratorē sed dīm omniū: Hyrcanum vero tyrannum pro rege: itemq; romanos & cęsa-

Antiq. lib. xiiii cap. viii Ege. li. i. ca. xxv.

ream hostes pro amicis & rectoribus habituri nec em passuros huius potestatē labefacturi: quē ipsi regem constituissent. ¶ Sed q̄is hęc diceret. Tū etiam per se qm̄ Hyrcanum segniorem videret. Neq; tam efficacē q̄ regni sollicitudo poscere statum prouincię componebat. Et fasselum quidem natu maximū filio rū suorum militię p̄positum Hierosolimis eiusq; territorio prefecit: herodem vero etate posteriorem nimisq; adolescentem galileę destinauit similia curaturus.

Ptolomeus ad aristo. vxorem mittēs ātigonū cū sororibus iubet destinare: & sibi minorē filiam copulās a patre occiditur quā pater accepit vxorē.

Antipri virtus & animus.

Iudei ęgiptij onię vocati.

Antipater mitridatem liberauit.

Mitridates apd cęsarē testis rerum gestarū ab antipatro

Antipater ciuis romanus & hircanus pontifex cōfirmatus.

Antipr accusationi satisfacit vulnus oñdēs. &c.

Hyrcanus a cęsare pōtificatu dignus pnūciatur & antipr p curator iudeę & pmissū ē subuersa renouare mœnia. &c.

Antipri exhortatio ad pplm.

¶Ezechia latronum principe cum suis ab herode occiso Herodes ipse a Syris honorat & sexto Cesari est cognitus quem phasellus frater virtute certabat superare propter hos Antipater ab omnibus honorabat. Vnde inuidi iudei hircanum de negligentia accusabant quia Antipatrū & filios regem prmitteret. Hyrcanus quoq; herodem accusatum/ quia preter legem multos occidit/ ad iudicium vocat sed eum Sextus absoluit Rursum quoq; herodes accusatus bellum cōtra hircanum mouisset nisi pater & frater impediuissent Basso quoq; Sextum Cesarem dolose occidente Rome intestinū bellum oritur. & Marcus Sexto in Syria instituitur Iulio autem a Cassio & Bruto anno imperij.iij. occiso Cassius Syriam occupat magnas imponens exactiones Cuius gratiam Herodes in colligendis exactionibus promeruit Illiusq; iram contra Malichum Antipater repressit sed ingratus malichus ipsum dolo querebat interficere. D

¶Capitulum decimum.

Ezechia latronū principe cū suis ab herode occiso herodes ipse a Syris honorat & sexto Cesari ē cognitus quē phasellus supare certabat i virtute. Inuidia i pspicue nō deest

¶Inuidi iudei hyrcanū accusant negligētia quia antipatrū & filios prmittit regem.

Hyrcanus herodē ad iudiciū vocat sed eum absoluit sextus cesar

Accusatus iterū herodes

Herodes cōtra hyrcanū bellū mouisset nisi pr & frater impediuissent

Basso dolo Sextū Cesarē occidente Bellū domesticū Romanorū oritur.

VI cum natura strenuus esset cito materiam vbi animi magnitudinem exerceret inuenit captumq; latronū principem ezechiam quem prędari maximo agmine cōtinētia syrię deprehendit ipsumq; aliosq; latrones multos interfecit. Eaq; res adeo grata fuit syris vt p vicos atq; oppida canerēt herodes veluti per eum pace reddita & possessionibus restitutis. Ex huius deniq; operis gloria sexto etiam cesari ppinquo magni cesaris & syriam tūc āministranti est cognitus. Quin & faselus fratris indolem cōtentione bona supare certabat augendo erga se beniuolentiā Hierosolimis habitantiū atq; illam quidē ciuitatem possidēs nichil aūt contumeliose per insolentiā potestatis admittēs. ¶Hinc antipater & obsequijs regalibus ab ea gente colebat. & honores ei tanq; rerū domino omnes habebāt Nec tamē ipse propterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Verum fieri nō potest vt liuorē quisq; in secūdis rebus effugiat. Quāuis & antea hyrcanus tacite sua spōte mordereť adolescentiū gloria maximeq; rebus ab Herode bñ gestis & crebris nunciis laudes eius per singula facto prędicātibus augereť a multis tamē inuidis (qui regnis adherere solent) quibusq; antipatri filiorūq; eius probitas officiebat instigabat dicentibus q; antipatro & filijs eius traditis solo cōtentus & hoc potestate vacuo regis nomine sederet. Et quādiu sic errabat. vt in se reges producat. Nec enim eos vel simulare iam procurationē. Sed certe esse dominos ipso relecto cuius nec mandatis nec epistolis prēter iudeorum legem tentam multitudinem peremisset herodes illumq; non sicut regem. Sed adhuc priuatum ita ad iudicium venire debere rationem tam ipsi regi q̄ patrijs legibus redditurum quę indemnatos occidi non sineret His paulatim accendebat hyrcanus Ad extremū iracūdia prodita causam dicturū herodē accersiit. Atq; illi & pris monitu & q; ei fiducia res gestę darent munita prius galilea p̄sidijs ad regem pficiscit. Ibat tñ cum forti caterua ne vel derogare hyrcano videret si plures duceret vel inuidię nudus pateret. Sextus aūt cesar adolescenti metues ne quid apud inimicos deprehēso mali fieret. Ad hyrcanū mittit qui ei manifeste denūciarent vt homicidij crimine liberaret herodem hyrcanus autē qui eum diligeret per se quoq; id cupiens absolutionē decernit. Atq; is rege inuito fugisse ratus damascū recessit ad sextum nequaq̄ paratus obedire si denuo fuisset accitus. ¶Rursumq; a nequissimis irritabat firmatū herodem abisse firmātibus: & vt se contra ipsum instrueret properasse. Hęc autem rex vera existimās quid ageret nesciebat quoniā potentiorē inimicū videbat. Cum vero a sexto Cesare dux militum per Syriā itemq; samaria declaratus esset herodes neq; solum propter gentis fauorē sed etiam viribus suis terribilis putaretur. ad timorem vltimum descendit iamiāq; illum contra se credens cum exercitu esse venturum. Neq; opinione deceptus est. Namq; herodes intentatę sibi accusationis iracundia conflatam militum multitudinem in hierosolimam ducebat vt Hyrcanum regno deponeret. Id q; fecisset nisi pariter egressi pater & frater fregissent eius impetum depręcantes vt ipse vindictā ministraturus sola indignatione dimitteret regi autem parceret sub quo ad hoc potentię processisset. Ac si propterea q; in iudicium vocatus esset; indignaretur: quia tamen absolutus est gratias ageret neq; tristibus quidem paria referret saluti vero esset ingratus. Quod si etiam momenta bellorum reputanda viderentur iniquitatem militię consideraret neq; omnino de victoria bene sperareť qui cum rege congressurus esset vna se cum educato & de se quidem bene merito. Seuo autem nunq̄ nisi q; maliuolorum consilijs impulsus vmbram tantum iniquitatis mouisset. Paruit his herodes qui speratis putauerat posse sufficere suasq; vires demonstrare nationi. ¶Et inter hęc discordia Romanorum circa appamiam bellumq; domesticum oritur. Quoniam cecilius bassus fauore pompeij sextum Cesarem dolo necauerat. eiusq; militem occupauerat. Alij vero cesaris duces mortis eius vlciscēde gratia cunctis viribus bassum petebant. Quibus tam interempti q̄ superstitis Cesaris causa q; ambobus amicus esset Antipater per filios suos misit auxilia. Cum autem bellum traheretur: ex italia quidem successor sexti venit marcus. ¶Eodem tēpore bellum inter Romanos conflatur dolo cassij & bruti cesare interfecto postq̄ trienniū septemq; menses tenuit principatum. Maxmo autem motu cedis eius gratia cō

Antiq. li.xiiii. ca.xii Eg.li.i. ca.xxv xxvi

E

Anti.li. xiiii.ca. xiii Eg.li.i. c.xxvi.

F

Anti.li. xiiii.ca. Eg.li.i. c.xxvi. Antiq. li.xiiii. ca.x.

A citato & optimatibus inter ſe diſſidentibus propria ſpe quiſq; ducebatur ad id quod exiſtimabat eſſe commodius. Itaq; caſſius ſyriam petit occupaturus militem qui appamiam circūſedebat vbi & marcum & diſſidentes cohortes baſſo conciliauit ſimulq; obſidione liberauit appamiam. Ipſe vero exercitum ducens ſtipēdium ciuitatibus indicebat nec modus erat exactionū. Cum autem iudeos quoq; ſeptingenta talenta iuſſiſſet inferre: minas eius veritus antipater. filijs ſuis & amicis mature pecunię cogendę curā diſtribuit: & inter eos malicho cuidam ex amicis adeo neceſſitas vrgebat. Primus autē hęrodes caſſij fauorem promeruit: qui ex galilea parte ſua centum talenta portauit proptereaq; inter eximios amicos numerabatur. At vero cęteros tarditatis arguens caſſius ipſis ciuitatibus iraſcebatur eaq; Gophnam & Ammaū & alias duas ciuitates ex vilioribus depopulatus ibat quidem quaſi malichum interfecturus q; remiſſior in exigendo fuiſſet. Verum & huius & cęterarum ciuitatū interitū reprędit antipater centum illico talentis caſſio delinito Nequaq̄ tamen malichus poſt obitum caſſij beneficiorum antipatri memor fuit ſed illi ipſi quem ſepenumero ſui ſeruatorē fuiſſe memorabat periculum moliebatur: iniquitatis ſuę impedimētum abolere feſtinans. Itaq; antipater & vires eius & calliditatem metuens flumen tranſijt iordanem: ad vlciſcendas inſidias cōgregaturus exercitū. Deprehenſos autem malichus antipatri filios imprudentia ſuperat. Nam & faſelum apud hieroſolimā preſidijs appoſitum & Herodem qui cuſtodiam curabat ad murum multis accuſationibus & ſacramentis circūuentos impellit: vt ipſis intercedentibus reconciliaretur Antipatro. Atq; ita denuo per Antipatrum exorato Marco tunc in Syria militem regente ſeruatus eſt: qui malichum ſtatuerat occidere q; nouis rebus ſtuduiſſet.

Caſſius ſiriā occupat exactiones magnas imponens. &c.

Herodes caſſij fauorē i colligēdis exactionibus ꝓmeruit.

Antipr̄ caſſij contra Machum repreſſit ſed ingratus malichus antipr̄m querebat dolo occidere.

¶ Hęrodes totius ſyrię procurator efficitur ſibiq; regnum promittitur. Vnde Antipater veneno (procurante Malicho) occiditur. Sed hęrodes ipſe patris mortem vlciſci bello prohibitus diſſimulans clariſſimas celebrauit exęquias. Sed ipſum vlciſci Caſſius monuit. Vnde Malichum principatum
B volentem vindicare Chylarici (preſente hyrcano) interemerūt fœlixq; contra phaſellū Malichi mortem volens vindicare vincitur: & Antigonum tunc vincit hęrodes cui doſis vxor Antipatrum filium genuerat. Ipſi quoq; marianni filia Alexādri filij Ariſtoboli Hyrcani ex filia neptis ſecunda: vxor iūcta erat Interfecto autem Caſſio Cęſar in Italiam & Anthonius in ſyriam diſceſſerunt apud quē optimates Iudeorum hęrodem accuſant & fratrem quem eum pecunia hęrodes placauit & ab ipſo hęrodes & frater tetrarchę inſtituūtur punitis eorum accuſatoribus Et iterum mille legatos: Tyrum miſſos indignatus Anthonius eorum multos occidit & multos vulnerauit ſed & vinctos interfecit.

¶ Capitulum vndecimum.

Anti. li. xiii. ca. xi Ege. li. i. ca. xxvii.

CEare vero adoleſcente & antonio cum bruto & caſſio bellum gerentibus marcus & caſſius exercitu de ſyria conflato q; magna pars vbi vſus poposcit hęrodes fuiſſet ipſum quidem totius ſyrię procuratorem preficiunt equitum illi manu peditumq; attributa. Si bellum autem deſiſſet: regnum quoq; iudeę caſſius eidem ſe delaturum eſſe pollicitus eſt. Euenit autem vt antipatro & ſpes & fortitudo filij cauſa iteritus fieret. Horum autem metu malichus miniſtro quodam regio pecunia corrupto: mixtum ei veneno poculum dare perſuadet. Atq; ille quidē iniuſtię malichi palma fuit: Poſt cōuiuium moritur vir ad alia ſtrēnuus rebuſq; amminiſtrandis ydoneus: & qui regnum recuperatum conſeruaſſet hyrcano. ¶ Malichus autem īſenſum propter ſuſpitionem veneni populum negando placabat ſimulq; vt validior eſſet armatorum ſibi copias cōquirebat. Nec enim herodem ceſſaturum arbitrabatur: quin etiam mox cum exercitu paternę necis vltor aduenerat Sed faſeli fratris conſilio qui eum palam minime perſequendum eſſe dicebat ne vulgi ſeditio conciC taretur. Et purgātem ſe tunc malichum patienter admiſit: & ſuſpitione liberum eſſe concedens clariſſimas paterno funeri celebrauit exęquias. Cōuerſus autem in ſamariam & ciuitatem compoſuit ſedi tione turbatam perq; dies feſtos in hieroſolimam remeabat miſſis comitibus armatis: nam timens impetum compellebat Hyrcanus. Malichus aūt alienigenas introduci ſup indigenas q; dies feſtos agerent prohibebat. Herodes autem & ipſo qui pręceperat cauſaq; cōtempta nocte ingreſſus eſt. Iterūq; malichus ad eum veniēs antipatrum flebat cōtraq; ille ſe falli cum vix animi dolorem pręmeret ſimulabat. Et tamen de patris nece apd caſſium per ępiſtolas queſtus eſt: cui ꝑterea malichus erat inuiſus Itaq; non modo vt mortem patris vlciſceretur ei reſcripſit. Sed etiam Chiliarchis quibus pręerat: vt in cauſa iuſta herodi opem ferrent occulte iuſſit. ¶ Et quoniam (capta Laodicia) vndiq; ad Herodem conuenerant optimates cum muneribus & coronis ipſe quidem hoc vltioni tempus deſtinauerat. Malichus autem id tyri fore ſuſpicabatur conſilium: & filium ſuum tunc apud Tyrios obſidem ſtatuit ſubducere: & ipſe in iudeam fugam parabat. Salutis aūt deſperatio ſtimulabat vt etiam maiora cogitaret. Nam & iudeorū gentem contra romanos excitaturum ſe credidit dū bello aduerſus antoniū caſſius occupabatur delectoq; Hyrcano facillime regnaturū. Sed profecto irridebat eius ſpem

Herodes totius ſirię ꝓcurator p̄ficit atq; ſibi regnū ꝓmittitur.

quod fuit ātipatro cā mortis.

Antipr̄ veneno ꝓcurante malicho occidit.

Herodes a fr̄e mortē p̄ris vlciſci bello ꝓhibetur ſed diſſimulās clariſſimas celebrauit exequias.

Anti. li. xiii. ca. xi Ege. li. i. ca. xxviii.

Caſſius herodē monuit patris mortem vlciſci, &c.

fatale decretum. Etenim quo intēderet animum suspicatus herodes: & ipsum & Hyrcanū prope astā-
tes ad cenam vocat deinde seruorum quēdam instruendi specie conuiuij intromittit. Sed res erat vt D
Malichus occi- Chiliarchis prędiceret ad insidias ingredi. Atq; illi preceptorū cassij memores ad littus ciuitati proxi
ditur prēsente mū armati gladijs exierunt: ibiq; circūseptum malichum multis vulneribus interficiūt. Hyrcanus au-
hyrcano tem stupore dissolutus statim concidit: vixq; anima recepta herodem percunctabaf quis malichū oc
cidisset. Et cum de Chiliarchis vnus respondisset. Cassij prędceptum plane inquit & me & patriā me-
am Cassius seruat incolumē qui amborū insidiatorem peremit. Vtrū autem id inuidia dixerit an q; ti
more factum probaret incertū est. Sed enim in malichum hoc est modo vltus herodes. ¶ Postq; ve-
Fœlix contra ro Cassius exsessit e Syria iterum hierosolymis orta seditio est cum fœlix in faselum mouisset exercitū. Anti.
phaselū bellum Et in herodis fratris pœna vellet necem malichi vindicare. Casu autem herodes cum fabio romano li.xviii.
mouet malichi duce apud damascū habitabat: & ne cupiens auxilio foret morbo impediebaf. Intereaitamen phase- ca.xi
mortē volēs vi- lus sine cuiusq; prēsidio superauit fœlicem probumq; ingrati obiściebat Hyrcano: qui & fœlici fauere Eg.li.i.
dicare sed vin- studuisset fratremq; malichi castella occupantem coniurauerat. Iam enim multa tenuerat omniumq; ca.xxvii
citur. tutissimum massadā. Nec tamen ei quicq; contra vim herodis potuit sufficere Qui mox vt conualuit
alia recœpit & illum ex massada supplicem dimisit. Et maronem Tyriorum Tyrannū ex galilea pepu
lit tria enim possederat castella tyrijsq; quos cœperat vitam concessit omnibus: nōnullos etiam dona-
tos abire iussit: vna & sibi ciuitatis beniuolentiā & tyranno cōparans odium. Marion autem a Cassio
quidem meruerat tyrānidem: qui tot Syrię tyrannos prefecerat. Sed ob herodis inimicitias etiam an
tigonū Aristoboli secum ducebat & ptholomeū propter Fabianum quem antigonus pecunia sibi so-
Victoria hęro- ciatum adiutorem incepti habebat. Cuncta vero socer ptolomeus antigono sumministrabat. Contra
dis cōtra anti- quos herodes instructus: in aditu iudeę commisso prelio victoria potitur. Fugatoq; antigono redit in
gonū filium. hierosolimam pro merito gestę rei omnibus carus: vt etiam quibus antea despectus erat: tunc in eius
familiaritatē sese dederint propter Hyrcani affinitatem. ¶ Namq; is herodes iam pridem ex indige-
nis habebat vxorem non ignobilē quę dosis vocabatur & antipatrū ex ea suscœperat filium. ¶ Tunc Anti.li.
Marianne filia antem duxerat alexandri cuius pater fuit aristobolus) filiam mariannē: hyrcani neptem ex filia: atq; xviii.ca.
alexandri filij inde familiaris regis erat. ¶ Sed vbi Cassio circa philippos interfecto cęsar in Italiam & Antonius in ri.a
aristoboli secū- Syriam discesserunt: legatis ab alijs ciuitatibus ad antonium missis in bithiniam etiam iudeorū opti- Eg.li.i.
da herod vxor. mates accusatum venisse faselum & herodem: q; illis rerum summā vi possidētibus nomen tantū ho- c.xxvii.
norabile supereesset hyrcano. Atq; herodes qui prēsto erat magna pecunia placatū antonium sic affe- c
cit vt ne verbum quidem inimicorū eius pateretur audire. Et tūc quidem ita digressi sunt. ¶ Cum au- Eg.li.i.
tem denuo iudeorū primates centum viri antiochię proxima Dafnen ad antonium venissent amori c.xxviii.
Anthonius cle- cleopatre iam seruientem: dilecti a cęteris qui eloquentia & dignitate prestabant aduersus fratres ac- E
opatre captus cusationem proponūt. Respondebat autem messala causę defensor: astante etiam propter affinitatē Anti.li.
amore herodē Hyrcano. Auditis deinde vtrisq; partibus antonius percunctabatur hyrcanum: quinam essent regen- xviii.ca.
& fratrē tetrar- dis rebus aptissimi. Cumq; is Herodem eiusq; fratres alijs pretulisset: voluptate repletus nam & ho- xii.e
chas facit & eo spes eorum paternus erat humanissimeq; ab antipatro susceptus eo tempore quo in iudeam cum Ga Eg.li.i.
rū accusatores binio venerat tetrarchas ambos declarat: totius eius iudeę procuratione permisso. Legatis autem id c.xxvii
puniunt quos- egre ferentibus quindecim eorum correptos carceri tradidit quos & pœne occidit. cęteros autem re-
dam occisis a- iecit cum iiuria. Vnde maior tumultus hierosolimis excitatus est. ¶ Deniq; mille iterum legati tyrum F
lijs cū iniuria re missi sunt vbi cōmorabatur antonius in hierosolimam paratus irruere & contra eos vociferantes ma
cedētibus. gistratus tyriorum directus: data ei licentia vt quos comprehendisset occideret precepto; vt eorum
Iterū legati iu- potestatem confirmare curaret: qui tetrarchę ipsius essent antonij suffragio constituti. Ante hęc autē
deorū cōtra fra herodes vsq; ad litus progressus multis eos ammonebat. ne & sibi interitus & patrię belli causa fierēt
tres mittūtur: dum inconsiderate contendunt. Illis autem tanto magis indigne ferentibus antonius missis armatis
quos indigna- multos occidit multos etiam vulnerauit: quorū & saucios cura & mortuos sepultura hyrcanus digna-
tus Anthonius tus est non tamen ideo qui effugerant quiescebant. Perturbando enim ciuitatem antoniū irritabant
multos occidit vt etiam quos in vinculis haberet occideret.
& multos vul-
nerauit sed & vi
ctos iterfecit.

¶ Barzaphanę parthos satrapas post biennū cum pacoro parthorū regis filio Syriam obtinē
te Lisanias ptholomei mennei filios mille talenta cum quingētis mulieribus repromittit vt antigono
regnum cōtraderent & hyrcanum exturbarent quo persuasus pacorus per maritima Barzahanes ve
ro per mediterranea loca copias ductant attributa equitū partē regio ministro qui iudeam petens Iu
deorum cōsilia exploraturus suppetiaret antigono cui plerig; iudeorū adherentes locum qui drimas
dicit occupant suis hostibus qui hierosolimā petentes vsq; ad regiam pergunt vbi cū hyrcano & pha
selo cōcertantes in fugam versi ab herodis manu in phano cōcludunt collatis sexaginta custodibus p
ędes proximas quos populus fratribus infensus concremabit qua de re Herodes succēsus cū populo

A confligens multos trucidat & inſtante penthecoſtes feſto plebem adorſus plures peremit. Interea vero pacorus pacis arbiter ab antigono doloſe petitur quem phaſelus recepit hoſpitio ſed phaſelus ipſe & hyrcanus inſidioſe a parthis captis. Herodes mariannes ſuaſu hoſtium euaſit inſidias ad ydumeam proficiſcens & in maſſada contra hoſtes victoria potitus ī memoria pręclari facinoris arcem munitiſſimam condidit de ſuo nomine herodiam vocās cui vero de idumea venienti Ioſippus frater obuiam venit. Parthi autem apud hieroſolymam in prędam verſi fugientium domos & regiam deprędati ſunt.

Capitulum duodecimum.

Anti.li. xiiij.c.xij. Egeſip. pus li.i. ca. xxix.

BArzaphane autem parthorum ſatrapa ſyriam biennio poſt cum regis filio pacoro detinente inſanias patris ſui mortui ſucceſſor ptolomei mennei filius mille ſatrapę talēta pollicitus: & mulieres quingentas eis perſuadet: vt antigonum in regnum inducerent hyrcanumq; deponerent Impulſis igitur ab eo pacorus ipſe quidem per maritima loca perrexit: barzaphanen autem itinere mediterraneo iuſſit irrumpere. Sed maritimorum tirij pacorum excluſerunt. cum ptolomeus alias ptolomenſes eum & ſidonij recepiſſent. Ille autem quendam regium miniſtrum cognomine Siuū equitatus ei parte attributa ad iudeam iuſſit accedere. & exploraturum hoſtium conſilia: & vbi vſus exegiſſet preſidio futurum antigono. Plurimi autem eorum qui carmelum populabantur iudei vltro ad antigonum currunt ad irruendum alacriter animati. Ille autem ad locum qui drimas dicitur alias drymos ſeu dir in occupandum eos premittit ibi commiſſa pugna: depulſiſq; hoſtibus & fugatis hieroſolymam curſu petebant auctiq; multitudine vſq; ad regiam proceſſerunt. Excepti autem ab hyrcano & faſelo: forti acie in foro confligunt. Ibiq; hoſtes in fugam verſos pars herodis in phanum concludit: cuſtodeſq; his ſexaginta viros apponit. per edes proximas collocatos. Sed hos quidem infenſus fratribus populus igne conſumit. Herodes autem iracundia peremptorum congreſſus cum populo multos obtruncat: inq; dies ſingulos inuicem ſe per inſidias incurſantibus: aſſidue cedes erāt. Inſtāte vero die feſto qui pēthecoſtes vacatur omnia circa tēplum totaq; ciuitas plebe ruſtica repleta eſt & pleraq; armata. Et faſelus quidem muros herodes autem cum paucis domum regiam cuſtodiebat inuaſiſq; de improuiſo hoſtibus in ſuburbio alias ſuburbano plures quidem peremit: omnes autem in fugam vertit: & hos in ciuitatem alios in phanum alios in extremum valuum includit. Interea pacis arbitrum antigonus pacorum petit admitti. Exoratus autem phaſelus & ciuitate & hoſpitio. cū equitibus quingentis parthum recepit ſed eundem quidem ſpecie concordię venientem re autem vera vt adiuuaret antigonum: deniq; phaſelum dolo pepulit ad barzafanem legatos de compoſitione mittere q̄uis multa diſſuadente herode atq; vt inſidiatorem occideret neue ſe eius fallaciis dederet ammonente enim natura barbaros fidem negligere. Exijt enim pacorus cum hircano: quominus ſuſpectus eſſet. Nonnullisq; relictis equitibus apud herodem qui ſe Eleutheros vocent cum cæteris phaſellum proſequebatur. Sed vbi ad galileam venerunt indigenas quidem diſſidentes atq; armatos offendūt ſatrapam vero conueniunt ſatis callide & officijs amicitię dolos tegentem. deniq; poſtq̄ dona eis dedit: redeuntibus inſidias poſuit: illi autem in maritimum quendam locum deducti cui nomē eſt ędippon fraudem intelligunt: ibi enim de promiſſis mille talentis audierunt & q̄ antigonus pleraſq; mulieres ex his quas ipſi haberent inter quingentas partes deuouiſſet: quodq; ſibi ſemper a barbaris pręſtruerentur inſidię. Olim enim capti eſſent niſi mora fuiſſet dum hieroſolymis caperetur herodes: ne ſibi prędiceret quę de his agerentur caueret: hęc iam non verba erant ſolum. Nam & cuſtodes haud procul abeſſe conſpiciebant & tamen phaſelus hircanum deſerere non eſt paſſus q̄uis eū ſępius moneret vt fugeret: cui ſaramalla tunc ſyriorum ditiſſimus dixerat quemadmodum eſſent omnia de inſidijs conſtituta. Sed conuenire ſatrappam maluit atq; in os exprobrare q̄ ſe inſidijs appetiſſet: ac maxime quia pecunię cauſa talis extitiſſet cum: plures ipſe pro ſalute daturus eſſet q̄ pro regno promiſiſſet antigonus. Ad hęc parthus ſubdola ſatisfactione iureq; iurando ſuſpitionem depręcatus perrexit ad pacorum: ſtatimq; a parthis qui remanſerant quibuſq; iuſſum erat phaſelus atq; hircanus comprehenduntur: periuria ſimul ac perfidiam execrantes: at interim miniſter ad hęc miſſus herodem capere moliebatur: eumq; fallere vt extra murum procederet ſicut ſibi mandatum fuerat conabatur. Ille autem ſuſpectos habere ſolitus ab initio barbaros: & tunc minime dubitans in hoſtes incidiſſe litteras quę inſidias indicarent prodere nolebat q̄q̄ ſatis idoneam cauſam pacorus pretēderet epiſtolas portantibus obuiam ire debere. Nec enim aut ab hoſtibus eſſe captos aut quicq̄ de inſidijs. ſed quę phaſelus geſſiſſet his contineri. Iamdudum autem ab aliis audierat herodes fratrem ſuum phaſelum eſſe correptum & hircanum cuius filia marianne prudentiſſima feminarum multis eum precibus ne proderet orabat neue ſe crederet manifeſtis iam conatibus barbarorū. Adhuc autē pacoro cū ſocijs deliberante quo nā modo clā patraret inſidias nec enim fieri poſſet vt tantę ſapientię vir ex aperto circū ueniretur: nocte herodes cū propinquiſſimis ſibi perſonis ad idumeam ignaris hoſtibus proficiſcitur.

Barzaphane pthus cum pacho ro regis filio biē nio Syriā deturbāt (lyſania filio ptholomei mille talenta & mulieres quigētas promittēte, vt antigonū in regnu; inducāt & hircanū exturbent.

Herodes ob ſuorum iuſtionē paratus pleroſq; trucidat.

Pacorus pacis arbiter ab ātigono doloſe petitur quē phaſelus cœpit hoſpitio. Natura barbari fidē negligunt. Pacori dolus.

Hircanus & phaſelus iſidioſe capti ī ędippō deducuntur.

Phaſelus hyrcanū deſerere nolens & ſi a Saramalla ſup iſidijs edoctus eſſet.

Herodes dolo ſe impetitus litteras inſidiaru; indices prodere abnuit.

Herodes mariānes ſuaſu hoſtiū euaſit iſidias & vadit in idumeā

Victor hærodis arcem edificauit quē vocauit herodion.

Iosippus fr hærodi obuiamvenit in idumea.

Parthi hierusalē deprędantur.

Eoq; cognito parthi eum persequębātur. Et ille matrem quidem fratresq; suos desponsatāq; puellam cum matre minimosq; fratres pertendere iter iussit. Ipse autem caute cum famulis suis barbaros retentabat multisq; per omnes conflictus interemptis. ad castellū massada properabat. Grauiores autē pathis in fuga iudeos expertus est. Qui cum super molesti fuissent. sexagesimo tamen ciuitatis stadio aliquandiu etiam acie decertarunt. Vbi herodes victoria potitus cum multos interfecisset: ipsum locū in memoriam præclari facinoris edificatū locupletissima exornauit regia. arcēq; in eo munitissimam condidit: ac de suo nomine hęrodion vocauit. Et tunc quidem cum fugeret multos ad se applicabat. Postea vero q̄ de ydumea venit. occurrit ei frater Iosippus alias Iosephus turbamq; sequētium dimitti persuadet: nec enim capacem esse tantę multitudinnis massadam. Erat autē supra q̄ nouem millium multitudo. Itaq; paruit herodes eius consilio. & impares quidem necessitati per ydumeam dimisit cū viatico: lectissimos autem maximeq; necessarios tenuit atq; ita in castellum receptus est. Deinde octingentis ibi relictis qui mulieres defenderent. itemq; commeatu qui satis esset obsessis: ipse in petram ciuitatem arabię perrexit. ¶ Parthi autem apud hierosolymam in prędam versi in fugientium domus ac regiam irruebant: solis hircani pecuniis abstinentes: quę trecenta talenta superabant. Aliorum vero spe minores inueniebant q̄n herodes iam pridem barbarorum perfidiam suspicās: quicquid erat in opibus prędosū in ydumea multo ante cōportauerat eiusq; sociorum itidem quisq; fecerat.

Ioseph. li. xiiii. capitu. xvi

¶ Parthi Antigonum iudeorum regem constituentes hircanum & phaselum vinctos tradunt verberandos qui hircani aures ne pontificium quandoq; recipiat obtruncauit. Phaselus vero antigonus virtute prędeniens cum nec ferri copiam nec liberas haberet manus saxo caput percutiens interiit cū gaudio moriens morti suę heroden cognoscens vltorem. parthi autem hyrcanum vinctum ducūt in parthiam herodes quoq; fratrem adhuc viuere credens vt ipsum liberet sollicitus est pecuniam mutuare quam arabum rex recusat vnde herodes indignatus versus ęgiptum recedit vbi a cleopatra honorifice receptus est: sed regię spretis prędibus & hyemis asperitate maxima ędificata naui romā petit vbi ab antonio cui quę facta sunt nunciauit benigne est receptus eumq; tūc regem proposuit facere iudeorum antigonum inimicum cognoscens & cōuocato senatu antipatri merita prędicauit: & herodes a senatu rex creatur cuius regni primo die apud antoniū cenatum est. Capitulū tertiūdecimū.

E

Ioseph. li. xiiii. capitu. xvi. ge. li. i. capitu.

Antigonus parthi nō solū regē cōstituūt sed ei hircanū & phaselum victos tradūt verberādos qui hyrcani aures truncauit ne pōtificiū quandoq; recipiat.

UErumtamen postq̄ prędа potiti sunt parthi ad hoc iniurię processerunt vt omnem terram illam bello implacato replerent marisa quoq; ciuitate vastata nec solum ātigonum regem constituerant: verum etiam faselum: & hircanum vinctos ei traderent verberandos. At ille hircani quidem auriculas dentibus truncat ne solutus quidem rebus mutatis vnq̄ pontificatum recipiat. Ab integris enim celebrari sacra oportet. ¶ Faseli verovirtute prędeuntis est antigonus. Qui cū nec ferri copiam nec manus liberas haberet: ad saxū fracto capite interiit. Atq; ita ꝓbato q̄ verus herodis frater esset. Hircanusq; degeneraſſet. viriliter vita fungitur: dignum operibus humanis obitum assecutus. Fertur tamen & aliud q̄ ex illa quidem plaga resipuerit: sed veluti curandi eius causa missus ab antigono medicus venenis malis vulnus expleuerit eoq; illū pacto peremerit. Vtrūuis autem verius sit: prędarum habet initium. Deniq; aiunt eum priusq̄ efflaret animam cognito ex quadā muliercula q̄ herodes euasisset dixisse. Nunc bono animo discedam qui vltorem inimicorum viuum relinquerim. Ille quidem sic moritur. ¶ Parthi autem q̄q̄ mulieribus caruerint quas maxime cupiebant. rebus tamen antigono apud hierosolymam compositis vinctum in parthiam hircanum ducunt. ¶ Herodes autem obstinatus in arabiam velut adhuc viuo fratre suo festinabat vt pecunias ab rege accipe ret quibus ex solis exortatum iri pro faselo sperabat auariciam barbarorū. Etenim reputabat si arabs minus paternę amicitię memor fuisset animoq; liberali paratior. vel mutuum ab eo sumere q̄ redemptionis causa preberet: pignori oppositio ipsius filio quem redimeret: secum enim habebat fratris filium septem annis natum: trecentaq; talenta dare decreuerat interpositis prędationi tyriis Sed profecto studium fortuna prędenerat & phaselo mortuo nec quicq̄ fratrem diligebat herodes. Non tamen vel apud arabas saluā esse amicitiā reperit. Malichus rex eorum iudeis prędmissis qui hoc ammonerēt q̄ primū eū reuerti ex similibus suis iubet simulatione quidē parthos per legatos petisse vt herodē arabia pelleret. Certa vero causa fuit q̄ vicem antipatro debitā negare ꝓposuerat: neq; pro bñificiis ab eo perceptis aliquid eius filiis grę repęderet: cōsolationis ęgentibus. Impudētię alias iprudētie vero suasores habebat qui ātipatri vellēt obiurare deposita. Erant aūt circa eū potētissimi: ꝓinde herodes quidem vbi arabas ex ea sibi causa hostes esse deprehēdit vnde amicissimos existimabat: eaq; respondit nūciis quę dolori perauit: ęgiptū versus recedit. Et prima quidē vespera in quodā agresti phano dum postuenientes recipiebat. tendi: postero autem die cum rinocuram peruenisset fratris eius mors nunciatur acceptoq; tanto luctu quandoq; curarum estum deposuit & ibat viterius. Itaq; arabem sero factum penituit: & qui reuocarent eum quē contumelioſe tractauerat. velociter misit. Herodes autem

F

Ioseph. li. xiiii. capitu. xvi. ge. li. i. capitu. xvii.

Parthi hyrcanū vinctum ducunt in parthiam

Herodis studiū pro fre liberādo

Arabum rex herodem recusat hunc vocat egesippus rochum. Recedit hærodes versus ęgip. & mortē fratris sciuit in rinocura/hāc. li. xiiij. anti. ca. xiij. vocat andrina rura.

Ioseph. li. xiiii. capitu. xvi. ge. li. i. capitu. xvii.

A etiam hunc in peluſium pręuenerat. Ibiq; tranſitu prohibitus ab eius rei ſpeculatoribus rectores adit & illi eum famam viri dignitatemq; reueriti alexandriam proſequũtur. Tranſgreſſus ad ciuitatẽ honorifice a cleopatra ſuſceptus eſt: ducẽ ſibi militum eum fore ad ea quę parauerat exiſtimãs. e deſpectis aũt reginę precibus: neq; hyemis aſperitatem neq; marina diſcrimina quò minus romam nauigaret extimuit. Circa pamphiliam vero per ciitatus. maiore oneris parte reiecta vix in rodum vehemẽter bello caſſij ſolicitam. ſaluus euaſit. Amicorum autem ſuorum ptolomei & ſaphij receptus hoſpitio licet rei peculiarie premeretur inopia: maximam tamen edificat nauim triremem: eamq; cum amicis delatus in brunduſium atq; inde continuo romam profectus familiaritatis paternę gratia primum cõuenit antonium: eiq; tam ſuas q̃ totius generis clades exponit quodq; affectibus ſuis in caſtello relictis atq; obſidione cinctis ſupplex ad eum hieme nauigaſſet. Itaq; tantę miſerationis caſum miſeratus antonius & memoria quidem iunctę cum antipatro dextrę Cum vero ipſius qui aderat cõtemplatione virtutis: etiam tunc eum regẽ cõſtituere propoſuit iudeorũ: quem ipſe tetrarcham ante fecerat. Non minus autem q̃ herodes fauore: odio ducebatur antigoni. Hũc enim & ſeditioſum & romanis inimicum eſſe arbitrabatur. Cęſarem quidem ſciebat multo q̃ ipſum paratius renouantem antipatri expeditiones quas in ęgipto cũ eius patre pertulerat: & hoſpitiũ & in rebus cũctis beniuolentiam cum pręter hæc ipſius quoq; herodis efficatiam cerneret. Verumtamen & ſenatũ conuocabat vbi meſſala & poſt eum Atratinus aſtante herode patris eius merita & ipſius circa populum romanũ fidem proſequebantur: quo ſimul hoſtem antigonum demonſtrarent: non ſolũ q̃ intra breue tẽpus his diſſidere cœpiſſet verum etiam q̃ antea quoq; populo romano deſpecto: parthorum ſuffragio regnum curauiſſet accipere. ¶ His aũt cõmoto ſenatu cũ antonius etiã bello cõtra parthos gerẽdo vtile eſſe diceret herodẽ regẽ creari oẽs aſſentiunt. Dimiſſoq; concilio antonius quidem & Cęſar egrediebantur mediũ ſtipantes herodem: cõſules autem cũ aliis magiſtratibus antecedebãt cęſari hoſtias decretũq; ſenatus in capitatolio repoſituri. Primo autem die regni herodis apud antonium cenatum eſt.

Herodes a cleopatra honorifice receptus ſed regine ſpretis pcibus & hyemis aſperetate Romam adit.

Herodes Romã veniẽs antonioque facta ſũt nũciat q̃ ab eo benigne eſt receptus eũq; tũc regẽ ꝓpoſuit facere iudeorũ antigonũ iimicũ cognoſcẽs & ſenatui cõuocato ꝓris merita pdicanť.

¶ Herodes rex a ſenatu creatur Antonius prio die regni herod cenam fecit. &c.

B ¶ Antigonus maſſada obſidens incluſis aqua carẽtibus pluuia diuinitus puteos impleuit ventidius autem a romanis miſſus vt parthos a ſyria prohiberet pecunijs corrumpitur & diſcedens ſilonẽ reliquit qui ab antigono ſimiliter mercede corrumpitur herodes vero aucta virtute maſſadam ab obſidione voluit liberare ſed eum impediuit ioppe hoſtilis qua capta herodes ad maſſadam ſuos liberaturus properat Indigenas variſs modis ſibi aſſocians quia maſſada hieruſalem contra antigonũ proficiſcitur & circa eius mœnia ſe pro bono populi veniſſe proclamari iubet ſeq; de nullo vlturum omneſq; condonare offenſas: quę proclamatione exaudiretur ab antigoni ſectatoribus impeditur. tũcq; ſilonis reuelata eſt corruptio. Herodes quoq; magiſtratus & milites orat vt quem a cęſare antonio & ſenatu deductum honorifice cognouerant non deſerant eoſq; pœnuria liberare pollicetur q̃ antigonus molitur impedire. Herodes autem decem cohortibus munitus hierichonta pergens vacuã inuenit incolis quingentos tamen cum mulieribus & familijs montiũ faſtigia occupãtis dimiſit reliquam autem ciuitatẽ romani expilant. Antigonus vero ſilonis corruptione partem exercitus ſuſcepit lodis in gratiam herodes autem idumeam cũ equitibus & prępeditibus cõmouit. Cumq; capta ſephori milites hyemalibus brumis defatigatos refocillat & aduerſus latrones animum dirigit galileamq; a latronibus purgauit pecunia militibus pro ſtipendijs diſtributa ferorę quoq; fratri minimo ſcripſit vt & foro venalium conſuleret muroq; caſtellum alexandrium cingeret. Capitulum quartumdecimum.

Antigonus tunc icluſos apd maſſada obſidet q. bus aqua carẽtibus diuitus pluuia puteos impleuit.

Ventidius a romanis miſſus vt prohiberet parthos a Syria ſed pecunijs corrũpit & diſcedens reliquit Sylonã.

C ODem vero tempore antigonus apud maſſada incluſos obſidebat: aliſs quidem victui neceſſarijs abundantes: aquæ autem inopes. Vnde Ioſippus quoq; frater herodis cum ducentis familiaribus ſuis ad arabas confugere cogitabat: audito q̃ eorum quæ in herodem commiſerat malichum pœniteret. Caſtellumq; reliquiſſet: niſi circa noctem qua exiturus erat plurimum ymbrium contigiſſet effundi. Aqua enim repletis puteis fugiendi cauſa non erat a deo vt etiam vitro in antigoni militẽ eruptiones auderent: multoſq; nunc aperto prelio: nunc inſidijs neci darent. Non tamẽ illis omnia pro voto cedebãt ſed ipſi quoq; interdum cum aduerſo caſu reuertebantur. Interea dux romani militis ventidius prohibitum miſſus parthos a ſyria poſt illos in iudeam venit. verbo quidem vt ioſippo & qui vna obſidebantur ferret auxilium: re autem vera vt pecunias auferret antigono. Itaq; cum non longe ad hieroſolymis tetendiſſet queſtu explectus: ipſe quidem cum plurima exercitus parte diſceſſit ſylonem vero cum paucis ne furtum deprehenderetur ſi omnes adduxiſſet reliquit. Antigonus autem ſperans itorum parthos ſibi adiumento fore: ſilonem interim placabat vt pendente ſpe nihil inquietaret. ¶ Iam vero noui ex italia in ptolomaidem deuectus herodes non parua manu coacta externorum atq; gentilium per galileam aduerſus antigonum properabat: ventidij & ſylonis fultus auxilio. Quibus delius ab antonio miſſus vt herodem in regnum deducerent perſuaſit. Horum autem ventidius qui-

Sylo ab antigono mercede corrumpitur.

Herodes (aucta virtute) massadã ab obsidione vo luit liberare sed impediuit Joppe hostilis.

Capta Joppe herodes ad massadam suos libera turus properat i digenas variis modis sibi associans.

¶ Herodes circa mœnia p clamari iubet p bono populi. Veniſſe se seq; de nullo vlturũ oẽs cõdonare offẽsas quę p clamatiõe exaudiretur ab antigoni sectatoribus impeditur.

Antigonus molitur impedire p milites ãnonam subministratis hostibus.

Romani ciuitatem expilant.

Antigonus corrupto silone partem exercitus loddis suscipit i gratiam.

Herodes sephori capta milites hyemalibus bruma defatigatos intibi refocilat: & aduersus latrones iam dirigit

Herodes diu immoratus contra latrones i spelũcis delitescentes

busdam turbas in ciuitatibus quę propter parthos euenerant componebat: sylonem vero antigonus in iudea mercede corruperat. Non tamen herodes opis egebat. In dies enim singulos quo manũ promouebat: augebantur eius copię. Nam pręter paucos: omnis ei galilea cõsensit. Et propositum habebat pręmium necessarium massadam vt primum affines suos obsidione liberaret sed impedimento fuit ioppe. Hęc enim prius q̃ hostilis esset: eximenda videbatur. ne dum ipse peteret hierosolimã tutamen aliquod a tergo inimicis relinqueretur. Sylo autem iungit agmina inuenisse gaudens resistendi occasionem q̃ eum persecutio premeret iudeorum. Hos autem herodes parue manus excussione perterritos mature in fugam conuertit: & sylonem male repugnantem periculo eripit. ¶ Deinde capta ioppe suos liberatum ad massadam festinabat cum indigenarum alios amicitia paterna sibi sociaret: alios ipsius gloria: nonnullos vtriſq; beneficijs debita vicissitudo plurimos tamẽ spes vt a rege certissimo. Iamq; enim validissimas quęsierant copias. Sed antigonus iter eius impediebat loca insidijs oportuna pręueniens vnde nullum aut minimũ afferebat hostibus detrimẽtum. ¶ Herodes autem facile receptis e massada pignoribus suis & rebus: a castello in hierosolimam perrexit. Cui se tam sillonis milites q̃ ceteri ex ciuitate iunxerũt: virum eius timore perculsi. Castris autẽ positis in occidua regione oppidi custodes eius parthis ipsum sagittis & iaculis impetebant ab alijs vero per cuneos excurrentibus primę frontis acies temptabãtur. Herodes autem primo circa muros declamari iussit. populi se bono & saluti ciuitatis adueniſſe. pœnasq; a nullo q̃is manifesto inimico repetiturum: sed discordissimis etiam offensarum obliuionem daturum. Deinde cum allocutionibus contrarijs pars antigoni obstaret quo minus aut pręcones exaudire aut voluntatẽ mutare quispiam posset quod reliquũ erat suis imperat murorum defensores adulcisci. Atq; illi statim sagittis cunctos ex turribus fugã verterunt. Ibiq; cum sylonis detecta corruptio est. Multis enim militũ sub armatis qui rebus agere se necessarijs acclamarent. pecuniamq; alimentis poscerent atq; hyemandi grata in loca oportuna dimitti. nam ciuitati proxima deserta erant ita omnibus ab antigono ante prouisis: & incitabat exercitum & ipse recedere conabatur. Herodes autem non solum rectores qui sylonis parerẽt. sed etiam milites vbi essent plurimi conueniendo rogabat ne destituerent quem scirẽt a cęsare & antonio & senatu deductum in vno die pollicitus eos pœnuria soluere. Deinde hęc precatus ipse ad agros abijt: tãtamq; his exhibuit copiam commeatus vt sylonis omnes accusationes perimeret: simulq; prospiciẽs nevel in posterum ministrare desinerent. accolas samarię per epistolas ammonebat. Nam ciuitas eius se clientelę dederat: vt alimenta & vinum & oleum & pecora in hiericonta deferrent. Hoc vbi audiuit antigonus: statim hostes qui frumenta prohiberent. atq; insidijs opprimerẽt. per agros dimittit. Illiq; iussis obediunt: & iam magna manus armatorum super hierichonta fuerat congregara. Discreti autem montibus insidebant: si qui exportarent victui necessaria speculantes. ¶ Non tamẽ herodes ociosus erat: sed ex cohortibus comitatus quinq; romanis & quinq; iudeorum. quibus permixti erant etiam mercede conducti trecenti. pręterea paucis equitibus hierichonta peruenit. Et ciuitatem quidem vacuam habitatoribus reperit: quingentos vero cum mulieribus ac familijs montium occupasse cacumina. Et hos quidem captos dimisit. Romani autem in reliq̃ ciuitatem irruunt eamq; diripuere: cũ plenas domos offendissent omnigenũ condotionum. Rex autẽ apud hierichonta pręsidio collocato reuersus est: romanũq; militẽ in his quę sibi cesserant ciuitatibus hoc est idumea. & galilea & Samaria hic maturũ dimisit. ¶ Antigonus quoq; sylonis coruptione meruit vt partem exercitus loddis susciperet in antigoni gratiam. Et romani quidem armorum cura soluti: rebus omnibus abundabant. Herodes autem non quiescebat: sed idumeam duobus milibus peditum. & quadringentis equitibus misso etiam fratre suo ioseppo cõmouit: ne quid noui cum ãtigono fieret. Ipse autẽ matre cum alijs quos ex massada liberauerat affinibus suis in samariam translata ibiq; tutissime collocata vt cętera galileę subuerteret: atq; antigonũ pręsidio expelleret: proficiscitur. Cumq; sephorim licet vehemẽtissime niteret: peruenisset: facillime ciuitatem capit custodibus eius ãte aggressionẽ fuga dilapsis. Ibiq; suis militibus quos hiems fatigauerat recreatis: erat enim magna copia cõmeatus: aduersus latrones in speluncis agẽtes direxit animũ qui pleraq; illius regionis incursantes nõ minoribus q̃ belli cladibus incolas afficiebant. Pręmissis autẽ tribus peditum cohortibus vnaq; ala equitũ in vicum arbella ipse diebus quadraginta post cum reliqua manu superuenit. Nec tamẽ eius incursum hostes extimuere. Sed armati obuiã procedebant pericia bellatores & ferocitate latrones. Deniq; pręlio cõmisso dextro ipsorum cornu sinistrum. Herodis in fugã pellitur. Ille autẽ de suo dextro circumgressus velociter subuenit Et suos quidem a fuga retrahit. Irruendo autem in hostes impetum persequẽtium refrenabat donec a fronte pugnantes violentię cõcesserunt. Qui tamen eos vsq; ad iordanem cedẽdo persequebatur & magna fugientiũ parte perempta cęteri trans fluuiũ diffecti sunt. At galilea metu purgata est nisi q̃ in speluncis latitãtes reliquerãt eorũq; causa diutius ibi remorãdum fuit. Quamobrem primum labo-

D

Anti. li. xiiij. capit. xxiij. Ege. li. i. ca. xxx

E

Anti. li. xiiij. capi. xxiij.

Egesippus li. i. capi. xxx. Anti. li. xiiij. ca. xxiij.

F

Antī.li. xiiij. ca. xxvi. xx.

Antī.li. xiiij. ca. xxvi. xx.

A ris fructum militibus rependebat centum quinquaginta nummorum dragmas singulis diuidendo eo rumq; rectoribus multiplicatam summam ad hiberna mittendo. ¶ Ferorę autem fratri minimo scripsit vt & foro venalium consuleret:muroq; castellum alexandrium cingeret. Quę ab illo curata sunt. ¶ Ventidius Antonio athenis diuersante silonem & herodem ad expeditionem in parthos accersit herodes vero libenter ad ventidium silone dimisso aduersum latrones in speluncis habitantes mouet exercitum nulluſq; latronum herodios conseruare: volenti sese dederevoluit sed senior quidem septem filiorum pater ipsos cum vxore ne herodi quędam commiseranti sese darent ipsos trucidauit. sibiq; postea mortem conciuit herodes autem subactis latronibus prefecto ptolomeo in Samariam redijt qui abijs qui galileam infestabant trucidatur quorum postea multitudinem interemit Herodes. Ventidius quoq; antonij iussu interempto pacoro mille equites & duas cohortes i auxilium misit herodi. Herodes quoq; macherę iniquitatem accusaturus properat ad antonium qui precibus tamē in gratiam regis redijt herodes quoq; Samosathan aduenięs obsidionem terminauit multis barbaris interfectis Iosippus autem contra fratris iussum in antigonum bellum mouens cum recentibus romanis militibus occiditur vnde antigonus victoria minime contentus seuit in mortuum & caput eius abscidit pro quo ferora.l. offerebat talenta.

¶ Prędia militibus repęduntur & rectoribus multiplicantur.

Capitulum quintumdecimum.

antiquitatū lib. xiiij. ca. xiiij. xx.

Antī.li. xiiij. ca. xiiij. xxi. Ege. li. i. ca. xxx

B

Antī.li. xiiij. ca. xiiij. xx. Ege. li. i. ca. xxx Antī.li. xiiij. ca. xiiij. xx.

Antī.li. xiiij. ca. xiiij. xx.

C

Antī.li. xiiij. ca. xiiij. xx.

ITaq; circum athenas versabatur antonius. Venditus autem ad bellum cōtra parthos Sylonem atq; herodem accersijt:mandato eis per epistolas vt iudeę statum ante componerent. Sed herodes libenter ad ventidium sylone dimisso:ipse aduersum latrones in speluncis habitantes mouet exercitum. Iste autem speluncę in preruptis montibus erant vndiq; inacceſſę. transuersoſq; tantum ac per angustos ascensus habebant saxumq; ab earum fronte vsq; ad fauces altissimas pertinebat rectumvallibus imminēs vt aliquandiu quidem rex incertus esset pro loci difficultate quid ageret. Postremo autem molimine vteretur satis incauto. Etenim valentissimus quisq; demissus arculis exponebatur in hostia spelucarum:sicq; cum familijs eos mactabant: ignemq; repugnantibus inijciebant. Cumq; aliquos ex his cō seruare vellet herodes:vt ad se recederent voce præconis edixit. Sed illorum neq; voluuntarium se quisq; ei tradidit & quosuis coegerat. multi mortem captiuitati pertulerūt. Vbi etiam senior quidam septem filiorum pater. orantes cum matre filios vt egredi sibi ad fœdera permitteret:occidit hoc modo. Iussit exire singulos:ipse ad hostium stabat & prodeuntem filiorum quemq; trucidabat herodes autem e spelunca prospiciens & dolore conficiebatur:& vt filijs parceret seni dextram cum precibus porrigebat. Ille autem dictis eius nequaq̄ mitior factus: insuper velut humilis animi contemptit herodem:& post filios occidit vxorem. Deiectisq; desuper mortuis: postremo semet precipitem misit. Speluncis igitur & qui in his erant ita subactis herodes relicta exercitus parte quanta ne quis rebellare temptaret satis esse arbitraretur eiq; parthi ptolomeo præposito in Samariam rediit:armatorum quidem tria milia sexcentos vero equites in antigonum duces. Tuncq; propter eius abscessum nacti licentiam quibus galileam turbare mos erat: ptolomeum vero militum rectorem aggressi nec opinantem interficiunt egros autem vastabant:in paludes autem atq; in abditissima loca refugientes. Quibus cognitis herodes mature succurrit:& magnam quidem eorum multitudiuem morte cōsumit. Omnibus autem castellis obsidione liberatis. huius mutationis causa multam exegit a ciuitatibus pecuniā centum talenta. ¶ Iam vero parthis expulsis:occiso etiam pacoro:ventidius antonij litteris monitus equitum mille auxilia duarumq; cohortium aduersus antigonum mittit herodi. Eorum autem ducem macheram vt ad se adiutum veniret per epistolas rogauit antigonus & de vi herodis multa conquęstus:& pecuniam dare pollicitus. Sed ventidius nec enim [illegible] quod missus fuerat negligendum putabat. prędertim cum plura daret herodes in proditione quidem ei nō paruit: simulata vero amicitia res antigoni exploratum perrexit:non admisso herodis consilio dissuadentis id fieri. ¶ Antigonus autem quia:prędensit quid cogitaret:ciuitatem ei clausit. & tanq̄ hostem vlciscebatur ex mœnibus:donec macheram incepti puduit:& in amathūtem ad herodem recessit. Iratus autem q̄ res aliter cesserat. quoscumq; iudeos offendisset interficiebat: vt nec vel herodianis parceret: sed & antigoniānis omnibus abutebatur. Hec cum egre ferret herodes in macheram quidem vindicare voluit tanq̄ in hostem ira cundiam vero repressit:& ad antonium properabat:apud eum accusaturus macherę iniquitatem. Ille autem delicta sua reputans:velociter regem consequitur vtq; in gratiam secū redeat multis precibus effecit Neq; tamen herodes a proposito suo reuocatus est:quo minus ad antonium pergeret. Sed cū audisset cum magnis viribus oppugnare samosatam iuxta eufratem validissimam ciuitatem:acrius festinabat:oportunum hoc esse tempus perspiciens demonstrandę virtutis & vt magis magisq; placeret antonio. Deniq; mox vt ad eum venit finem attulit obsidioni multis barbaris interfectis:magnaq; prędę parte sibi destinata:vt antonius quidem quāq̄ eius virtutem antea mirabatur tamen etiam

Antonio Athenis diuersātevētidius ad expeditionē inpthos sylonē & Herodem accersit. Modus latronū euincendorum. Horrificus senis facinus qui trucidās. vis. liberis & vxori sibi mortem consciuit.

Herodes subactis latrōibus p̄fecto ptolomeo in samariam reuertitur. Ventidius iterē pto pacoro ātonij iussu mille eqtes & cohortes duas in auxiliū herodi misit.

¶ Herodes macherę infēsus ad antoniū ꝓperat macheram accusaturus qui precibus in gratiam regis redijt.

tunc magis eandem opinionem haberet: multumq; ad honores eius spemq; regni adderet: ãtiochus vero tradere famosatam cogeretur. Cum hęc agerentur: res hærodis in iudea fractæ sunt. Reliquerat enim iosippum fratrem qui omnia procuraret cum mandatis huiusmodi. vt neq; ante reuersionem suam aduersus antigonum commoueret quia non firmum esset auxilium machere. quantum delictis superioribus probaretur. Verum iosippus vbi fratrem procul abesse cognouit. immemor præceptionis hierichonta cum quinq; cohortibus a machera secum missis petit: vt maturo messium tempore frumenta diripiat. Incursu autem per montana atq; aspera loca oppressus & ipse cadit: magnam viri fortis in ea pugna gloriam consecutus: & omnes romani milites pereunt decem enim lectę erant de syria cohortes: nec veterum militum quemq̃ permixtum habebant: qui belli posset operibus opitulari. Antigonus autem victoria minime contentus fuit: sed eo processit iracundie: vt mortuum quoq; iosippũ verberaret. Deniq; nactus corpora mortuorum: etiam caput eius abscidit q̃uis quinquaginta talenta feroras frater eius prędum redemptionis offerret.

Iosippus contra fris iussũ in Antigonũ mouens prę aiose depugnãs cũ romãis militibus recẽtibus occiditur.

Antigoni imanitas in mortuum

Antigonus se iosippi caput abscidit pro quo ferora frater. l. talenta offert.

D

Anti. li. xiiii. capitu. xv & ge. li. i. ca. xxx

Anti. li. xiiii. capitu. xv & ge. li. i. ca. xxx

¶ Antigoni fautores herodis optimates aquis submergere conantur. Sosius vero syrię prępositus captis famosatis ab antonio auxiliari iubetur. Hęrodi qui apud daphnem somnijs & nuncijs de fratris nece certificatur quiq; propter casum præter spem ei accidentem deo carus creatus est Romani q; ab hostibus telis & lapidibus sauciatis hęrodes ipse telo vulneratus est. Antigonus autem pappum in samariam mittente hærodes captis municipijs cesisq; duobus habitatorum milibus ad copias suas rediit cui multi iudeorum varijs inducti rationibus adheserunt quiq; fraternę cedis recordatione acrius dimicabat & fusis & hostibus ingens fit excidium tantaq; cadauerum per vias erat multitudo vt etiam victoribus transitus obstrueretur statimq; hęrodes ad hierosolymam perrexisset nisi hiemis asperitas eum prohibuisset. Hęrodi quoq; balneum ingressuro vnico comitante famulo pleriq; hostes armati occurrerunt qui attoniti licet inermis foret diffugerunt. Quidam vero pappi quę iosippũ interemerat caput obtruncans ferorę mittit.

Capitulum sextumdecimum

Antigoni fautores ẽmates herodis studiosos aquis obruunt.

Sosius syrię prępositus capta famosata ab antonio iubetur herodi suppetiari.

Anta vero nouitas post Antigoni victoriam galileę res occupauit: vt qui partibus eius magis fauerent. productos optimates herodis studiosos lacu summergerent multaq; ydumea quoq; mutarentur: vbi macheras castelli cuiusdam instaurabat moenia cuius nomen est togitha alias gotthã. Neq; horum quicq̃ herodes audierat. ¶ Captis enim famosatis antonius & prępositoi syrię sosio. iussoq; vt herodem aduersus antigonum adiuuaret: discessit in ęgiptum. Sosius autem duabus cohortibus in iudeam pręmissis quarum herodes vteretur auxilio: ipse cum cętera manu militum sequebatur ¶ Herodi autem prope degenti apud daphnen antiochię: mortem fratris somnia significant. Cumq; turbatus persiluisset stratu ecce nuncij cladis intrabant. Quare prę dolore paululum quęstus maxima luctus parte delata in hostes properabat: vltra vires iter accelerans. Et vbi ad libanum venit octingentos montis accolas assumit auxilio. Namq; his iungit romanorum cohortem: cum quibus non expectata luce in galileam ingressus est: hosteq; obuios in eum quem reliquerant locum aduertit. Et assidue quidem castellum oppugnare temptabat. Sed priusq̃ id caperet: asperrima coactus hyeme in vicos proximos recepit exercitum. Paucis autem diębus post auctus etiam alterius cohortis prædio inquam Anthonius miserat. tanto hostibus fuit terrori: vt castellum nocte desererent. ¶ Iamq; per hierichonta properans ibat: vt q̃ primum interfectores fratris sui posset vlcisci. Vbi etiam mirabilis ei monstroq; similis casus euenit. Vnde pręter spem liberatus: opinionẽ q; deo carus esset adeptus est. Nam cum multi honorati vespera illa cenauisset: postq̃ dimisso conuiuio omnes ęgressi sunt: confestim cenaculum concidit. Id autem commune sibi tam periculorum q̃: salutis indicium quantum ad futurum bellum pertineret esse conijciens mane prima castra commouet. hostiumq; circiter tria milia de montibus decurrẽtium prima temptabat agmina. At manum quidem cum romanis conserere nõ satis fidebant: lapidibus autem ac telis eos dum modo plurimos sauciarent eminus appetebant. Ibi herodes quoq; ipse pręteriens latus iaculo vulnerabatur. ¶ Antigonus autem se non solum audacia suorum sed etiam multitudine superiorem videri cupiens. Pappum quendam ex contubernalibus suis cum manu militum in Samariam mittit quibus quidem macheras erat palma victorię. Herodes vero terram peruagatus hostium quinq; municipia capit: duoq; habitatorum milia consumit: exustisq; domibus ad exercitum rediit circa vicum qui appellabatur comachome tendentem. In dies autẽ singulos magna multitudo iudeorum vel ex ipsa hierichonte vel ex alijs regionibus accedebat: cum hos odium moueret antigoni: alios ipsius Herodis prędara facinora. Enimuero multos ratione carentes mutationis cupiditas impellebat. Hoc autem congredi festinante pappi milites neq; multitudine neq; impetu perterriti: acriter ad pugnam ex altera parte procedunt. Sed vbi agmina conflixerũt & cęteri quidẽ pauliſper restiterũt herodes autẽ fraternę cedis recordatione periculosius dimicãs dum

Hærodi animus i fratris mortem vindicandam.

¶ Mirus euentus herodis quo deo gratus foret creditus est.

Romãi ab hostibus telis & lapidibus ipetũt herodesq; in latere telo sauciatus ẽ.

Herodes municipijs captis cesis duobus habitatorũ milibus ad copias suas rediit.

E

Anti. li. xiiij. capitu. xv & ge. li. i. ca. xxx

Anti. li. xiiij. capitu. xv

Anti. li. xiiij. capitu. xv

F

A modo eius vlciſceretur auctores :aduerſam aciem facillime ſuperat. Deinde ſemper integros aggredi endo: vniuerſas in fugam vertit erat enim plurima occumbentium ſtrages: cum alij quidem in vicum vnde venerant compellerentur: nouiſſimus autem ipſe intraret atq; infinitos occideret. Poſtremo ruens inter fugientes hoſtes in ciuitatem incidit: cum omnes quidem domus armatorum eſſent refertę: plenaq; propugnatorum de ſuper tecta. Et quoniam foris deprehenſos facillime ſuperabat diſturbando edes intus abditos extrahebat: alios conuulſis obruos faſtigijs multos ſimul necabat. Si quis autem fugiſſet ſubter ruinam eum gladijs armati milites excipiebant. Tantaq; cadauerum per oēs vias multitudo congregata eſt: vt etiam victoribus ipſis tranſitus obſtrueretur. Hāc plagam hoſtes a deo non tulerunt vt confluentium turba conſpectis qui in vico periſſent: fuga diſcederet. Statimq; ſucceſſu frętus herodes ad hieroſolymam perrexiſſet: niſi eum hyemis aſperitas prohibuiſſet: hęc enim perficiendę victorię fuit impedimentum: & ne pœnitus opprimeretur antigonus obſtitit: qui ciuitatem tam deſerere cogitabat. ¶ Herodes autem ad veſperam cum laſſos amicos reficiendi corporis gratia dimiſiſſet: ipſe ab armis adhuc calidus more militis lauatum ibat. Siquidem vnus tantum puer eum ſequębatur & priuſq; in balneum peruenirent. obuius ei quidam ex hoſtibus gladio armatus excurrit. Deinde alter & tertius & plures qui huc confugerant armati ex acie in balneum: ſed perculſi etiam tum metu ac latitantes vt regem viderūt illum quidem ſtupore debilitati ac tremētes cum inermis eſſet prętereunt /& exitus vero quo fugerent curſu petebant. Itaq; cum alijs caſu qui eos comprehenderet nullus adeſſet: herodi autem nichil pati ſatis fuiſſet: omnes effugiunt. ¶ Poſtremo autem die Pappum quidem antigoni militum ducem abſciſo capite obtruncat: idq; ferore magiſtro exercitus fratri ſuo mittit. in perempti fratris vltionem. Namq; pappus erat: qui ioſippum interfecerat.

Herodes in ciuitatē dilapſus igē tē ſtragē patrat.

Victoribus ceſoruz cadaueribus pręcluditur via.

Herodi balneuz ingreſſurovnico famulo comitante pleriq; hoſtes idē tidē armati occurrere q atto niti licet iermis foret diffugere.

Quidā pappi q ioſippū itereme rat caput obtrū cās ferorę mittit

¶ Herodes autem tranſacto hyemis rigore anno regni ſui tertio hieroſolymam profectus ipſam obſidet qui vxorem Alexandri filiam ducturus compoſito exercitu ſamariam petit & poſt nuptias rediens ei ſoſius cum magno exercitu ſociatur: magnaq; fuit vtriuſq; partis obſeſſorum & obſidentium conſtantia. Romanis vero per cuniculos ingredientibus quidam herodiani mœnia tranſcendunt deinde ſoſij centuriones vnde expugnata hieroſolyma maxima ſinevllo ſexus etatis autem loci delictu facta eſt ſtrages antigonuſq; ſe ad ſoſij pedes prouoluēs ab eo antigona irriſorie vocatus vincitur. Herodes vero circa templi cuſtodiam prouidus: romanos a rapinis arcet promittens ſe illis de ſuo ſatiſfacturum/ſoſius autem aurea corona delicata ex hieroſolymis audiens antigonum vinctum perduxit. Antonio herodes vero ciuitatis ornatum deficiente pecunia antonio amore victo miſit qui ipſius feminę victus amore ciuitates multas ei donauit quamq;. Herodes placans tributarium ſe ei reddidit

B antonius quoq; atrabazam tigrani filium captiuum decet cleopatrę. Capitulum ſeptimumdecimum.

UBi autem rigor hyemis ceſſit in hieroſolimam profectus eſt. Muriſq; admoto milite. annus tum agebatur tertius ex quo Romę rex fuerat declaratus: pro templo caſtra poſuit quo facilior erat expugnatio: & antea pompeius cœperat ciuitatem. Exercitu autem in opera diſtributo: ſuburbaniſq; diuiſis: tres quidem leuare aggeres: & ſuper eos turres edificare iubet. Relictis autem qui operi inſtarent edificaciſſimis amicorum/ipſe in ſamariam vadit: vxorem accepturus Alexandri filij Ariſtoboli filiam ſibi deſponſatam vt diximus & domum obſidet ſub ſciſma opera nūcias curatus. Quippe iam hoſpes deſpiciebat. ¶ Igitur vbi eam duxit hieroſolymam redit auctus militum copijs: eiq; ſoſius cum magna equitum peditumq; manu ſociatur. qua mediterraneo pręmiſſa itinere: per phenicem ipſe remeauit. Vniuerſo autem exercitu cōgregato ad peditum legiones vndecim. equitumq; ſex milia. prēter auxilia ſyrorum non pro minima parte ducenda. prope a ſeptemtrionali muro caſtra collocauerunt ipſe quidem herodes ſenatus conſulto frœtus a quibus rex fuerat declaratus: ſoſius vero antonio/a quo milites quibus pręerat ſciret miſſos herodis auxilio. ¶ Iudeorum autem intra ciuitatem agentium populus. varie turbatus erat. Nam circa templum infirmior multitudo conueniēs furore agebatur: multaq; veluti diuinitus de tmporibus dictabat & qui audaciores eſſent in collegia conglobati multis modis latrocinabantur: maxime & locis opido proximis victui neceſſaria diripientes: neq; aut equis aut viris alimenta relinquębant. Bellatorum autem conſtantiores obſidentibus oppoſiti & muris opus aggerum prohibebant & contra inſtrumenta oppugnantium ſemper nouum ali-

C quod obſtaculum moliebantur In nulla autem re ſicut in cuniculis ſuperabant. ¶ Rex autē aduerſus latrocinia quidem occultas militum excogitauit inſidias quibus eorum reprimerentur excurſus inopiam vero alimentorum longinquis tranſuectionibus adiuuari diſpoſuit. At pugnę intenti q̄is omnē modum audacię ſupergrederentur. Romanorum tamen peritia vincebatur. Nichilominus a parte cū his certa morte propoſita confligebant: Ex improuiſo autem Romanis per cuniculos inter medios emergentibus priuſq; muri pars aliqua diruereturi alteram eius vicem muniebant. Prorſus neq; ma-

Hærodes regni ſui āno ſcio hieroſolymam obſidet poſitis añ tē plū caſtris ac diſpartitis copijs tres aggeres ad arces extruēdas attolli mandat. Herodianorum copiarū nūerus.

Iudeorū hieroſolymā ihabitātiū turbatio ac quorūdā petulentia audaciorum.

Quanta cōſtantia obſidentibus reſiſtitur.

In latronum incurſiones paranſtur inſidię.

Anti.li. xiij. capitu. xv Ege. li. i. ca. xxx

Anti.li. xiij. capitu. xv Ege. li. i. ca. xxx

Anti.li. xiij. capitu. xv Ege. li. i. ca. xxx

Anti. li. xiij. capit. xvi. Ege. li. i. ca. xxx

Anti. li. xiij. capit. xvi.

Romani per cuniculos intergrę diuntur.

Post quīq; mensiū obsidionem quidam herodiani mœnia transcendūt deinde sosij cēturiones.

¶ Antigonus se ad sosij pedes p uoluēs ab eo antigona vocatus subsanādo vicit.

¶ Herodes circa templi custodiā prouidentia Herodes a rapinis romanos arcet pollicitus sosio eas permittē se illis de suo satis daturum.

Sosius aurea corona deo deuota antigonū vīctum Antigono perducit.

Malicia Cleopatre & auaricia.

Antonius femineVictus amore ciuitates multas ei dedit.

Herodes Cleopatram placans tributum dedit.

Cleopa callide herodē impedit ne cū ātonio vadat ꝙ vt sibi bellum i arabas cōmittatur procurat Victoria Herodis cōtra arabes

nibus neq; machinis deficiebant quoniam vsq; ad vltimum repugnare decreuerāt. Deniq; tanto exercitu circumsedente per quinq; menses obsidium tollerauerunt donec quidam ex his quos lectos habebat herodes ausi murum transgredi ciuitatem irruperunt; & post eos sosij centuriones. ¶ Igitur ante omnia phano proxima capiebantur: & infuso exercitu plurima vbiq; mors erat. Romanis quidem propter obsidionis moras iratis: herodes vero manu iudaica summo intenta studio ne quis pœnitus ex aduersarijs resideret. Mactabantur autem quam plurimi & per angustiores vicos oppidi & in domos compulsi: vel si ad templum etiam confugissent nec vlla erat aut senectutis aut muliebris infirmitatis miseratio. Deniq; licet rex vbiq; dimittens rogaret vt parcerent: nemo tamen dextram continuit Sed veluti furentes omnem persequebantur ętatem. ¶ Ibi tum etiam antigonus neq; priorem: neq; presentem fortunam cogitans domo discedit & ad pedes sosij prosternitur. Ille autem nichil eum tāte mutationis causa miseratus. Et intemperanter derisit: & antigonam appellauit neq; tamen etiam custodię liberum dimisit vt feminam. Itaq; ille quidem vinctus asseruabatur. ¶ Herodes autem quoniam hostes vicisset, vt externa quoq; auxilia sub iugū mitteret prouidebat. Visendi enim templi sanctorumq; eius studio. omnis peregrina multitudo fuerat incitata. Ob eamq; rem hos minis: alios precibus modo nullos armis etiam refrenabat. & acerbiorem quam si victus fuisse existimans sibi fore victoriam: si quod videri nefas esset (culpa sua) visum fuisset. Mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit: multa inuectus in sosium si vacue facto viris & pecunijs opido romani regem solitudinis reliquisset qui pro tanta ciuium cede totius orbis terrę imperium vile precium idicaret. Illo autem iustum esse dicente vt pro labore obsidionis prędarum licentiam milites haberēt: ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurum esse firmauit Atq; ita redemptis patrię reliquijs promissa compleuit. Nam & militum quemq; liberaliter: & pro merito duces ipsumq; sosium regia largitate donauit vt nemo egens pecunijs abiret. ¶ Post hęc sosius aurea corona deo dedicata ex hierosolimis remeauit: anton o dictum antigonum ducens. Et illum quidem vana spe vitę cupidum vsq; ad vltimū diem ignauia vigna securis excœpit. ¶ Rex autem herodes discreta multitudine ciuitatis suarum quidem partium studiosos quo magis sibi beniuolos faceret. honorifice tractabat: antigonianos autem necitra debat. Et cum pecunia defecisset: diuiso quicquid ornamentorum haberet diuisum antonio eiusq; comitibus misit: non tamen omnino ne quid pateretur redemit. Iam enim antonius Cleopatrę amore correptus in omni re cupidini cesserat. ¶ Etenim cleopatra vbi tanta cognationem suam seuicia persecuta est vt neq; propinquus ei sanguine superesset cedis rabiem contulit in extraneos. Syrorumq; optimates apud antonium crimināndo suadebat eos interfici: vt eo modo cuiusq; possessiones dominio suo facilius quęreret. postea vero q̄ in iudeos atq; arabas vsq; extendit auariciam: vt reges eorum herodes & malichus interirent occulte moliebatur. Deniq; cum vel in parte præceptorum resipuisset antonius: occidere quidem viros bonos tantosq; reges iniustum esse dixit: quod autem his morte propius erat inter amicos vitra non habuit. sed multa terra ex eorum finibus precisa. Et quod erat in hiericonte palmetum quo balsamum gignitur: & ciuitates preter tyrum & sydonem cunctas intra flumē eleutherum ipsi dedit. Quorum potita domino & eufratem vsq; partis bellum inferentem antonium prosecuta per appamiam & damascum in iudeam venit. Atq; his herodes licet magnis muneribus infensum eius animum mitigasset tamen trecentis talentis annuis abscisas regno suo possessiones impetrat sibi locari ipsamq; omnibus obsequijs placans in pelusium vsq; ducit. Nec multum interea tempus & antonius ex parthis aderat: captiuumq; artabanem tygranis filium dono Cleopatrę ducebat. Nam cum pecunijs omniq; preda parthus illi statim condonatus est.

¶ Cleopatra herodem callide ne cum Antonio vadat impediens vt sibi contra arabes bellum cōmittatur procurat: contra quem in arabes victorem themon Cleopatrę dux venit vnde arabes recreati herodis. exercitum fugant quorum tamen herodes ipse fines incursionibus vexit: terrę motus quoq; maximus in iudea. xxx. hominum milia cum infinitis pecoribus (manente exercitu incolumi) occidit: arabes quoq; iudeorum legatos interemerunt herodes vero suos hostium aduentu perterritos ad bellum contra ipsos excitat vnde animati victores contra arabes extiterunt quiq; siti compulsi seipsos tradunt herodes quoq; ab ipsis patronatus optatus est.

Capitulum octauum decimum

Onciato autem bello actiaco herodes quidem cum antonio proficisci paratus erat. & alijs per iudeam turbis liberatis: & hyrcania potitus quem vicum antigoni soror tenebat. ¶ Verumtamen a Cleopatra callide ne periculorum Antonij particeps fieret intercluſus est. rebus enimvt diximus insidias tendens bellum in arabas vt herodi committeret persuadet Antonio. Q; si vicisset arabię: si victus esset iudeę domina cōstitueretur: aiterumq; potentium per alterum perfundaret. Sed hæc eius voluntas: ad herodis cessit arbitrium. Nam primum pigneribus; hostium captis magnum quem conflauerat equitatum circa diospolim in eos mittit: Et q̄us fortiter

D

Anti. li. xiij. ca. pe. xvi. & Ege. li. i. ca. xxx

Anti. li. xiij. ca. pe. xvi. Ege. li. i. ca. xxx Anti. li. xiij. ca. pe. xvi. Ege. li. i. ca. xxx

E

anti. li. xiij. ca. pe. xvi. et li. xv. capita. i

Ege. li. i. ca. xxx Anti. li. xv. c. iij Ege. li. i. ca. xxx.

Anti. li. xv. c. iiij Ege. li. i. c. xxxi.

F

antiquitatū lib. xv. ca. v Ege. li. i. c. xxxi.

A reſiſtentes ſuperauit. Cum autem iam victi eſſent maiore motu arabes ſuſcitantur. Et infinita manus in vicum ſyrię celeſcanathan congregati expectabãt iudeos Vbi rex eos hęrodes cũ exercitu aggreſſus bellum cõſultius amminiſtrare tentabat: caſtraq; muro cingi pręcipiebat. Non tamẽ ei paruit multitudo: ſed priore victoria freti arabas impetunt: & prima coitione in fugam verſos vrgebant. In perſecutione vero inſidijs periclitat hęrodes vicit canathon indigenis ab athemone dimiſſis: qui ex Cleopatrę ducibus ſemper ei fuerat inimicus. Namq; horum incurſu recreati arabes pugnam repetũt: iunctiſq; agminibus circa ſaxoſa loca & deuia hęrodis militem fugant plurimis cede proſtratis. Qui vero ex pręlio ſeruati ſunt: in vicum ormizam confugiunt. Vbi etiam caſtra eorum cum hominibus circungreſſi arabes: ſicut erant plena cœperunt. Neq; multo poſt accepta clade hęrodes aderat cũ auxilijs: ſeruis q̃ vſus popoſcit. Huius enim vulneris cauſa fuit prępoſitorũ militibus contumacia: qđ iuſſis obedire noluerint. Non enim repentino commiſſo pręlio: nullum inſidiandi athemon tempus habuiſſet. ¶ Rurſus tamen victus eſt arabas aſſiduis eorum fines incurſionibus inquietãs: quodq; ſemel victus eſt ſepe reuocauit. ¶ Sed dum inimicos perſequitur: incurrit ei diuinitus alia calamitas: ſeptimo regni anno & acciaco bello feruente. Namq; veris initio terra mota. infinita quidem pecorum: triginta vero hominum milia peremit: cum exercitus manſiſſet incolumis quoniam ſub diuo tendebat. Ibiq; tum Arabas in maiorem ferociam fama ſuſtulit: triſtibuſq; nunciijs grauius aliquid ſemper affigens. Vnde velut omni ſubuerſa iudea terrę obtinende ſpe: quia neminẽ ſupereſſe credebant in ea ruũt legatis prius interfectis qui ad ſe venerant a iudeis. ¶ Hęrodes autem aduentu hoſtium perterritam ſuorum multitudinem tam magnitudine q̃ aſſiduitate calamitatum fractam ad repugnandum incitare tentabat hęc dicens. Rationem habere non videtur: cur vos pręſens formido pertulerit. Nam diuinę quidem idignitatis plagas meruiſtis vobis eſſe non miror: ignauum eſt autem idem perpeti etiam cum incurſus hominum repellendi ſunt. Ego enim tantum ab iſto vt hoſtes poſt terrę motum nõ pertimeſcam: quo magis putauerim deum hanc illis illecebram dimiſiſſe. vt pœnas redderent. Nõ enim tãtum manu armiſq; freti quantum noſtris calamitatibus veniũt Fallax autem ſpes eſt quę non ſuis iuribus nititur: ſed alienis aduerſis. Neq; vero vel ſecundę res vel contrarię apud homies certe ſunt: ſed in vtrãq; partem viciſſim videas mutare fortunam & id exempla vobis propria demonſtrabunt. Nẽpe pręlio ſuperiore victores poſt ab hoſtibus victi ſumus: & nunc ergo quantũ eſtimare licet illi capien
B tur res ſe fore credentes. Nimis enim cõfidens incautus eſt: mœtus autem prouidẽtiam docet. Itaq; michi quidem hoc ipſum q̃ timetis: fiduciam ſuggerit. Nam cũ ferociores q̃ opus erat fuiſtis. & pręter voluntatem meam in hoſtes egreſſi eſtis: athemon inſidiandi tempus inuenit Nunc autem veſtra cunctatio & minus alacer animus: vt videtur certam michi victoriam ſpondet. Conuenit tamen ante pręlium ſic eſſe affectos. in ipſo autem opere virtutem erigere conſceleratiſq; hoſtibus planum facere. quod neq; humanũ aliquod malum neq; ira celeſtis vnq̃ deprimit formidinem iudeorũ. donec ſpiritum vite ducunt: vel eorum quiſq̃ in bonis ſuis arabes dominari patietur: quos aliquot ſens pœne captiuos abduxit. Nichil autem vos terreat rerum anima carentium mœtus neq; arbitremini terrę cõcuſſionem alicuius futurę cladis eſſe portentum. Naturalia namq; ſunt elementorum quoq; vicia nullumq; damnum inferunt niſi quod ex ipſis euenerit. Nam peſtilentię quidem vel famis vel terremotus ſignum aliquod tardius fortaſſe pręceſſerit. ipſa vero cum exteriorit ſui magnitudine finiunt. Cęterum quid nobis ampliꝰ q̃ terrę concuſſio: bellum nocere poterit etiã victis. Immo et inuicto maximũ iminẽtis exitij monſtrũ non ſponte ſua: neq; alienis manibus inimicis accedit: q legatos nros pręter oim hoim leges crudeliter imolauerũt: taleſq; deo ꝓ belli euentu hoſtias ceciderũt. Nõ em effugient maximũ eius lumen inuictãq; dextrã ſed cõtinuo penas dabũt ſi patrio repleti ſpũ in vindictã violati fœderis aios excitemus. Pergite quiſq; non pro cõiugibus neq; pro liberis aut pro patrię perculis pugnaturi ſed legatorũ ſedis vltores. Illi melius q̃ nos qui viuimus exercitũ regent Vobiſq; michi obedientibus perichitabor ipſe pręcęteris Pro certo enim ſciatis fortitudinem noſtram ſuſtineri nõ poſſe niſi temeritate ledatur. ¶ His adhortatus milites vbi eos alacres vidit: ſacra deo celebrauit. Deinde cũ exercitu iordanem fluuium tranſgreſſus eſt. Caſtris autem phyladelphię poſitis haud procul ab hoſtibus quaſi de interiacente caſtello contenderet pugnam eminus irritabat q̃ primum cupieris cõgredi.
C Nam & hoſtes pręmiſerat qui caſtellum occuparent: ſed illos quidem regij facile repulerũt. collemq; tenuerũt. Ipſe vero quotidie producto ad prelium milite. inſtructaq; acie arabas lacęſcebat. Cum autem nemo cõtra pcederet quedam enim vehemẽs eos formido tenebat. & ante multitudinem dux archemus timore obrigiuerat vallum eorum aggreſſus ipſe diſturbat. Eoq; modo coacti ad pugnam confuſis ordinibus mixtiq; cum peditibus equites egrediuntur. Et ſimilitudine ſuperiores iudeis tamen alacritate pares: quamuis audaciores eos faceret victorię deſperatio. Et quandiu quidem reſtiterunt. nõ magna cedes eorum facta eſt: vbi vero terga nudauerunt multi a iudeis multi a ſemetipſis

Anti.li. xv. ca.b Eg.li.i. ca.xxxvi

Anti.li. xv.c.vi. Eg.li.i. ca.xxxvi

Anti.li. xv.c.vi. Eg.li.i. ca.xxxii

Arthemon dux cleopatre cõtra herodẽ vñ arabes recreati herodis exercitum fugant.

Cauſa vulneris.

Hęrodes arabũ fines icurſionibus vexat.

Terremotus maximus in iudea xxx. hoim milia cũ infinitis pecoribus occidit manẽte exercitu in columi.

Fallax ſpes.

Fortuna mutabilis.

Nota.

Notãda verba

Legati ab oibus illeſi ſeruant.

Iudei hęrodis exhortatiõe animant contra arabes.

Victi Arabes a iudeis.

Herodes arabū legatos despicit.

conculcati perierunt. Deniq; milia quinq; in fuga ceciderunt: ceteraq; multitudo in vallum compulsa est. Eosq; statim circūseptos obsidebat herodes. Et licet armis prope adesset excidium. tamen aquę D
pœnuria vehementer vrgebat: cum rex arrogantius eorum legatos despiceret: & talenta quinquagi-
ta pro redemptione offerentibus magis instaret. Deniq; ardescente siti cateruatim exeuntes vltro se
iudeis tradebant: adeo vt quinq; diebus quatuor milia vincerentur: sexto reliqua multitudo ad pu-
gnam desperata salute procederet. Quibus congressus herodes iterum septem milia circiter sternit.
Arabes siti cōpulsi seipos tradunt.

Herodes ab arabis patronus optatus.

Tam magna plaga vltus arabiam extincto virorum eius spiritu tātum profecit: vt etiam patronus ab ea gente optaretur.

¶ Herodes autem victo a Cęsare antonio maxime de salute sollicitus ad cęsarem in rhodum sine dyademate se Anthonij amicum fuisse prudentissime declarās a quo humanissime receptus iterum rex ab eodem constituitur ipsumq; cęsarem euntem in ęgyptum recepit & exercitui illius necessaria ministrāte. Vnde auctū est eius regnum Cęsar quoq; cccc. galathas cleopatrę satellites cęsar donauit herodi: zenodoro quoq; damascenos latrocinijs vexante a terraq; deiecto dominiū illius herodi donatur & syrię procurator constituit quę a cesare post agrippam & ab agrippa post cęsarem vni-
ce diligebatur.

¶ Capitulum nonumdecimum.

Herodis sollicitudo victo a cęsare Antonio amico.

MOx autem illum excœpit de summa rerum sollicitudo propter amicitiam Antonij primo victoriam cęsaris apud actium: verumtamen plus timoris habebat q̄ ipse patiebatur. Nec enim cęsar victum indicabat antonium donec herodes cum eo supereſſet. Itaq; rex periculis decreuit occurrere: rhodumq; trānsmissus vbi cęsar eo tempore morabatur adijt eum
Herodes ad cęsarē in rhodum venit sine diademate & se fuisse antonij amicū declarat.

sine diademate veste quidem cultuq; priuato. Sed fastu regio: neq; dissimulata veritate coram eo hęc dixit. Ego quidem cęsar rex factus ab antonio: fateor vtilem me fuisse regem antonio. Neq; dubitauerim dicere ꝙ omnimodo armis quoq; me illi gratum expertus esse nisi arabes prohibuissent. Verū tamen & auxilia pro viribus meis ei misi. & multa frumenti milia. Sed neq; apta apud actium plaga bene de me meritum deseruit. Nam cum auxilij minus commodarem optimum ei consilium dedi E
vnam esse dicens cleopatrę mortem aduersorum correptionem: quā si occidisset: & pecunias ei & muros ad tui communem & exercitum & memetipsum belli contra te socium pollicebar. Sed profecto eius aures cleopatrę amor & deus (qui victoriam tibi donaret) obstruxit. Vna ergo cum Antonio victus sum & regni coronam cum eius fortuna deposui. Ad te autem veni spem salutis de virtute prę-
sumēs & ne in examen adduceretur properans qualis amicus alicuius fierem. ¶ Ad hec cęsar immo vero saluus esto inquit: & nunc regnato tertius. Nam meritus es qui plurimos regas: cum amicitiam tanta fide tuearis. Experire autem vt etiam fœlcioribus fidus permaneas. Siquidem ego preclarissimā spem de tua michi magnanimitate promitto Recte autem fecit antonius qui magis cleopatrę q̄ tibi paruit. Te namq; lucrati sumus: propter eius amentiam. Prior autem ab officijs cœpisti quantū apparet quem ad eorum gladiatores idonea auxilia misisse prescribit. Quare interim tibi decreto regni firmitatē prębeo experiar autem ipse quoq; bene tibi aliquid facere: vt non queras antoniū huius sermonis humanitate regem ne quid de amicitia sua dubitaret hortatus & dyadema illi imposuit. & indulgentiam decreto consignat. in quo multa magnifice in eius laudem allocutus est. Ille autem prius eum muneribus delinitum rogabat: vt Alexādrum quendam supplicem ex amicis antonij iuberet ab solui. Sed vicit iracundia Cęsaris multa illum & grauia pro quo rogabatur admisisse dicentis: quibus repulit deprecantem. ¶ Postea vero ad ęgyptum euntem per syriam Cæsarem herodes cunctis excœpit regni diuitijs. Tumq; primū cum eo militem inspiciente circa Ptholomaidam equo vectus est: cœnamq; illi cum omnibus amicis exhibuit: atq; insuper exercitui epulas cuncto distribuit. Prospexit etiam vt per arida loca proficiscentibus ad pelusium atq; inde redeuntibus aquarum copia non deesset: nec defuit quicq̄ vtensilium quod desideraret exercitus. Pro his deniq; meritis paruum esse herodi regnum tam cæsar q̄ milites existimabant. ¶ Ideoq; postq̄ venit in ęgyptum iam Cleopatra & antonio mortuis non solū ceteros eius honores auxit: verumetiam regno partem finium addidit quem
Cæsar herodē recipit in grā & regem iterū constituit.

Humanitas cęsaris erga herodem.

Herodes orans p alexādro antonij amico recusatur.

Herodes Cęsarē eūtem i ęgyptū recepit & exercitui necessaria mistrauit.

cleopatra dimiserat: & preterea Gadara Mispon Samariam: marisi marumq; insuper cunctatum: Gazam & Ancedoneam & Iopen & pyrgon alias turrim stratonis: & ad hec satellites quadringentos ga- F
latas ei donauit: quos antea Cleopatra stipatores habebat. Nulla res autem magis liberalitatem cęsaris incitabat q̄ magnus animus accipientis: post primam vero actiadam etiam regionem (que tracon vocatur) eius ditioni subdidit: eiq; cōtinentem Bataneam alias Bathaniam itemq; Auranam alias auranitidem. ¶ Ex huiusmodi causa Zenodorus (qui domus lizanię conductor erat) non cessauit vnā q̄ ex regione que tracon dicitur latrones damascenis immittere. Illi autem ad Varronem tunc rectorem syrię cōfugerunt: eumq; deprecati sunt quo suas miserias cęsari declararet. cęsar autem his cognitis eis rescripserat: vt latrocinium penitus curaret extinguere. Varro autem cum milite aggressus loca

Cæsar satellites cleopatrę herodi donauit.

¶ Zenodorus damascenos latronibus vexās a terra deijcit

Anti. li. xv. c. viii
Eg. li. i. c. xxxiii.
Anti. li. xv. c. viii
Eg. li. i. c. xxxiii
Eg. li. i. c. xxxvi
Anti. lib. xv. cap. viii
Eg. li. i. c. xxxvi
Anti. li. xv. c. ii.

A ſuſpecta expurgauit latronibus terram:ipſamq; Zenodoro abſtulit. Quam cęſar) ne latronũ denuo contra damaſcum receptaculum fieret) hęrodi dedit: eumq; pręterea totius ſyrię procuratorem conſtituit: & decimo anno reuerſus iterum in prouinciam, ne quid eo in conſulto procuratoribus liceret amminiſtrare pręcepit:ac zenodoro mortuo terram omnem quę inter traconem & Galileam erat ei dem attribuit. Quod autem maius his omnibus exiſtimabat Hęrodes a Cęſare quidem poſt Agrippam amabatur ab Agrippa vero poſt Cęſarem.

& hęrodi donat & Syrię procurator conſtituitur.

Herodes a Cęſare ſecũdus amabatur & ſibi ab Agrippa.

Iuſti.li. xv.c.xiij

¶ Hęrodes ad ſummum fœlicitatis euectus. edificia magnifica conſtruxit hic em̃ anno regni ſui quindecimo templum inſtaurauit Anthoniamq; turrim & domum regiam conſtruxit: viri duas edes amicorum nominãs vocabulis Cæſaream ſcilicet & Agrippinam edificauit & Sebaſtem Samariæ ciuitatem condidit vbi templum ad honorem Cæſaris fecit & aliud templum circa Iordanem candido marmore poſuit ſtratonis quoq; turrim renouauit & druſim turrim cognominauit. theatrum & amphitheatrum fecit quinquennali certamine in honorem cęſaris inſtituto. Antedonam quoq; ciuitatem reparans Agrippiũ vocauit maxime quoq; parentes diligens Antipatridam ciuitatem in patris honorem & Cyprum pro matris memoria & phaſelum turrim in fratris recordationem edificauit Hęrodium quoq; caſtellum tumulumq; aſtoidem ſimiliter nominatũ munificentiſſime accurauit animi quoq; ſui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonſtrauit. vt apud tripolim & damaſcum atq; ptholomaidam publicas balneas necnon apud ſidonem & damaſcum theatra condidit frumenta quoq; cunctis miniſtrauit egentibus & liberalitatem ſuam omnibus fecit notam debita atq; tributa ſepius remittens hic quoq; cum ſummus venator eſſet vno die feras. xl. ſubegit bellator quoq; ſtrenuiſſimus erat cui fortuna ſecunda raro contra votum eius belli ceſſit euentus.

Hęrodes ad ſũmũ fœlicitatis euectus magnifica conſtraxit opera.

¶ Capitulum viceſimum.

Iuſtiq. li.xv.c. xiiij. Eg.li.i. ca.xxv

B

IN ad ſummũ fœlicitatis euectus & ad maiorem ſubleuatus animum: maximam prouidentię partem obſequio pietatis impendit. Itaq; anno regni ſui quintodecimo & tẽplum inſtaurauit & duplum terrę ſpacium q̃ fuerat circa templum muro amplexus eſt: ingenti ſumptu & munificentia ſingulari. Argumento erant in ambitu phani magnę porticus eiſq; iũctum a ſeptẽtrione caſtellum & alias quidẽ a fundamentis erexit hoc autẽ nulla re minus q̃ regni ſedes largis opibus renouatũ antoniã vocauit in honorem antoniſ. Quinetiã domo ſibi regia in ſupiore parte ciuitatis exſtructa duas edes in ea maximas atq; pulcherrimas quibus ne templũ quidẽ vſq̃ cõferri poſſet edificauit eoſq; amicorũ vocabulis vnam cęſaream. agrippam alterã nominauit. Nec vero ſolis tectis memoriã eorum & cognomina circũſcripſit.

Antonia turris

Domus regis deſcriptio vbi duas edes conſtruxit amicorũ nominãs vocabulis cęſareã & Agrippinam.

Iuſti.li. xv.c.xi. Iuſti.li. xv. c.xii xiij Eg.li.i. ca.xxv

Sed in totas etiam ciuitates ſtudiũ liberalitatis extẽdit. Nam in ſamaritica regione oppidũ muro pulcherrimo per viginti ſtadia circũdatum ſebaſtem appellauit. deductis eo ex militibus colonorũ terraq; his fecũdiſſima attributa vbi templum quoq; maximũ inter edificia collocauit. & circum id aream trium ſemis ſtadiorũ cęſari dedicauit: eiuſdemq; oppidi habitatoribus pręcipua legum beneficia pręſtitit. ¶ Inſuper his alterius terrę adiectione donatus a Cęſare: aliud ei templũ circa iordanis fontem candido marmore poſuit. qui locus appellatur panium: vbi montis quidem vertex in pręcelſum editus propter ſubiecti lateris vallem ſpecus aperit vmbroſum: qua pfundę altitudinis rupes ad immẽſum liquentis guttę receptaculum cõcauatur: vt ſtagnantis aquę copia demittentibus aliquid donec terram inueniant. longitudo nulla ſufficiat. ¶ Foris autem de ſpelunce radicibus oriũtur fontes: & vt quidam putãt hoc eſſe iordanis principium: ſed veri fidem in poſterioribus indicabimus. ¶ Quin & apud hierichonta inter caſtellum cyprum & priores domos regias meliores alias & quę cõmodiorem vſum pręberent aduenientibus fabricatas: eorũdem amicorũ nominibus vocitauit. Prorſus nõ eſt idoneus regni locus: quem honore cęſaris nudum reliquit. Poſtea vero q̃ fines ſuos templis repleuit: in prouinciam quoq; nomen effudit. & in multis ciuitatibus templa que cęſarea nominatur conſtituit.

Fontes

Aliud tẽplũ circa Iordanẽ

C

Iuſti.li. xv.c.xii Eg.li.i. ca.xxv

¶ Cum autem inter maritimas ciuitates vidiſſet vnam vetuſtate iam feſſam (quę ſtratonis pirgus alias turris vocabatur) & per loci naturam munificentię ſuę capacem. totam eam candido ſaxo reparatam clariſſimaq; regia decorauit & in ea maximam innatam ſibi animi magnitudinem demõſtrauit. Nam inter doram & ioppem quorum media ciuitas eſt ſita omnis hora maritima adeo fuit importuoſa: vt omẽs qui ad egyptum ex phenice nauigarent in ſalo fluctuare cogerentur: minas affrici metuentes. cuius etiam mediocris aura tantas nudarum moles ad ſcopulos erigit: vt remeante eſtu gurgitis per aliquantũ ſpaciũ maris feritas augeatur. Sed rex liberalitate ac ſumptibus deuicta natura pyreo maiorem portũ fabricauit: & in eius penetralibus alias nauibus ſtationes fecit altiſſimas. Et quãq̃ omnis ei locus aduerſabatur: tamẽ ita cum difficultate cartauit: vt firmitas quidem ſtructure nequaq̃ mari cederet: pulchritudo vero tanta eſſet q̃ nulla res ardua prępediſſet ornatum. Metitus enim quãtum diximus portui ,pacium per viginti vinas in profundum ſaxa dimiſit: quorum pleraq; pedum

Stratonis turris ciuitas vetuſta.

Magnificentia herodis in edificijs.

Tutũ reddit herodes portum.

quinquaginta lõgitudinis & altitudinis octo:& latitudinis decem:nonnulla vero etiã maiora fuerunt
Expleto autẽ ſpacio quod vnda celabat.in trecentos pedes murum dilatauit:& ex quibus centum re D
pellendis erant fluctibus ante cõſtructa vnde etiam procymia dicebant.Cęteri autem ſaxeo quo por
Druſſon turris. tus cingitur muro ſubiecti ſunt magnis turribus interpoſitis:quarũ maxima atq; pulcherrima ex parẽ
te cęſaris druſium cognominata eſt. Crebri autem fornices ad deducenda quę portus haberet.proq;
fornicibus & circum eos pila ſaxea:& lata que naues egrediẽtes exciperet deambulatio.Aditus autẽ
Coloſi tres. ſeptẽtrionalis erat. Ventorum enim pro ſitu loci placidiſſimus eſt boreas. Ad oſtium vero ſtatuę ſiue
coloſi tres:vtrinq; fulti columnis.Quarũ a leua quidem intrantibus ſtantes ſolida turris ſuſtinet:dex
tera vero duo proceri lapides iuncti & partis aduerſę turris magnitudinem ſuperantes. Domus au
tem portui cõnexæ candido itidem lapide pariq; menſura ſpaciorum ciuitatis vice tendentes in por
Tẽplũ Cęſaris. tum Contra oſtiũ vero portus in colle Cęſaris templum magnitudine ſimul & pulchritudine præci
puum ſtatuaq; in eo Cęſaris ſiue coloſus nõ minor q̃ ioùis apud olimpiam cuius ad exemplar factus
Cęſarea ciuitas eſt:romano autẽ par & iunoni quę argis eſt. Opiddum autem ,puincię dedicauit: rebuſq; aduectitijs
Theatrũ & am portũ cęſari vero conditoris honorem:vnde ciuitati cęſareę agnomen impoſuit.Quinetiam & cęte- Anti.li.
phiteatrũ. ra opera forum/theatrum/amphiteatrũ/digna vocabulo collocauit:& quinquennali certamine inſti- xv.cap.
tuto/nomen ei cęſaris dedit. ¶ Primuſq; ipſe in centeſima nonageſima olimpiade maxima prima xi.xii.
Anthedonã ci propoſuit vt non ſolum victores/ ſed & proximi & tertij ſucceſſores eorum legalibus diuitijs potiren & Anti.
uitatẽ reparans tur. ¶ Anthedonam quoq; renouatam quam bella ſubuerterãt Agrippium vocauit:nimiaq; beniuo- lib. xvi.
Agrippium vo lentia nomen amici etiam portę inſcripſit quam ipſe in templo edificauit. ¶ Sed nec parentes ſuos cap.v.
cauit. ita quiſq̃ dilexit. Nam ob patris monimentum: optimo regni campo ciuitatem condidit. fluminum Anti.li.
Maxime parẽ arborumq; ditiſſimam: eamq; antipatridam nũcupauit & ſuper hierichontã caſtellum natura tutum xvi.c.v.
tes diligẽs An & pulchritudine precipuum muro cinxit atq; in honorem matris cyprumvocauit fratriq; phaſelo tur
tipatridã ciuita rim cognomine phaſelum hieroſolymis dedicauit. Cuius habitus & magnitudinis liberalitas poſtea
tẽ in prĩs hono declarabitur. Aliamq; ciuitatem in regione quę hierichonta in boream mittitur phaſelum nomina-
rẽ edificauit. uit.Cognatis autem & amicis eternę glorię traditis ne ſui quidem fuit immemor:ſed caſtellum con-
Hęrodiũ caſtel tra mõtem arabici lateris propugnaculo promunitum de ſuo nomine herodium vocauit. ¶ Tumu- E
Herodius (lũ. lumq; aſtoidem qui manufactus ſtadiorum ſexaginta ſpacio ab hieroſolimis aberat.ſimiliter nomi-
tumulus. natum munificentius accurauit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus eſt am-
bitu autem completit edibus regijs liberaliſſime exornatis:vt non ſolum interna membrorum facies
Aquã lõgo iter clarior eſſet:verumetiam foris parietes ac materię:tectaq; largis infuſa diuitijs elucerent. ¶ Aquam
uallo iduxit. etiam plurimam ingenti ſumptu ex longo interuallo in iuxit: perq; ducentos gradus marmoris can-
didiſſimi fabricauit aſcenſum. Erat autem totus collis manufactus:& vehemẽter excelſus.Qui & ali-
am circum radices eius regiam ac diuerſoria quæ & ſarcinas & amicos recipere poſſent edificauit:vt
Magnificentia pro rerũ quidem omniũ copia ciuitas eſſe videretur caſtellum:circũſcriptione domus regalis. ¶ Tan
hęrodis i extre tis aũt conſtructis edificijs:animi ſui magnitudinẽ in plurimis etiam externis ciuitatibus demonſtra-
mis ciuitatibus uit.Namq; apud tripolim & damaſcũ & ptholomaidã publicas balneas quę gymnaſia dicũt bibli au
Publicę balneę tem murũ:exedras vero & porticus foraq; & templa Byriti alias Beryti & tyri: necnon & apud ſido-
nem & Damaſcũ theatra condidit.Maritimis autem laodicenſibus aquæ ductũ: apud aſcalonã vero
nipha ſiue lacus ornatiſſimos & balneas: itemq; perſtilia tam opere q̃ magnitudine miranda conſti-
tuit Sunt quibus etiã lucos portuſq; præſtitit.Multeq; ciuitates ab eo tanq̃ regni ſocię agris quoq; do
Termæ. natę ſunt. ¶ Ad exhibitionem vero thermarum alijs redditus annuos ac perpetuos delegauit:quem
admodum comis:nequando beneficij gratia deficeret. ¶ Ad hæc frumenta cunctis miniſtrauit egẽ Anti.li.
Pithiũ repara tibus:& inſulis Rodiorum ad inſtruendã claſſem pecunias ſępe multiſq; in locis prębuit.Incenſumq; xv.c.xij.
uit Liberalitas pithium in meliorem formam reparauit ſumptibus ſuis. Quid dicam eius in lichios aut ſamios libe- F
hęrodis apd li ralitatem: perq; omnem Ioniam eorum quæ deſideraſſet quiſq; largitiones. Nonne Athenienſes/ &
chios/ Samos/ Lacedemonij/& Nichopolitani/ & in miſia pergamus Hærodis ſunt plena donarijs. Nonne anthio-
Ioniã Athenięſ chenſium fyriæ plateam cum plena ceni ab omnibus vitaretur.per viginti ſtadia ,plixam ſtrauit po-
ſes & Lacede lito marmore: declinandiſq; ymbribus q̃ longa eſſet ornauit. Sed hec quidem propria quis dixerit il-
monios.&c. lorum quibus ea detulit populorum. ¶ Quod autem helidenſibus pręſtitit non ſolum achaię com-
mune Sed etiam totius orbis terrę munus videtur: per quem & olimpiaci certaminis gloria diffundit
Olimpiacũ cer Nam cum hos deficere ſumptuum videret inopia. quodq; ſolũ ex vetere grecia reſtabat effluere:nõ
tamen. ſolum agonizeta al's agonotheta ipſe factus eſt eo luſtro q̃ cũ romã nauigaret offendit.Sed etiam p-
Remiſit debita petuos pecuniarũ quęſtus inſtituit: vt nunq̃ eius memoria agonizetę munere fungi deſineret. ¶ In-
& tributa. extricabile opus erit debitorum ſiue tributorum remiſſiones exponere: ſicut phaſelitas & baranetas
aliaq; circa ciliciam municipia leuauit annuis penſionibus licet multum eius animi fortitudinem ti-

A mor fregerit ne quam pateretur inuidiam veluti maius aliquid aucuparetur: si beneficijs amplioribus ciuitates afficeret q̄ qui eas haberent. ¶Quin & corpore vsus est: quod animo cōueniret. Cumq; summus venator esset: in hoc tamen equitandi ipsi peritia que cuperet assequebat. Denicq; vno die quondam: feras quadragita subegit. Est autem aprorum altrix illa regio. sed magis ceruis & onagris frequentatur. ¶Bellator autem erat qui sustineri non posset. Itaq; multos etiam in exercitatione terrebat. Quibus & torquendo iaculo directissimus: & sagittarum liberator videbatur egregius. ¶Preter animi autem corporisq; virtutem. fortuna quoq; secunda vsus est. Raro enim contra votum eius: belli cessit euentus. Et si quando id accidit. non ipsius culpa: sed aut proditione quorūdam aut temeritate militum factum est.

Herodes summus venator vno die. xl. feras subegit. Bellator expertissimus. &c. Bene fortunatus in bello.

¶Herodes dosīde vxore repudiata Mariannē duxit vxorem vnde domus eius omnino repleta est discordia. Nam antipatrū ex dosīde primū filium propter Mariannes filios expulit a ciuitate: deinde hircanū mariānes auum propter regni suspitionē peremit. Marianne enim quinq; habens filios duas feminas & tres mares quorum minor Romę moritur tantum herodem odio prosequebat q̄tum illam ipse diligebat eidem facinora exprobrabat que scilicet hircano auo feciſſet quæq; in fratrem Aristobolum cōmisisset. Salome vero herodis soror in mariannem indignata eam de adulterio accusauit vnde turbatus Romā profecturus ipsam iosippo sororis viro secrete commendabat interficiendū qui secretū mariāne declarauit. Quo cognito & Salome suspitioue cōfirmante herodes vtrū iussit occidi se herodis amor in mortuam magis exarsit Mariānem; cuius filij propter matris necem patrem habuerat suspectum & vxores ducentes scilicet Aristobolus filiam Salome & Alexander filiam regis Capadocum insidias patri parare accusantur vnde in eorum delectionem reuocato Antipatro eorum tristicia est multiplicata Antipaterq; in eos calumnias multas moliebatur Atq; ipso regni successor testamento declaratus matrem a patre fecit reuocari. Quapropter herodes Alexandrū romam secum ducens ipsos apud Cæsarem de conspiratione patrem accusauit. Qui eloquens patris accusationibus satisfecit. Verūtamen Cæsar spretis filiorum accusationibus Herodem recepit in gratiam & ei quem vellet filiorum pmittit regni successorem relinquere Archelaus autem Alexandri socer reintegrata cōcordia letus herodem in Eleusa honorifice recœperit.

Herodes) repudiata dosīde vxore) Mariannē duxit vñ domus eius repleta est discordia &c.

¶Capitulum vigesimum primum.

B Antī. li. xv. c. xc. Eg. li. i. c. xxxiii. Anti. li. xviii. ca. xi. Anti. li. xv. c. vii

A Tvero publicam fœlicitatem mœrores inuidere domestici & aduersi casus ex muliere cœperūt quam maxime diligebat. Nam quia regis meruit potestatem (repudiata quam priuatus acceperat vxore ex Hierosolimis genus ducente quæ Dosis vocabatur) Mariannem coniunxit Alexandri filiam aristoboli filiam vnde domus eius in discordiam venit: & antea quidem maxime vero postq̄ roma regressus est. Nam primum antipatrum ex dosīde filium eorum causa quos ex mariane susceperat expulit ciuitate: solis festis diebus eo commeandi facultate concessa. ¶Deinde auum coniugis hyrcanum ex parthis ad se reuertum propter insidiarum suspitionē peremit: quē captum quidē occupat a syria barzafanes abduxerat miserati vero gentiles liberauerāt qui vitra eufratē colebant & si monitis eorū paruisset ne ad herodē transisset nō interisset. Verū ei mortis fuit illecebra neptis matrimoniū hoc em̄ fœtus multoq; amplius patriam desiderans venit. Herodē autem cōmouit nō q̄ regnum affectaret: sed quod ipsi iure deberetur. ¶Quinq; autem filiorū quos C ex Marianne susceperat duę fœminę: cęteri mares erant. Horumq; minimo romę in studijs mortuo/ duos maiores natu & propter matris nobilitatem: & q̄ iam regnanti sibi fuissent geniti regie produce bat: sed enim fortior amor his mariannes suffragabatur. Qui indies singulos proficiens adeo succendebat herodem: vt eorum nichil sentiret propter dilectam que sibi dolerent. Tantum namq; in eum mariannes erat odium. quantū illam ipsę amabat. Habens igitur ex rebus quidem inimicitiarū probabiles causas ex amore vero fiduciam palam ei quę hircano auo suo feciſſet obijciebat queq; in fratrem Aristobolum egisset. Nec enim vel huic quicq̄ qui puer erat parcebat: quem pontificē in septimodecimo ętatis anno creatū primo honorem statim occidit Atq; ille quidem cum sacra veste amictus ad aram accessisset facto die populus omnis illacrimauit: & tamen noctu missus in hiericonta ibi sicut mandatū fuerat lacu sūmersus a galathis interijt. Hęc ergo herodi mariāne probro dabat soromq; eius & fratrem maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed ille quidem amore mutus erat grauī autē indignatione mulier seuiebat & quo maxime cōmoueretur herodes ĩsimilabat eam adulterij pręter alia multa verisimilia fingerent: hoc accusans q̄ in ęgyptum ymaginem suā misisset antonio: proq; immoderata libidine absentem se properasset ostendere viro mulierum cupidine insanienti & qui posset vim afferre. Id veluti fulmen aliquod emissum perturbauit herodē maxime quidē amoris causa emulatione successum: deinde cogitantē etiā cleopatre seuiciam cuius gratia & lisanias rex ma-

Hircanū coniugis mariāne auū peremit pro pter regni suspitionem. Quinq; filij ex mariāne duę femine & tres mares quor⁹ minor romę moritur Maxime herodes mariānē diligebat qui ab ipsa non diligebatur sed ei exprobrabat facinora. Maxia idignatio Salome herodis sororis cōtra Mariānem quę eā herodi de adulterio accusauit. &c.

Anti. li. xv. c. ix. Anti. li. xv. c. ij. Iti. li. xv. c. xv. Eg. li. i. c. xxi. vii

Turbat herod. Herodes romã pfecturus marí annem iosippo roris viro commẽdat iterficiẽdam qui ei regis secreta manifestauit.

Zelotypus herodes iubet iosippũ & mariãnẽ occidi.&c.

Mariãnes filij ppter mris necẽ patrẽ hñtes suspectum vxores duxerũt aristobolus scilz filiã Salome/ & alexander glafirã filiã regis capadocũ & patri accusanť insidias parare.

Antipr testamẽto regni successor declaratus matrẽ suã a patre fecit reuocari.&c.

Eloquẽs alexãder.

Cesar spretis filiorũ accusationibus herodẽ recepit in grãm & ei quẽ filiorẽ vellet ꝓmittit successorẽ relinquere.

lichus arabs erant perempti. Non enim cõiugis amissione sed morte sua periculum metiebatur. Itaq; profecturus Iosippo salomes sororis suę viro (quem fidum habebat) & pro affinitate beniuolum commendabat vxorem mandato ei clam vt eam interficeret si etiam se occidisset antonius. Verum Iosippus non maligne sed regis amorem mulieri cupiens demonstrare. q; ab ea nec mortuus pateretur diuelli: secretum ei sermonem aperit. Et illa reuerso herode multaq; inter fabulas de affectu iurãte q; nunq; esset alterius mulieris amore captus. valde inquit amor erga nos tuis mandatis Iosippo comprobatus est quibus vt me occideret precepisti. ¶ His auditis quę occulte credebat amens erat herodes illico nec vnq; Iosippum mandata sua proditurum fuisse ratus nisi eam corripuisset: pę dolore insaniebat. Cumq; stratis exiluisset: in regia spaciabatur. Ibiq; salome soror eius arrepto tempore criminandi/ suspitionem de Iosippo confirmauit. ¶ Vnde herodes immoderato emuli dolore furens confestim vtrumq; fusilit interfici. Deinde pœnitudo sequebatur insaniam: & postq; iracundia concidit amor iterum calescebat. Tanta vis autem cupidinis erat vt ne mortuam quidem putaret eam: sed pre egritudine tanq; viuam alloqueretur. donec processu temporis funere cognito meroris magnitudine quam superstitem dilexerat equauit affectum. ¶ Maternę autem iracundię succedunt filij & immanitatem scelerís reputantes: non aliter suspectum patrem q; si hostis esset habebant. Idq; & antea q; diu romę in studijs erant multomagis postq; in iudeam reuersi sunt: siquidem cum ętatibus eorũ mẽtium quoq; roboratur affectio. Iam vero maturi coniugio vnus amitę suę Salomes quę matrem amborum accusauerat filiam duxit alter Archelai capadocum regis. Vnde etiam accersit libertas odio & occasio ex eorum confidentia delatoribus data est. Itaq; apertius quidem cum rege loquebant q; ei per vtrumq; filium instruerẽtur insidię: alteri vero hoc est Archelai gẽnere socero fœtus etiam fugam pararet: ipsum apud cęsarem accusaturus hærodem. His igitur criminationibus repletus herodes: veluti propugnaculo sibi futurum aduersus filios adducit antipatrum ex doside susceptum: huiusq; illum pręponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationẽ tolerabilem non putarent ac priuata matre editum proficientẽ viderent: indignationem cohibere pro sua nobilitate non poterãt sed in singulis quibus offenderer iram prodebant. Et illi quidem in dies singulos magis magisq; negligebantur: antipater autẽ sui causa fauorabilis erat. Nam & patri blandiri callide nouerat: & varias in fratres suos calumnias cõferebat: quedam ipse dictitans: amicos vero suos ad alia vulganda submittẽs: donec omnino spem regni abscidit fratribus suis. In testamento enim ipse quoq; apparere iam successor fuerat declaratus. Deniq; tanq; rex etiam ad cęsarem missus est: cultuq; regio & cęteris obsequijs pręter diadema vtebatur. Tempore autem valuit etiam matrẽ suam in cubile Mariannes inducere: duobus armorũ generibus in fratres vsus blandicijs & opinationibus regi obrepsit: vt etiam de filiorum morte cogitaret. ¶ Quapropter Alexandrũ quidem secum romam pater abstractũ veneni sibi dati reum apud cęsarem postulauit. Ille autem vix deplorandi copiam nactus & licet apud imperitissimũ iudicem tamen Antipatro & Herode prudentiorem: delicta quidem patris verecundę suppressit: in se vero delata crimina fortiter diluit: periculorũq; socio fratre purgato mox de antipatri calliditate & de suis iniurijs quęstus est cum pręter innocentię cõstantiam eloquentia iuuaretur. Erat enim acerrimus indicendo. Postremo plocutus q; eos pater libenter occideret auxit facinus & lachrimas cũctis quidem excussit. ¶ Verum cęsarem sic affecit: vt eorum accusationibus spretis herodem statim reuocaret in gratiã. Hac autem lege reconsiliatio facta est vt adolescẽtes quidem in omnibus patri obedirent: ille autem regnum relinqueret cui vellet. Postea rex roma reuersus licet soluisse criminibus filios videret: nondũ tamen erat suspicationibus liberatus quoniã argumentũ odij sequebatur antipater & si verecundia recõsiliationis palam proferre inimicitias non auderet ¶ Cum autem cilictam ꝓternauigans eleusam delatus esset suscepit eum benignissime Archelaus pro salute generi gratiam referẽs & redintegrate concordię causa letus quippe nichil moratus amicis rome scripserat vt in causa dicenda suffragarentur alexandro & vsq; ad Zephirum deduxit talentis triginta donatum.

Antiq. li. xv. c. viii. ix. Eg. li. i. c. xxvii

Anti. li. xv. c. x. Anti. li. xvi. c. i. Eg. li. i. c. xxvii

Anti. li. xvi. c. iii Eg. li. i. c. xxviii

Antiq. lib. xvi. ca. iiii. Eg. li. i. c. xxix.

¶ Herodis oratio ad populum & tres filios quos reges designat sed tamẽ regni honorem ipsis tribuẽs regnum sibi retinuit gubernãdum. Filios autem specialiter & si ad mutuum amorem exhortauerit eis regalia donans vestimenta ipsos tamen dissentio non relinquit; sed astutus Antipater odium in fratres celabat ipsis quidem pro nobilitate generis (quicquid animo cõciperent) verbo manifestantibus vnde multi fuerunt delatores adolescentum dicta, in crimina cõuertentes Amicorum q; Antipatri & adolescentulorum diuersa erat conditio. Antipater namq; fratres patri accusabat ipsiq; omnes cõtra fratres fauebant qui in se delata facinora ignorabant. Antipater insuper contra adolescentes Feroram patruum & Salomen amittam concitauit.

¶ Capitulum vigesimum secundum.

Antiq. li. xv. cap. iii. Eg. li. i. ca. xxxix

POstea vero q̃ hierosolimã peruenit herodes. populo conuocato tribusq; filijs prope astãtibus causam reddit profectiõis. multasq; deo gratias egit: multasq; etiam cesari qui domus sue perturbationẽ sedasset &(qd regno maius esset) concordiã filijs prestitisset quã ego inquit arcius copulabo alias compilabo. Nam ille quidem me regni dominũ & successorũ iudicem constituit: ego autem cum mea cõmoditate illi gratias refero. tresq; filios meos reges designo: huiusq; sententię meę socium primum deum precor fieri deinde vos. Namq; huic etas illis nobilitas successionem regni conciliat. Et quidem magnitudo eius etiam pluribus sufficit. Quos aũt cesar iunxit & pater instituit. obseruate: nõ iniustis eos neq; disparibus. sed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis reficiet eum letitia qui prẽter ętatem obsequiũ quantũ ei quẽ despiciet doloris infliget. Quos autem similes cõiunctos esse oporteat propinquos atq; amicos ego distribuã & concordię sponsores illos constituam: pro certo scientes seditionum contentionũq; causas ex contubernaliũ nasci malicia. hosq; si boni fuerint affectiones tueri. Rogo autem vt non solum isti: sed etiam primates ordinum exercitus mei in me solum spem habeant in presentia. Non enim regnum: sed regni honorẽ filijs meis trado. Et iocunditate quidem quasi rectores potientur põdus autem rerũ tametsi nolim meum est. Cõsideret autem quisq; vestrũ etatem meam. vitęq; institutũ necnon etiam pietatem. Nam neq; senex adeo sum: vt de me cito desperetur: neq; voluptatibus affuetus que adolescentiũ quoq; vitam spacio breuiore concludunt. Diuinitatem vero ita coluimus: vt in longum nos euum processuros esse credamus. Quod siquis in cõtemptum meum meis filijs placere maluerit: etiam pro illis michi supplicium dabit. Ego enim non q̃ inuideã ex me genitis honorifice eos haberi veto: sed quia noui hęc adolescentibus studia ferocię nutrimenta suggerere: itaq; sic cogitent qui ad eos se applicãt bonis quidem apud me paratũ esse prẽmium: seditiosis vero apud ipsos etiam quibus lenocinabuntur infructuosam fore malignitatem: omnes profecto mecum hoc est cum filijs meis sentient: namq; ipsis expedit me regnare. meq; his esse concordem. ¶ Vos autem o boni filij sacram primum retinentes mente naturam cuius affectiones etiam inter feras bestias salue sunt: deinde cesarem qui nos reduxit in gratiam: meq; tertium qui ea(quę iubere liceat) rogem fratres permanete. Iam nunc autem vobis & vestimẽta & obsequia dabo regalia Deumq; oro cõseruare iudicium meum si cõcordes eritis. Hęc locutus singulos benigne consalutauit populumq; dimisit alia conuenientia eius optantes qui vero mutationis erant cupidi nec audisse quidem se quicq̃ simulantes.

Oro Herodis ad populũ & filios

Herodes tres filios reges designat.

Herodes filijs regni honorẽ tradẽs regnum sibi retinuit gubernãdum.

Honor iuuenibus crudelitatis nutrimenta suggerũt. &c.

Oratio herodis specialiter ad filios

B ¶ Fratres autem dissensio non reliquit: sed peiora suspicantes alius de alio digressi sunt. Namq; Alexander & aristobolus egre ferebant confirmatũ esse antipatro meritum. antipater autem successebat vel secundo loco fratres haberi. Sed tamen ille provarietate morum & reticere secreta nouerat & quã to sibi essent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate generis: in lingua erat quicquid in mentẽ venisset. Et multi quidem his instigãdis operam dabant plures autem amicorũ sese explorãdi causa insinuabant. Itaq; omne quod dictũ esset apud alexandrũ statim apud antipatrũ erat: & ab antipatro ad herodem cum adiectione deferebatur nec vel simpliciter aliquid prolocutus adolescẽs innoxius habebat: sed cuncta eius verba in crimina vertebãtur maximaq; numinis affingebãtur sicuti liberior paulo fuisset. Semper autem qui eum irritarent sũmittebat alias submittebat antipater vt mẽdacia sua veras occasiones haberent multisq; falso vulgatis vnum quid comprobatũ fidem oĩbus faceret.

Antiq. li. xvi. c. vi Eg. li. i. ca. xiii.

Dissentio nõ reliquit fratres

Astutus antipater celabat odium sed aristobolus & alexãder p nobilitate gẽris quicqd in mente habebãt in lingua erat vñ multi delatores & pditores erant oĩa adolescentũ dicta in crimina cõuertentes.

¶ Sed huius quidem amicorũ quisq; aut natura taciturnus erat. aut muneribus parabatur. ne quid occultum expromeret nec errasset aliquis si anpatri vitam malicię dixisset archanum. alexandri

C vero familiares aut pœcunia corruptos aut impulsos blandicijs quibus expugnauit omnia proditores aut fures eorum que contra se dicerentur. siue agerentur effecerat. Cum autem caute vniuersa cõmitteret: astutis etiam crimiationibus aditus ad herodem moliebatur fratrisq; personam gerens alijs delatoribus subornatis siquid in elexandrum nunciassent fauore simulato id quod primo reprehendisset mox ociose astruẽdo regis iracundiam prouocabat: omniaq; ad insidias referebat: & vt necem patris alexander videretur optare. Nichil enim maiorem fidem calũnijs suggerebat: q̃ si eum purgaret antipater. His accensus herodes quantum indies singulos de affectu adolescentium detrahebat. tantũ adijciebat antipatro. ¶ In eãdem vero partem inclinati sunt etiam qui regno parebant. Hij volentes alij pro imperio sicut ptholomeus amicorũ carissimus regisq; fratres ac tota progenies: omnia namq; in antipatro sita erant. Et q̃ alexandro fuit acerbissimum: cuncta in eorum pernicie matris antipatri consilio gerebantur. Nouerca enim seuior erat multoq; plus q̃ preuignos oderat: quos regina mater ediderat. Sed quamq̃ omnes vt antipatro magis obsequerentur spes inducebat: non minus tamen precepta regis quemq̃ ab adolescentibus seperabant. qui carissimis edixerat ne quis ad aristobolum vel eius fratrem accederet aut se ad eos applicaret. Non solum autem regalibus erat formidini verumetiam externis. Nulli enim regum tantum potestatis cesar dederat: vt fugitiuos suos quãuis

Oẽs fanebant antipatro contra adolescẽtes & cũcta in eorum pnicie mris antipatri consilio gerebant.

Adoleſcẽtes in ſe delata facinora ignorabant. Antipr ferorã patruũ & Salomẽ amittã contra adoleſcẽtes cõmouit.

ex ciuitatibus non ſubiectis ei liceret educere. ¶ Adoleſcentes autem delata in ſe facinorã neſciebãt hiſq; propterea capiebantur incautius. Nullus enim palam incuſabatur a patre ſed affectu refrigeſcẽte paulatim intelligentes aduerſus dolorem aſperius excitabantur. ¶ Eodem autem modo etiam ferorum patruum & Salomẽ amitam contra illos commouit Antipater aſſidue: veluti cum vxore ſermocinando quibus in eos inſtigaretur. D

¶ Glaphire inſolentia (quę omnibus propter generis nobilitatem pręponens omnes hęrodis vxores & ſororem deſpiciebat) cõſpirationem concitauit in Alexandrum qui propter vxoris Glaphirę ſuperbiam & contumelias omnibus inuiſus erat. Ariſtobolus quoq; Salomen inimicam ſibi reddidit (licet ſocrus eius erat) vxori ſuę frequenter generis humilitatem obijciens vnde ipſa iracũdiam cohibere non volens hęrodem contra adoleſcentes prouocat ad odium qui ſe ad eos euocans rogauit eos vt fratres diligerent promiſſa peccatorum venia Illi vero criminationum excuſationem patri dederunt eumq; placauerunt ſed Salomen & pheroram ſibi infenſos cognoſcentes timuerunt Feroras enim totius regni pręter dyadema ſocius erat. ancillę tamẽ captus amore regale renuit matrimoniũ cui data eſt venia Ipſeq; ſororem Salomen q̃ cum ſilleo regis arabum procuratore nubere voluiſſet accuſauit. Tota tamen tempeſtas contra Alexãdrum verſa eſt eunuchi quoq; ab alexandro corrupti vi tormentorum Alexandrum accuſarunt. Hęrodes autem maxime perterritus vbiq; exploratores cõmittit maximaq; fit eius propinquis tribulatio qui ſeipſos pręuenientes accuſabant. Crudeliſſimuſq; hęrodes fuit etiam circa amicos. Alexander autem in vinculis captiuatur multis eius amicis trucidatis aliiſq; eum & fratrem q̃ veneno paraſſent contra patrem accuſantibus.

¶ Capitulum vigeſimumtertium.

Glaphirę iſolẽtia quę oĩbus propter nobilitatẽ pręponeſ oĩes hęrodis vxores & ſororẽ deſpiciebat. vñ ꝓpter eius ſuperbiã oibus alexander erat inuiſus.

QVius autem inimicitijs conſpirabat alexandri quoq; vxor Glaphira multa de ſua nobilitate commemorãs. cunctorũq; ſe qui in regno viuerent dominam eſſe dictitans. Paternum enim genus a themeno maternum autem a dario hydaſpi filio ducere: multumq; deſpiciens ignobilitatẽ ſororis & vxorum hęrodis: quarum queq; propter formam nõ propter nobilitatem eſſet electa. Nam multas ei fuiſſe vxores diximus quod licet & iudeis more patrio plures habere quodq; rex pluribus oblectaretur. Omnibus igitur propter ſuperbiam & contumelias Glaphirę inuiſus erat alexander. ¶ Salomen autem Ariſtobolus & ſi ſocrus eius erat ipſe inimicam ſibi reddidit: & ante quidem ꝓpter maledicta Glaphirę ſeuiẽtem. Frequenter enim humilitatẽ generis obijciebat vxori: q̃q; ipſe plebeiam: reginã vero frater ſuus duxiſſet Alexander. Hoc ſalomes filia cum fletu matri nunciauit. Addebat autem q̃ aliorum quoq; fratrum matres idem Alexander & Ariſtobolus ſi regnum obtinuiſſent textrices cum ancillis facere minitarentur: ipſos quoq; vicorum ſcribas. ſcilicet irridentes q̃ litterarũ ſtudijs operam darent. ¶ His commota ſalome q̃ iracũdiam cohibere non poſſet hęrodi cuncta indicauit. Satis autem videbatur idonea contra generũ dicens & pręter hęc alia quedã crimiatio diuulgata eſt: quę ſuccendit animũ regis. Audiuit eñ alexandrũ & ariſtobolũ crebro matrem implorare: caſumq; eius cum gemitu atq; impręcationibus conqueri: ac ſæpe illum quẽdam ex mariannes veſtimentis poſterioribus diuidentem coniugibus minitari ſolutos eſſe q̃ cito pro regalibus delicijs eas nigris veſtibus induerent. ¶ His de cauſis hęrodes licet conſtantem animum adoleſcentium formidaret: tamen ne ſpem correptionis abſcideret ad ſe eos vocauit. Romam enim nauigaturus erat. & quaſi rex pauca interminatus pluribus quaſi pater mouuit: rogauitq; vt fratres diligerent promiſſa priorum peccatorum veniam ſi poſt hec meliores fierent. Illi autem crimiationũ inuidiam depręcando fictas eas eſſe dicebant: purgationiſq; ſuę fidem rebus ipſis poſſe conſtare. Verum quoq; ipſum debere omiſſa facilitate credendi: aditum maledictis obſtruere. Nunq̃ enim calumniatores defore: dum cui perſuadeatur extabit. ¶ Cum his eum mature placauiſſent quippe vt patrẽ pręſenti metu reiecto. de poſt futuris merere ceperunt. Et enim cognouerunt ſalomen ſibi eſſe infenſam & patruum feroram. Vterq; autem ſeui & graues erant ſed amplius feroras qui totius quidem regni pręter diadema ſocius eſſet. proprios autem redditus haberet centum talentorum totiuſq; tranſiordanem terrę fructus caperet ipſe a fratre dono ſibi dato quinetiã tetrarcham eum fieri beneficio cęſaris idẽ herodes ipetrauerat: regaliq; cõiugio dignatus erat ſorore vxoris ſuę nuptũ ei collocata & poſt illius mortem deſponderat ei filiarum ſuarum maximam trecentis talentis indotem datis: ſed regale matrimoniũ feroras ancillę amore captus refugerat. quãobrem iratus hęrodes filiam quidẽ nuptam dedit fratris filio: qui poſt a parthis occiſus eſt. Mox autem morbo ferorę venia data indignationem remiſit. De hoc autem vetus erat opinio: q̃ etiam viua regina herodem opprimere voluiſſet veneno Sed tunc pluribus delatoribus aditus erat vt q̃uis amantimus frater eſſet herodis fide tamen eorum quę audiſſet adduceretur ad metum. Itaq; de multis qui ſuſpecti erant habita queſtione: poſtremo ad ferorę amicos venit. Quorũ nulla quidem fuit de maleficijs aperta cõfeſſio: ſed q̃ amico- Eg.li.i tit.xi.

E

Iuſtin. lib. xxvi. cap. vi

Eg.li.i. cap. xi

F

Adoleſcẽtes cognoſcẽtes Salomẽ & ferorã ſibi infenſos timueruntAuctoritas ferorę tetrarchę. &c.Feroras ancillę captus amore regale renuit mrimoniũ cui data eſt venia.

A Anti.li. xv.ca.x.

suspecto in parthos cogitasset effugere prodiderunt. ¶ Huius autem consilij & fuge conscium esse. Cui stobarum salomes maritum. cui rex eum tradiderat: postq̃ superior adulterij est causa peremptus. sed nec salome criminatione libera manserat. Nam & hanc frater feroras accusabat q; cum sylleo procuratore regis arabum obedire de nuptijs constituisset: quem inimicissimum herodes habebat. Conuicta autem & in hoc & in omnibus quę feroras detulerat: indulgẽtiam meruit. Id atq; ipsum etiam rex feroram criminibus soluit. Domus vero tempestas in alexandrum transijt: totaq; capiti eius incubuit. ¶ Tres erant eunuchi regis carissimi: & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni enim vinũ ministrare cura fuit: alteri cenam apponere: tertius autem dormitum eum collocabat: & cum ipso cubabat. Hos muneribus maximis alexander cupiditati suę subiecerat. Itaq; postq̃ hęc regi sunt indicata vi tormentorum coacti & stuprum statim confessi sunt & quibus essent ad hoc promissum inducti aperuerunt: quomodo eos fefellisset alexander. nullam in herode spẽ habendam esse commemorans improbo scene: & qui capillos inficeret nisi ob hoc solum vt eum etiam adolescentem putarent. Verũ se colì oportere qui etiam inuito eo futurus esset regni successor: neq; multo post ab inimicis pœnas repeteret: fortunatosq; amicos suos beatosq; faceret: ac prę ceteris ipsos. Quin & obsequia potẽtium alexãdro clam parare militũq; rectores itemq; ordinum principes occulte ad eũ cõuenire dixerunt. ¶ Hęc herodes adeo pertimuit vt nõ auderet statim delata ꝓferre sed exploratores die noctuq; summittens dicta factaq; singula scrutabatur: & de quibus suspitio fuisset trucidabat. Itaq; regnum eius acerbissima iniquitate repletum est. Namq; pro suo quisq; odio vel inimicitijs calumnias fingere. multisq; regis iracundia cedis cupida contra aduersarios abutebantur: & mendacio quidẽ confestim fides habebatur. Erant autem criminationibus ipsis velociora supplicia. Deniq; accusabatur qui modo accusauerat: & cum eo qui ante se conuictus esset ducebatur ad penam. De vita namq; periculum regis quęstiones breuiore cõpendio terminabat. ¶ Ad hoc autem seuitia processerat: vt nec eorum quenq̃ humanitus aspiceret qui accusati non essent. verum amicis etiam inimicissimũ se pręberet. Itaq; multis etiã regno interdixit. & in quos potestatem non habebat in eos dictis asperis seuiebat. Accessit malis antipater: collectaq; propinquorum caterua nullum criminationis genus omisit. Tantus autem ineptia sua regẽ conuentis delatorum timor inuasit vt stricto instare sibi gladio videret alexandrum. ¶ Deniq; subito & ipsum correptũ in vincula coniecit: & in amicorũ eius tormenta perrexit. Multi autem tacite morie

B bantur. nulla voce supra conscientiam prodita. Alij vero quibus mendacium impacientia doloris extorsit de patris eũ insidijs cũ fratre aristobolo cogitasse dixerunt: tempusq; obseruare vt illo dũ venaretur occiso romã profugerẽt. His tamẽ & si verissimilia nõ erãt: sed necessitate cruciatus ex tẽpore fingebãtur: libenti tamẽ aio rex credebat pro cõsolatione accipiẽs vincti filij ne id fecisse videret infuste.

¶ Alexander patris suspitionem nullo modo aboleri posse arbitratus: fatetur insidias & quattuor libris plurimos socios se habere prescripsit ante omnia Feroram & Salomen Archelaus autem genero & filię timens venit in iudeam quibus prudentissime succurrit & verbis fefellit. Herodem qui ei libros Alexandri dedit legendos vnde nactus consilij sui occasionem in feroram contulit & herodem paulatim pacificauit. Herodes itaq; remissa in Alexandro ira excitatur in Feroram qui archelai consilio omnia fatetur sibi imposita atraq; veste cum lachrimis ad pedes prouolutus veniam postulans eius medio promeruit. Archelaus autem herode placato Feroræ iratus Alexandro tamdiu mansit filiamq; ab eo distractam secum adducturum firmabat donec hærodem pro adolescentulo compulit deprecari. Redintegrata concordia Archelaum abeuntem Hærodes & vnum quemq; amicorum eius pro merito muneribus donauit.

Capitulum vigesimumquartum.

C Anti.li. xv.ca. xvij. Ege. li. ij.ca.xiij.

VErum alexander quoniam suspitionẽ patris nullomodo aboleri posse arbitrabatur. Vltro malis assentiendum putauit: ac diligenter aduersus inimicos quatuor libris fatetur insidias eorumq; se plurimos socios habere prescripsit: ante oia autem & feroram & salomẽ. Hãc enim etiam stupro sibi quondam esse mixtam: cum vim noctu adhibuisset inuito. ¶ Iamq; libri in manibus Herodis erant multa de optimatibus clamantes grauia: cum mature in iudeam archelaus venit metuens genero simul ac filię. Quibus etiam prouidentissimo consilio succurrit. regisq; minas arte dissoluit. Mox enim cũ eo congressus: vbi nam est clamat exitiabilis gener meus. Aut vbi parricidale caput aspiciam quod meis manibus ipse lacerabo: addamq; filiã meã bono marito nouo. Nam etsi cõsilij particeps nõ est: quia tñ eiusmodi viri cõiunx fuit inquinata. Miror autẽ etiã pacientiã tuã cuius periculũ agitur: q; adhuc viuit alexãder. Ego nãq; ita ex capadocia properãs veniebã vt qui illum repertũ olim dedisse supplicium. & de filia quęstionũ tecũ haberem: quam vitę atq; dignitatis cõtemplatione illi desponderam. At nũc de vtroq; nobis cõsulendũ est. licet nimium pater sis: & puniendũ insidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras: & alter alterius iracundię vicarie succedamus. ¶ Talibus increpans q̃is pertinacẽ fallit herodem. Itaq; ille quos Alexander perscripserat libros le-

Ferora sororẽ q̃ cũ sylleo procuratore regis arabũ nubere voluisset accusauit.

Tota domus tẽpestas contra alexandrum.

Eunuchi ab alexandro corrupti vi tormentorum coacti oĩa confessi sunt alexandrum accusãtes.

Herodes maxie perterritus vbiq; exploratos committit & maxima fit eius ꝓpiquis tribulatio qui se ipsos prequienẽtes accusabant.

Alexander i vincula captiuatur multis eius amicis trucidatis aliisq; eum cũ fratre in patrem insidias cogitasse accusantibus.

Alexander pfis suspitionẽ nullo mõ aboleri posse arbitratus quatuor libris fatet insidias. multosq; dixit se habere socios sc; feroã Salomen. &c.

Hærodes libros Alexãdri Archelao dedit legendos qui in eos q̃ inscripti erãt & i Feroram cõtulit & hęrodem paulati pacificauit.

Hærodes remissa ira in alexandro excitatur in ferorã q̃ Archelaũ orat vt fris faciat recõciliationẽ & oia fatetur sibi ipsita. &c.

Feroras atra veste cũ lachrymis veniã postulans & se scœleratum cõcessus medio archelai promeruit.

Archelaus herode placato ferorę iratus alexandro tãdiu manebat filiãq; ab eo distractã secum adducturum firmabat donec herodẽ vltro p adolescẽtulo compulit depręcari. &c

Reditegrata cõcordia Archelai medio ipsu; ab eũtem hærodes & vnumquẽq; amicorũ eius muneribus donauit pro merito. &c.

Eurides lacõ proditiosissimus adulator reconciliationẽ pertur bauit Alexãdri. &c.

gendos ei prębet: singulis capitulis insistens cum eo deliberabat. Vnde occasionem sui consilij nactus Archelaus: paulatim causas in eos qui scriptis tenebantur & in feroram contulit. Cum autem credere sibi regem videret considerandum est inquit ne forte adolescentulis tot nequissimorum insidijs circũueniatur non tñ ab adolescẽtulo. Nec enim apparere causam cur in tantũ rueret scœlus qui & nunc regno potiretur: & successionem regni speraret. nisi aliquos haberet huius persuasionis auctores: qui ad deteriorẽ partẽ lubricũ etatis impellerẽt. Ab eiusmodi nãq; hoibus non solũ adolescentulos falli: verũ etiã senes domosq; clarissimas totaq; regna solere subuerti. ¶ Cõsentiebat dictis herodes: irãq; paulatim remittebat in alexandro: & feroram excitabatur. Namq; hoc erat librorum quatuor argumentum Qui vbi propẽsiorem esse regis animum sensit: & in omnibus apud eum amicitiam archelai pręuale re: q̃ honeste non posset ex imprudentia alias impudẽtia salutẽ quęsiuit: relictoq; alexandro cõfugit ad archelaũ. Et ille. Non inquit videt quo se pacto extimat tot criminibus inuolutum quibus manifeste conuinceretur regem insidijs voluisse decipere. omniumq; malorum pręsentium adolescẽti causa fuisse: nisi malis omissis artibus callidis & negãdi pertinacia quibus insimularetur oia cõfiteri & a fratre pręsertim cui dilectus esset veniam petere. Namq; ad hoc ei se quoq; modis oibus opem laturum ¶ Paruit archelao feroras atraq; veste cũ lachrymis vt q̃ miserabilis appareret. instructus ad pedes herodis accessit: sicq; meruit veniam postulans: & se quidem scœleratũ esse fatebatur. Namq; omnia quę sibi obijcerentur feciſſe. horum autem causam esse diminutionem mentis atq; insaniam: ex mulieris amore conceptam. Itaq; postq̃ stetit feroras suimet ipse accusator ac testis: tũc eum iam archelaus excusando herodis iracundiam mitigabat proprijs vsus exẽplis. Etenim se quoq; a fratre multo grauiora perpessum naturale eius ducebat ante posuisse vindictę: quippe in regnis velut in magnis corporibus semper aliquam partem pondere ipso tumescere quam recidi quidem non oporteret: leuius vero curari Multa in hunc modum locutus archelaus herodem quidem ferorę placatum reddidit. Ipse autem alexandro tamdiu manebat iratus filiamq; ab eo distractam secum adducturum esse firmabat donec herodem compulit vltro pro adolescentulo depręcari vt iterum ei filiam desponderet. Satis autem cum grauitate archelaus cui vellet eam pręter alexandrum collocari promisit maxime eñ impendere quę iura inter se affinitatis inuiolata permaneãt. Rege autem filium sibi ab eo donatum infirmante nisi matrimonium dirimisset. q; & liberos iam haberent vxor quoq; ab adolescente dilig eretur quę si remaneret peccatorum fieret obliuio si vero discederet causa de omnibus desperandi molliorem namq; fieri audaciam si domesticis affectionibus distraheretur. vix tandem cessit: vnaq; & ipse rediit cum adolescente in gratiam & patrem eius reduxit. Proculdubio tamen eum romam mitti debere ait cum cęsare collocuturum. de omnibus enim sese ad eum litteras feciſſe. Consilium quidẽm archelai quo generum suum periculo liberauit peractum erat: & redintegra concordia in epulis & humanitate conuictus familiariter versabantur. Abeuntem autem muneribus talentorum septuaginta solio quoq; aureo gemmis ornato & eunuchis & concubina donat herodes quę panichisvocabatur: itemq; amicorum eius quemq; pro merito. Quin & cognati regi omnes iussu eius archelao dona clarissima dederunt: eumq; tam ipse q̃ optimates anthiochiam vsq; prosecuti sunt.

¶ Eurides lacon proditiosissimus adulator reconciliationem perturbauit Alexãdri. regemq; adulatione falsisq; laudibus & sermonis calliditate circumuenit qui apud eum Antipatri laudator pecunia corruptus erat & Alexandri qui incaute de patre conquęrebatur proditiosissimus fuit accusator. Alios quoq; antipater contra fratres subornauit accusatores. Epistolam insuper fictam ad custodem castelli Alexandrij nomine Alexandri direct.m produxit. vnde herodes torto castelli præposito filios q̃uis nullum contra eos validum proferretur documentum asseruari pręcepit: & Euridem totius sceleris fabricatorem quinquaginta talentis donauit qui ad Archelaum capadocię regem vadens & mentiens Alexandro reconciliasse hęrodem ab eo munera accepit: sed tandem propter facinora a cęsarea fugatur Herodes autem paratissimus ad audienda maledicta.

Capitulum vigesimum quintum.

ON multo post quidã in iudeã venit Archelai consilijs multo potentior. qui non solũ reconciliationẽ gratię alexãdro quęsitam fecit irritam: verũ etiam causa fuit vt periret. Lacõ erat genere nomine eurides: ad regni desideriũ pecuniæ amore corruptus. Iam enim luxũ regia tolerare non poterat. Is ãpliſſimis donis herodi oblatis velut eorũ quę aucuparetur illecebra cũ statim multiplicata recepisset: immaculatã liberalitatẽ nihil esse ducebat nisi regnũ sanguine cõparasset. Itaq; regẽ adulatione falsisq; de ipso laudibus & sermonis calliditate circũuenit. matureq; prospecto eius ingenio dictis simul & factis quę illi placerẽt: iter primos amicos eius habebat. Nã & rex & omnes eius comites libẽter ciuẽ sparche prię causa pręcipuo dignũ honore ducebãt. Ille aũt postq̃ fragilitatem domus animaduertit. fratrumq; inimicitias & quemadmodum pater in singulos esset anima-

Anti. li. xvi. ca. x. pri. vsq. Ege. li. i. c. xiiij.

Anti. li. xvi. ca. x Ege. li. i. c. xiiij.

A tus:antipater quidem hospitio preuentus erat:simulata vero amicitia fallebat alexandrum: olim se archelai socium esse mentitus. Quo etiam citius quasi probatus obrepsit:mox q; ab eo fratri quoq; aristobolo commendatus est. Peremptatis autem personis omnibus, alium alio modo subibat. Ac primum sit antipatri mercennarius & alexandri proditor illum exprobrando castigans q; cum fratrum sit maximus spei sue negligit insidiatores:alexandrum vero q; regina creatus: & reginæ vir coniugis filium priuatę mulieris pateretur regno succedere:presertim cum habeat magnam occusionem archelaum. Quę quidem adolescenti vere fide suadere videbatur: q; amicitiã simulasset archelai:vnde nec alexander quicq̃ metuens & de antipatro quę se mouerent apud eum querebatur:& quod nichil mirum faceret herodes si cum matrem eorum interemerit ipsis quoq; regnum eius auferret. Quorũ eurides causa & miserari eos. & pariter dolere simulans:etiam aristobolum ad eadem dicenda pellexit: atq; ita quęrelis in patrem vtroq; deuicto referens ad antipatrum secretum discedit:affecto insidiarũ quoq; mendacio quas ei fratres parasse firmabat ac pene iam strictis in eum gladijs irruere. Ob hæc autem multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat apud patrẽ:& ad extremum necis alexandri & aristoboli redempta opera ipse accusatoris partibus fungitur. Cumq; audisset herodes:vitã ei se rependere pro beneficijs delatis:& lucem referre dixit hospitio. Namq; olim alexandrum exacuisse in eum gladium & confirmasse dexteram:verum sceleri tantum fuisse impedimẽto q; societatem facinoris assimulasset. Alexandrum enim dicere non bene secum hærodem actum putare q; regnum obtinuisset alienum & post matris eorum necem principatum eius dilaceraſſet:nisi etiam degenerem coaptaret hęredem:auctumq; ipsorum regnum antipatro spurio propinaret. Proinde semet hyrcani manes & mariannes vltum ire. Nec enim decere successionem regni ab eiusmodi patre sine cede suscipere. Multis enim rebus ad hoc excitari quotidie:quia nichil sibi omnino loqui sine calumnia liceret. Nam si de nobilitate aliorum fiat mentio sine ratione se contumelijs affici patre dicente solus generosus alexander & cui pater sit pro ignobilitate dedecori. Inuentionibus quoq; offendere soliq; antipatro indulgentem. Ob quę velle mori non recusare:nisi ex voto insidię successissent. Sin eum occidisset:primum salutis occasionem fore archelaum socerum suum ad quem posset effugere deinde cęsarem qui nunc vsq; ignoraret mores herodis. Nec enim sic ei astaturum vt antea patris prudentiam formidando. nec de suis tantum criminibus locuturum sed primum totius gẽtis erumnas:& q; ad necem vsq; tributas opprimeret vulgaturum. Deinde in quibus delitijs quibusq; actibus parte sanguine pecunię consumptę sunt:& qui vel quales ex illis fuerint locupletati: quę causa ciuitatis plagate: sibi autem quęsiturum & aui & matris necem omniaq; regis scelera retecturum: quibus cognitis nemo se iudicauerit patricidam. ¶ His eurides in Alexandrum falso delatis antipatri laudes persequebatur:solum qui patrem diligeret esse confirmans:quicq; adhuc insidias retardasset. Rex autem nondũ preterite suspitionis dolore compresso:intollerabilis iracundię feritate turbatur. ¶ Iterumq; hoc tempus nactus antipater. alios accusatores fratribus subornauit. qui eos diceretit cum iocũdo & tyranno etiam colloqui solitos esse equitum regis olim principibus tunc vero propter quasdam offensiones ordinibus motos. Hac demq; indignatione succensus:confestim eos tormentis herodes subdidit. Illi autem nichil eorum se quę crimini darentur scire confessi sunt. ¶ Sed oblata est quedam velut ad propositum castelli Alexandrij ab alexandro scripta epistola depręcante vt cum Aristobolo fratre se in castellum reciperet si patrem fugare fecissent tamq̃ amicis q̃ alijs eos subsidijs vti permitteret. Hanc alexander Diophanti commentum esse dicebat. qui regis erat notarius homo audacissimus & cuiuslibet manus litteras imitari percallidus. Itaq; multis sępe falsò conscriptis ab hoc postremo occisus est. toto autem castelli prępposito nec in eius iudicio quicq̃ herodes eorum quę delata erant verum esse cognouit. Sed quis nullum documentum validum proferretur. filios tamen interim absolutos asseruari precepit. Eundem vero dominus suę pestem ac totius sceleris fabricatorem bene de se meritum dato reditus salutis appellans:talentis quinquaginta donauit. Ille autem prius q̃ certa fama nũciaretur ad archelaum properat. aususq; dicere quod herodem reconciliasset Alexandro ab illo quoq; pecunias capit. deinde in achaiam transgressus ad similia facinora male quęsitis abusus est. Postremo apud Cęsaream accusatus q; dissentionibus repleuisset achaiã & ciuitates spoliaret: inde fugatur. ¶ Atq; hoc modo alexandri & aristoboli pene persecutę sunt. ¶ Hoc loco dignum est Choum eunuchum huic parabile conferre. Namq; is cum amicissimus esset alexandro eodemq; tempore quo eurides ibidem erat aduenisset pręuectari regi super his quę ille insimulare fuit us nihil se ab adolescẽtibus audisse firmauit. nec tamẽ id quicq̃ miseris profuit apud herodem:solis maledictis auras patentissimas inpetentemeumq; sibi gratiosum esse iudicantem: qui secum eadem crederet: lusdemq; moueretur. ¶ Salome socrus Aristoboli & amitta qui eam vt suę saluti consuleret precabatur, eius mori regi prodidit rex itaq; filios vinxit & separatos precepit asseruari & Voluminium atq; Olympum

Maxima Eurides proditio.

Corruptus pecunia Eurides antipatri laudator apud patrẽ. &c.

Alexandri icauta quęrela.

Antipater alios cõtra fres subornauit accusatores.

Epistola sibi ab alexãdro scripta ad custodẽ Alexandrij castelli.

Dyophanus falsarius notarius.

Herodes filios incarcerari iubet &

Eundem totius sceleris fabricatorẽ quinquagita donauit talentis q ad archelaũ vadẽs & mẽtiẽs

Alexãdro recõciliasse herodem ab eo mũera accepit sed tãdem

propter facinora a cęsarea fugat,

Egr. li. i. ca. xli. Ant. li. xvi. ca. x

descripta ferentes iudicia mittit ad Cesarem qui herodi rescribens potestatem (congregato cor cilio) dedit ei filios punire. Paret ergo scriptis Hærodes & Beriti conuocato concilio presederunt. Saturninus & pedanij legati & alij Syrię optimates preter Archelaum regem qui regi erat suspectus. Herodes vero filios quos prouido satis concilio ne assistentes ad misericordiam impellerent in iudiciū non produxit sed eos absentes quasi presentes accusat obijciendo insidias. Saturninus condemnandos adolescentes sed non mortem pronunciauit quem duo legati & nonnulli alij secuti sunt. Volumnius vero primus cunctis post eum herodis fautores necandos esse adolescentes iudicauit. Interea vero tyro verus miles veritatem libere locutus est clamitans conculcatam esse iusticiam & veritatem periisse. Quem rex cum filio capi iussit a triphone tonsore falso accusatum. Ipseq; in tortura & militum principes cum tonsore lapidum ictibus interimuntur & filios in sebaste missos iubet effocari & in alexandrio cum Alexandro materno auo sepeliri. Capitulum vigesimumsextum.

Salome socrus & amita Aristoboli regi eius monita p̄dit q vtrū q; filiū vixit & separatos p̄cepit asseruari & volūniū & Olympij descripta ferentes iudicia mittit ad Cesarem.

Congregati concilij contra adolescentes præsidentes & eorum sententia.

Filios Hærodes noluit producere in iudicio ne ipsi liberarentur sed eos absētes accusat.

Saturnini sentētia contra adolescentes.

Tristis sententia Volumnij.

Tyro veritatē libere locutus nota eius verba.

Tyronis ad herodem verba.

Herodes tironē cū filio capi iussit quē falso iri pho tonsor accusauit quiq; p nūtur in tortura

Antiq. li. xvi. cap. xxi. Ege. li. i. ca. xli.

INcitabat preterea salome crudelitatē eius in filios. Namq; hāc aristobolus quo se periculis inuolueret. quā & socrū habebat & amitā monitam miserat: vt saluti suę consule ret: quasi rex eā decreuisset occidere iterū in simulatam quorū ante fuerat accusata: q; Sylleo Arabi nubere cupiēs quem sciret eius inimicū occulta illi secreta regis nuncia ret: & hoc fuit extremū quo tanq̄ tēpestate oppressi adolescentes non secus q̄ a turbine perfundati sunt. Salome em̄ protinus contēdit ad regē eiq; monita Aristoboli prodit. Atq; ille vlterius durare non passus vtrūq; filiū vinxit. & separatos asseruari p̄cepit. Deinde voluminiū militię magistrū & ex amicis suis Olympū descripta ferentes iudicia proficisci iussit ad cesarē Qui postq̄ naui Romam delati regis litteras reddiderunt vehementer quidem in adolescentes cęsar exarsit verum eius potestatem in filios a patre auferendam non dixit. Deniq; rescribit ei vt ipse sui dominus esset arbitrij: melius tamen facturum dicens si in cōmuni consessu propinquorum suorū prouinciq; rectorum de insidijs quereret. eosq; si delato crimine reperiret astrictos occideret: si vero fugam tāntum esse meditatos mediocri supplicio contentus esset. ¶ Paret scriptis herodes Cumq; beritum quo cesar iusserat peruenisset iudicium cogit. Presederunt autem rectores quibus a Cesare scriptum fuerat. Saturninus & pedanij legati & cū his volumnius procurator: itemq; propinqui regis & amici necnō & Salome & feroras & post hos optimates syrię preter archelaum regē. Namq; hūc herodes q; alexandri socęs esset suspectum habebat. ¶ Sed filios quidem satis prouido consilio in iudicium non produxit. Sciebat enim q; si tantum nisi fuissent: omnimodo ad misericordiam cunctos impelleret. Si vero etiam dicendi copiam nacti essent: facillime alexander obiecta dilueret. Igitur quidem illi custodiebantur in platene vico sydomorum. ¶ Exorsus autem rex veluti cum presentibus ageret commouebatur. Et insidias quidem timide obijciebat nam probationibus deficiebat: maledicta vero & probra & iniurias & peccata plurima in se admissa prosequebatur. eaq; morte grauiora esse confessionibus demonstrabat. Postremo cum nemo contradiceret: semetipsum argui miserabiliter questus acerbamq; victoriam vincere: singulorum sententiā rogabat i filios. ¶ Et primus saturninus condemnandos esse adolescentes sed non mortem pronunciauit. Nec enim fas esse cum tres ipse astātes habeat filios mortē alienis decernere. ¶ Idem etiam duobus legatis visum est: eosq; alij nonnulli secuti sunt. ¶ Tristem vero sententiam primus volumnius dixit: cunctisq; post eū herodis emulatione vel odio neq; indignatione quisq̄ necandos esse adolescentes iudicabat. Tunc autem vniuersa syria & iudea suspensa quidem operiebatur huius tragœdię finem: sed nemo estimabat herodis crudelitatem vsq; ad patricidiū processuram. Ille tamen filios tyrum traxit atq; modo nam cęsaream deuectos quo mortis genere perimeret cogitabat. ¶ Interea vetus quidē regis miles tyro nomine qui & filium habebat alexādro consuetum atq; amicum. & ipse adolescentulos diligebat. p̄ nimia indignatione mentis in postremo circumiens clamitabat conculcatā esse iusticiam: veritatem periisse: nouercam esse confusam: vitaq; hominū iniquitatis esse plenam & omnia quę dolor contempsit vita discussit. Deinde ipsum etiam regem ausus adire: michi vero inquit omniū esse videris infelicissimus quicunq; carissimos nequissimis credas. Siquidem Feroras & Salome fidem apud te aduersus filios tuos habens. quos sepe mortis supplicio dignos esse iudicasti. neq; aduertis hoc nos agere vt iulia successibus destitutus cum solo maneas antipatro capi facilem regem optamus. Verūtamen cogitat. ne illo quoq; militibus adorsus sit. propter cedem omnium fratrum. Nullus est enim qui non adolescentem misereatur. Principum autem plurimi etiam palam grauiter ferunt. Hæc dicens simul eos quibus res indignam videtur nominabat. ¶ Rex autem statim & illos & ipsum cum filio comprehendi iubet. Ibiq; cū alius quidam regalis tonsor nomine tripho nescio qua exagitatus insania semetipsum indicans prosiliit. Ac michi quoq; tyro inquit iste persuasit: vt occasione tondendi nouacula hoc occidere. magnaq; michi Alexandrum datum munera pollicebatur. His auditis Herodes & Tyro

Antiq. li. xvi. c. xii Ege. li. i. ca. xli.

A nem eiusq; filium & tonsorem subdidit quęstioni. Tumq; illi pernegarent: tonsor autem amplius nichil diceret: tyronem vehementius torqueri iussit. ¶ Cumq; filius eius patris miseratione commotus cuncta se regi si eum sibi condonasset. indicaturum promisit eoq; relaxato: ipsum occidendi patrem suum habuisse voluntatem dixit impulsum ab alexandro. Hoc autem quibusdam fictum ab adolescẽte videbatur quo tormentis eriperet patrem: nonnulli verum esse firmabant. ¶ Herodes tamen & militum principibus & tyrone pro contentione accusatis: ita in eos armauit populum vt ibidem cum tõsore lignorum & lapidum ictibus interirent. Filios vero in Sebasten missos quę non longo a cęsare interualio distaret effocari pręcepit: eaq; remanente perfecta in alexandrum castellum mortuos asportari cum alexandro materno auo sepeliendos. Hic quidem alexandro & aristobolo finis vitę fuit.

Filius patris miseratione cõmotus vt ipsum liberaret confitetur quęsitum. Tyro & militum principes cũ tõsore ictibus interimũtur & filios in sebastẽ missos iubet effocari & in alexãdrio cuz auo sepeliri.

¶ Antipater ab omnibus propter fratrum occisionem odio habitus peremptorum timebat filios Erant enim Alexandri filij duo ex Glaphira Tygranes Alexander. Aristoboli autem ex Beronice Salomes filia filij: herodes & Agrippa & Aristobolus filięq; Herodias & Mariannes sed Glaphiram quidem cum dote sua in capadociam interfecto Alexandro dimisit & Beronicem Aristoboli coniugem auunculo Antipatri nuptum dedit Antipater vero metu opes multas pluribus largiens magis erat in uisus. Herodes autem conuocatis propinquis & amicis: astantibusq; pupillis lachrymatur eos amantissimos vocans omnibus commendat & maiori filio Alexandri Feroręq; filiam desponsat & filio antipatri primam Aristoboli filiam & aliam herodi ex filia pontificis sibi genito. Antipater autem maliciam circa fratrum filios non potuit continere sed sponsalia callide studuit dirimere instãtissime eum prębabatur quia numerosa esset regia progenies nuptias permutari Nouem enim herodes vxores habebat ex quarum septem: filios susceperat plurimos vnde herodes audito Antipatro nepotibus timẽs sponsalia reformauit Antipatri nam adulatio multum valuit apud Herodem Antipater itaq; odium vitare non valens terrore securitatem sibi quęsiuit cui Ferora & mulierum conflictio pręter Salomen quę omnia cognoscens eis aduersabatur veluti iam confirmato regi obediebant. Fingebant quoq; inter se vt regem deciperent palam discordias Salome vero omnia cognoscens regi nunciat vnde iratus rex maxime contra Feroræ vxorem, quam ei pręcepit expellere qui ait se citius vita q̃ coniuge carituram incertus itaq; rex quid ageret Antipatro ne cum ferora & eius coniuge interdicit habere colloquium.

B

Capitulum vigesimumseptimum

Antipatrum vero cum iam sine controuersia successorem regni, speraret: intollerabile gentis excipit odium: cunctis scientibus omnes illum omnibus fratribus suis cõseruisse calumnias nichiloq; minus timor eum non mediocris sollicitabat crescente sobole peremptorum. ¶ Erant enim alexandro ex glaphira filij duo tygranes & alexander. Itemq; aristobolo ex beronice salomes filia Herodes & Agrippa. & aristobolus: filięq; herodias & mariannes. ¶ Sed glaphiram quidem herodes cũ dote sua in capadociam dimisit: postq̃ alexandrum interfecit. Beronicem autem aristoboli coniugem auunculo antipatri nuptum dedit quĩ (vt salomen) quam infensam habebat (sibi reconciliaret) istas nuptias excogitauit. Idem vero antipater etiam feroram muneribus alijsq; obsequijs atq; amicos pręterea cæsaris ambiebat: magnas Romam mittendo pecunias. Saturninum enim cum alijs omnibus apud syriam donis expleuerat. ¶ Hoc autem magis inuisus erat cunctis q̃ plura donabat: velut opes tantas non munificentia largiretur sed mœtu consumeret. Itaq; eueniebat vt nec accipientium beniuolentia quicq̃ proficeret. quibusq; nichil dedisset acerbiores inimicos haberet. In distributionibus autem munerum quotidie largior erat: cum pręter spem videret orbos pueros ab herode curari: quantumq; illum peremptorum cedis pœniteret prolis eorum miseratione significari. Conuocatis enim propinquis atq; amicis suis & pupillis astantibus: cum lachymis oppleſſet oculos dixit. Horum quidem michi patres fortuna quędam tristis eripuit ipsos autem orbitatis misericordia cum natura commendat. Experiar itaq; vt etsi pater infortunatissimus fui auus tamen sim prouidentior: & a quibus post me regantur amantissimos michi relinquam. Despõdeo igitur filiam tuam Feroram maximo filiorum alexandri: vt ei curator sis necessarius. Tuo vero antipater filio Aristoboli filiam: eris enim hoc modo pater orbate. Sororem vero eius meus accipiet herodes põtifice auo materno pronatus. Et de his quidem hoc sit meum iudicium: neq; id quisq̃ dirimat qui me amabit. Precor etiam deum bono regni mei meorumq; nepotum copulare nuptias: atq; hos pueros placidioribus q̃ patres eorum oculis aspicere. Postq̃ hæc locutus effleuit. & puerorum dextras iunxit benignissimeq; consalutatis iuuenculis: dimisit concilium. ¶ Statim diriguit antipater: quantoq; dolore affectus esset neminem latuit. Pupillorum namq; honorem apud patrem quoq; sibi derogatum existimabat iterumq; de rebus cunctis periculum fore si alexandri filius pręter Archelaum: etiam feroram tetrarcham adiutorem habere licuisset. Ad hæc repũtabat odium suum & orbitatis miserationem qua

Antipater ab omnibus propter fratrũ occisionẽ odio habitus timebat filios peremptorum.

Antipater opes multas metu pluribus largiẽs cũctis erat inuisus.

Oro herodis de nepotibus suis.

Herodes feroręq; filiam maiori alexandri filio desponsat & filio antipatri aristoboli primam filiam & aliam herodi filio. &c.

¶ Antipatri postulata.

Nouem Hærodis vxores ex q̄rū septem filios suſceperat. & c.

Herodes audito antipatro ira tus nepotibus timens ſponſalia reformauit.

Salome inuita alexę nupta.

Antipater odiū vitare non terrore ſecuritatē ſibi quęrit cui Feroras & mulierum cōflictio pręter Salomē quę oia cognoſcens eis aduerſabatur. Fingunt mulieres iter ſe diſcordias vt regē decipiēt ſed ſalome oīa cognoſcens regi nūciat vñ iratus rex maxime contra feroræ vxorem quā criminatur.

tota gens flectebat quanto viuēdum puerorum ſtudio & quanta memoria ipſius ſcœlere mortuorum tenerentur iudei. Itaq; omnimodo dirimere ſponſalia ſtatuit & callide quidem patri ſurripere timuit ſeuienti acriterq; vigilanti ad ſuſpicandum palam vero eum ſupplex adire auſus eſt. Coramq; deposcere ne ſe priuari quo dignum eſſe indicaſſet nudumq; regis nomen habere vellet: regni autem ſubſtantiam pœnes alias eſſe. Nec enim poſſe rerum obtinere dominatum: ſi pręter auum etiam archelaum feroras alexandri filio ſocer adiunctus eſſet. Inſtantiſſime vero pręcabatur quia numeroſa eſſet regia progenies nuptias permutari. Nouem namq; regi vxores erant: ſed harum ſeptem vnde filios ſuſceperat. Ipſum Antipatrum ex doſide. Herodem ex marianne pontificis filia itemq; Antipam & Archelaum ex Martace alias Malthace ſamaritide: filiam Olympiade quam frater eius Ioſippus habuerat ex hieroſolymitide. de cleopatra vero Hærodem & Pphilippum: necnō ex pallade Phaſelum Habebat alias quoq; filias Boromen alias Rhaxoen & Salomen vnam ex phedra. alteram ex helpide. Duaſq; vxores ſine filijs conſobrinam & ſororem ac pręter hos & Alexādri ariſtoboli ſorores duas ex marianne. Cum igitur tanta prolis copia ſupereſſet. aliter nuptias iungi poſtulabat Antipater. ¶ Rex autem proſpecto alias perſpecto eius animo quid de pupillis cogitaręt vehemter iratus eſt. Quippe filiorum quos interfecerat caſum reputans: formidabat ne & hi quandoq; criminationum antipatri pręmium fierent. Sed tunc quidem ſeuioribus dictis protelat: poſtea vero blanditijs eius abductus ſponſalia reformauit. Ac primum ipſi Antipatro ariſtoboli filiam collocat filium vero eius tungit filię ferorę. ¶ Hinc licebat aduertere q̄tum antipatri valeret adulatio: q̄ idem in ſimili cauſa impetrare Salome non potuit. Hanc enim q̄uis ſoror eſſet atq; hoc ſæpe intercedente iulia vxore Cęſaris poſtulaſſet Arabum regi ſylleo nubere non paſſus eſt ſed inimiciſſimā ſibi fore iurauit niſi ab hoc ſtudio deſtitiſſet poſteaq; inuitam alexę cuidam ex amicis ſuis in matrimonium dedit: eiuſq; filiarum vnam Alexandri filio alteram Antipatri auunculo tradidit. Natarum autem Mariannes vna ſororis filium habebat Antiphon: altera fratris Phaſelum ¶ Sic interrupta pupillorum ſpe Antipater & pro ſua commoditate affinitatibus iunctis expectatione certa nitebatur: adiectaq; malignitati fiducia ne quaq̄ erat tollerabilis. Nam quia ſingulorum odium vitare non poterat ſecuritatem ſibi ex terrore quęrebat: cum pręterea Feroras ei veluti iam confirmato regi obſecundaret. Quin & mulierum conflata in aula conflictio nouas turbas excitabat. Etenim Feroræ vxor cum matre & ſorore ſua necnō & matre Antipatri multa in regno inſolenter agebat auſa etiam duas regis filias contumelioſe tracta re cui rei maxime ab antipatro erat adiecta itaq; cum inuiſę illi eſſent alias quidem morigeras habebant ſola vero ſalome aduerſabatur eorum concordię. quodq; non bono regis coirent apud ipſum in ſimulabat. Cognita vero eius delatione mulieres q̄q; Hærodes egre tuliſſe: ab aperto quidem conuentu & familiaritate abſtinuerunt: contra vero etiam inter ſe diſcordare rege audiente ſimulabant: cum adeo colluderet antipater. vt palam feroram minime dubitaret offendere. Occultos autem cetus & nocturnas commeſſationes agebant earumq; conſenſionem fecit obſeruatio firmiorem cum horum nichil ignoraret ſalome: ſed herodi cuncta nunciaret: ille autem ardens iracundia: maximeq; aduerſus ferorę coniugem q̄ eam pręter cęteras accuſaret ſalome. aduocato cognatorum amicorum q; conſilio & talia multa mulieris & filiarum contumelias crimini dedit q̄q; phariſeis mercedem contra ſe prębuiſſet fratremq; ſibi hoſtem reddidiſſet expugnatum venenis. Poſtremo conuerſus ad feroram vtrum ſe ait fratrem an vxorem vellet optare. Cumq; ille ſe citius vita dixiſſet q̄ coniuge cariturum. incertus quid ageret ad antipatrum ſermonem contulit ac ne cum ferora vel eius coniuge aut quouis alio qui ad eam pertineret vnq̄ colloquęretur: edixit. Verum ille palam pręcepta cuſtodiens in occultorum his pernoctabat.

¶ Antipater Salomes timens obſeruationem per amicos (vt Romam proficiſcatur) procurat & cum muneribus & teſtamento (vbi ipſe rex erat inſcriptus) mittitur Sylleus quoq; qui maximum cū Aretha rege ſuo certamen habebat Romam cum Antipatro certaturus nauigauit quem Fabatus herodi accuſat q̄ corinthum pœcunia corrupiſſet vt ipſum occideret quod duo Arabes ſubditi quęſtioni confeſſi ſunt qui & Romam miſſi ſunt: Herodes quoq; fratrem vxorem repudiare recuſantem indignatus cum vxore eiecit qui ad tetrarchiam ſuam accedens iuratus eſt ante herodis mortem non reuerti. Herodes ſua manifeſtata pacientia infirmum fratrem viſitauit & corpus eius in hieruſalem detulit cum honore ſepeliendum. Quidam autem herodi feroram veneno fuiſſe interemptum nunciauerunt & pro amatorio mulierculam arabicam dediſſe Syllei conſilio mortiferum. Quo tormentis veritatem perquirente quædam ancilla Antipatri matrem omnium malorum cauſam eſſe clamat & occultos Ferorę & mulierum conuentus detegit, cum qua omnes ancillæ contra Antipatri conueniunt ſecreta declarantes conſilia.

D

E

F

2 anti. li. vii. c. i. & bel. li. i. ca. xlii

2 anti. li. xvi. c. ii

2 anti. li. xvii. c. ii

Capitulum vigeſimumoctauum.

A Antí. li. xvij. c. iij

DEtuensq; obseruationem salomes per amicos in italia degentes vt romam proficisceretur effecit: ipsorum perlatis litteris vbi antipatrum aliquãto post tẽpore ad cęsarem mitti oportere perscriberent. ¶ Igitur herodes nichil moratus eum misit cum cunctis quę vsui forent magnaq; pecunia liberaliter instructum: testamentumq; vna portandum ei dedit in quo rex ipse antipater inscriptus erat & antipatri successor herodes ex marianne pontificis filia procreatus. ¶ Quin & sylleus arabs itidem neglecto cęsaris precepto romam nauigauit: de his cum Antipatro certaturus de quibus ante cum nicolao causam dixerat Non leue autem cum aretha rege suo certamẽ habebat cuius etiam amicos interferat: & soemium in petra opido potentissimum redemptoq; fabato dispensatore cęsaris fautore vtebatur etiam in herodem sed maiore pecunia data herodes fabatum a sylleo remouit ac per semetipsum quę cęsar iusserat exigebat. Ille autem cum nihil dedisset accusabat apud cęsarem fabatũ: dispensatorẽ esse dicens non quę ipsi. sed quę herodi expedirent. Quibus cõmotus ad iracundiã fabatus. adhuc autẽ apud herodem in honore maximo habebatur: secretorũ sylleo proditor factus est: regiq; indicauit q; sylleus corinthum alias corinthium eius satellitem pecunia corrupisset obseruariq; oporteret. Neq; rex id facere dubitat: quoniam Corinthus iste licet in aula regis esset educatur ex arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum solum corripi sed etiam duos alios arabas iussit apud eum repertos: vnum syllei amicum. alterum syliarehum: qui subditi quęstioni magna pecunia corintho vt herodem occideret persuasisse/ confessi sunt. Illi etiam a saturnio rectore syrię interrogati: romam transmissi sunt. ¶ Herodes autem feroręve hementius imminebat: vt repudiaret vxorem. Aliquid enim cum quo mulierem plecteret excogitabat quia multas in eam odij causas habebat: donec ipsum etiam fratrem cum ea supra modum indignatus eiecit. ¶ Feroras autem ęquo animo accepta iniuria ad tetrarchiam suam accessit: iuratus vnum sibi exilij finem fore mortem herodis: neq; se ad eum reuersurum esse dum vixerit. Deniq; nec egrotum q̃uis sepe accitus fratrem visere voluit: cum quibusdam mandatis eum quasi moriturus vellet instruere. Sed ille quidem prẽter spem conualuit: post modum autem feroras in morbum incidit. Tumq; herodis pacientia demonstrata est. Nam & venit ad eum & humanissime curatum voluit sed morbum superare non quiuit. In die-

Antí. li. xvij. c. iij Ege. li. i. ca. xiiij

Antí. li. xvij. c. iij Ege. li. i. ca. xiiij

B bus enim paucis est mortuus. Quem licet vsq; ad vltimum vitę diem dilexisset herodes: tamen q; illum quoq; veneno peremisset fama vulgatum est. Verum eius corpore i hierosolima portato luctum maximum cunctæ genti denunciauit: clarissimaq; funus sepultura dignatus est. ¶ Vnus quidem interfectorum alexandri & aristoboli hunc exitum vitę sortitus est. Transijt autem in antipatrum auctorem pœna sceleris ex interitu feroręve principium nacta. Quidam enim ex libertis eius cum regem tristes adissent: fratrem ipsius Feroram veneno interemptum esse dicebant. Nam quendam ei cibum obtulisse coniugem suam non quo solebat modo conditum eoq; sumpto illo morbo: protinus esse coruptum. Venisse autem ante biduum matris ac sororis eius accitu quandam veneficam mulierculam ex arabia vt venenum feroręve conficeret amatorium: & pro amatorio dedisse mortiferum syllei consilio. Namq; illi notam fuisse. ¶ Perculsus igitur plurimis suspitionibus rex ancillas & nonnullas libertinas quęstioni subiecit: ibiq; tum clamabat aliqua doloris impaciens. Deus celi terręq; rector in matrẽ antipatri quę horum nobis malorum causa est vindicet. Hoc rex initium nactus/ persequębatur vlterius indagine veritatis. Mulier vero & matris antipatri familiaritatem cum ferora eius vxoribus & occultosq; eius conuentus aperuit q; q; feroras & antipater redeuntes a rege tota cum illis nocte potare soliti essent: seruis omnibus exclusis & ancillis. Vna quidem libertinarum hæc indicauit. ¶ Cum autem

Antí. li. xvij. c. iij Ege. li. i. ca. xiiij

C ancillę separatim singulæ torquerentur: patuit omnium dicta congruere qua de causa romani quidẽ antipater ex composito feroras vero trans flumen secedere curauisset. Nam sępe illos in sermone dixisse q; post alexandrum & Aristobolum ad ipsos eorumq; coniuges transiturus esset herodes. nec alicui posse parcere: qui marianne eiusq; filijs minime pepercisset: ideoq; melius esse ab hac belua quã longissime fugere. Sæpe autem dixisse matri antipatrum conquerentem q; cum ipe canus esset. pater in dies singulos iuueneseceret. seq; fortasse priusq̃ regnare incipiat moriturum. aut si vnq̃ ille decesserit quando autem istud fiet voluntatem sibi successionis omnimodo fore breuissimam. Pullulare prætea hydre capita hoc est Aristoboli & Alexandri filios. sibi autem filiorum spem adeptam esse patris iniuria quę non eorum quemq̃ post mortem suam regni successorem sed Mariannes filium scripsisset herodem. Qua quidem in re prorsus eum sedulo delitare: si testamentum suum standum arbitraretur: se namq; vt ex eius progenie nemo superesset curaturum. Quin etiam cum omnes patres quibus inuisi nunq̃ filij fuerunt odio vincat: plus eum tamen etiam fratres odisse. Deniq; nuper sibi ne cum ferora colloqueretur centum talenta donasse: atq; cum feroras diceret quid enim per nos ledebatur respondisse Antipatrum. Vtinam cunctis ablatis nudos se dum modo viuos relinqueret. Verum hoc nequaq̃ fieri posse vt tam pestiferam bestiam quisq̃ effugiat: sub qua nec amicis esse palam lice-

¶ Antipater tẽ mẽs salomes obseruationẽ p̃ amicos vt Romã p̃ficisceretur p̃curat & mittitur cum muneribus & testamẽto vbi ipe rex iscriptus erat.

Fabatus syllei hærodi accusat q; corithiũ pecunia corrupisset vt eum occideret. &c.

¶ Arabes duo quęstioni subditi corithũ vt herodẽ occidẽt pecũia fuisse corruptũ cõfessi sũt & missi sunt romã.

Ferorã affirmum hærodes visitauit & corpus eius i hierm sepeliẽdũ detulit. &c

Quidã feroram venenoiteręptũ regi nũciãt & p amatorio mulierculã arabicam dedisset sillei cõsilio mortiferuz. Herodeveritatẽ tormẽtis perquirẽti quędam ãcilla matrẽ antipatri olim maloruz causã esse clamat & occultos cõuẽtus: mulierum & feroręve aperuit.

quinquaginta lõgitudinis & altitudinis octo:& latitudinis decem:nonnulla vero etiã maiora fuerunt Expleto autẽ ſpacio quod vnda celabat.in trecentos pedes murum dilatauit:& ex quibus centum re D
pellendis erant fluctibus ante cõſtructa vnde etiam procymia dicebanť.Cęteri autem ſaxeo quo por
Druſion turris. tus cingitur muro ſubiecti ſunt magnis turribus interpoſitis:quarũ maxima atq; pulcherrima ex parẽ
te cęſaris druſium cognominata eſt. Crebri autem fornices ad deducenda quę portus haberet.proq;
fornicibus & circum eos pila ſaxea:& lata que naues egrediẽtes exciperet deambulatio.Aditus autẽ
Coloſi tres. ſeptẽtrionalis erat. Ventorum enim pro ſitu loci placidiſſimus eſt boreas. Ad oſtium vero ſtatuę ſiue
coloſi tres:vtrinq; fulti columnis.Quarũ a leua quidem intrantibus ſtantes ſolida turris ſuſtinet:dex
tera vero duo proceri lapides iuncti & partis aduerſę turris magnitudinem ſuperantes. Domus au
tem portui cõnexæ candido itidem lapide pariq; menſura ſpaciorum ciuitatis vice tendentes in por
Tẽplũ Cęſaris. tum Contra oſtiũ vero portus in colle Cęſaris templum magnitudine ſimul & pulchritudine præci
puum ſtatuaq; in eo Cęſaris ſiue coloſus nõ minor q̃ iouis apud olimpiam cuius ad exemplar factus
Cęſarea ciuitas eſt:romano autẽ par & iunoni quę argis eſt. Opiddum autem ,puincię dedicauit: rebuſq; aduectitijs
Theatrũ & am portũ cęſari vero conditoris honorem:vnde ciuitati cęſareę agnomen impoſuit.,Quinetiam & cęte- Anti.li.
phiteatrũ. ra opera forum/theatrum/amphiteatrũ/digna vocabulo collocauit:& quinquennali certamine inſti- xv.cap.
tuto/nomen ei cęſaris dedit. ¶ Primuſq; ipſe in centeſima nonageſima olimpiade maxima prima xi.xii.
Anthedonã ci propoſuit vt non ſolum victores/ ſed & proximi & tertij ſucceſſores eorum legalibus diuitijs potiren & Anti.
uitatẽ reparans tur. ¶ Anthedonam quoq; renouatam quam bella ſubuerterãt Agrippium vocauit:nimiaq; beniuo lib.xvi.
Agrippium vo lentia nomen amici etiam portę inſcripſit quam ipſe in templo edificauit. ¶ Sed nec parentes ſuos cap.v.
cauit. ita quiſq̃ dilexit. Nam ob patris monimentum: optimo regni campo ciuitatem condidit. fluminum Anti.li.
Maxime parẽ arborumq; ditiſſimam: eamq; antipatridam nũcupauit & ſuper hierichontã caſtellum natura tutum xvi.c.v.
tes diligẽs An & pulchritudine precipuum muro cinxit atq; in honorem matris cyprumvocauit fratriq; phaſelo tur
tipatridã ciuita rim cognomine phaſelum hieroſolymis dedicauit. Cuius habitus & magnitudinis liberalitas poſtea
tẽ in pris hono declarabitur. Aliamq; ciuitatem in regione quę hierichonta in boream mittitur phaſelum nomina
rẽ edificauit. uit.Cognatis autem & amicis eternę glorię traditis ne ſui quidem fuit immemor:ſed caſtellum con
Hęrodiũ caſtel tra mõtem arabici lateris propugnaculo promunitum de ſuo nomine herodium vocauit. ¶ Tumu E
Herodius (lũ. lumq; aſtoidem qui manufactus ſtadiorum ſexaginta ſpacio ab hieroſolimis aberat:ſimiliter nomi
tumulus, natum munificentius accurauit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus eſt am
bitu autem completit edibus regijs liberaliſſime exornatis:vt non ſolum interna membrorum facies
Aquã lõgo iter clarior eſſet:verumetiam foris parietes ac materię:tectaq; largis infuſa diuitijs elucerent. ¶ Aquam
uallo iduxit. etiam plurimam ingenti ſumptu ex longo interuallo in iuxit: perq; ducentos gradus marmoris can
didiſſimi fabricauit aſcenſum. Erat autem totus collis manufactus:& vehemẽter excelſus.Qui & ali
am circum radices eius regiam ac diuerſoria quæ & ſarcinas & amicos recipere poſſent edificauit:vt
Magnificentia pro rerũ quidem omniũ copia ciuitas eſſe videretur caſtellum:circũſcriptione domus regalis. ¶ Tan
Hęrodis i extre tis aũt conſtructis edificijs:animi ſui magnitudinẽ in plurimis etiam externis ciuitatibus demonſtra
mis ciuitatibus uit.Namq; apud tripolim & damaſcũ & ptholomaidã publicas balneas quę gymnaſia dicũt bibli au
Publicę balneę tem murũ:exedras vero & porticus foraq; & templa Byriti alias Beryti & tyri: necnon & apud ſido
nem & Damaſcũ theatra condidit.Maritimis autem laodicenſibus aquæ ductũ: apud aſcalonã vero
nipha ſiue lacus ornatiſſimos & balneas: itemq; perſtilia tam opere q̃ magnitudine miranda conſti
tuit Sunt quibus etiã lucos portuſq; præſtitit.Multęq; ciuitates ab eo tanq̃ regni ſocię agris quoq; do
Termæ. natę ſunt. ¶ Ad exhibitionem vero thermarum alijs redditus annuos ac perpetuos delegauit:quem
admodum comis:nequando beneficij gratia deficeret. ¶ Ad hæc frumenta cunctis miniſtrauit egẽ Anti.li.
tibus:& inſulis Rodiorum ad inſtruendã claſſem pecunias ſępe multiſq; in locis prębuit.Incenſumq; xv.c.iij.
Pithiũ repara pithium in meliorem formam reparauit ſumptibus ſuis. Quid dicam eius in lichios aut ſamios libe F
uit Liberalitas ralitatem: perq; omnem Ioniam eorum quæ deſideraſſet quiſq; largitiones. Nonne Athenienſes/ &
hęrodis apd li Lacedemonij/& Nichopolitani/ & in miſia pergamus Hærodis ſunt plena donarijs. Nonne anthio
chios/ Samios/ chenſium ſyriæ plateam cum plena ceni ab omnibus vitaretur.per viginti ſtadia ,plixam ſtrauit po
Ioniã Atheniẽ lito marmore: declinandiſq; ymbribus q̃ longa eſſet ornauit. Sed hec quidem propria quis dixerit il
ſes/ & Lacede lorum quibus ea detulit populorum. ¶ Quod autem helidenſibus pręſtitit non ſolum achaię com
monios.&c. mune Sed etiam totius orbis terrę munus videtur: per quem & olimpiaci certaminis gloria diffundit
Olimpiacũ cer Nam cum hos deficere ſumptuum videret inopia. quodq; ſolũ ex vetere gręcia reſtabat effluere:nõ
tamen. ſolum agonizeta aľs agonotheta ipſe factus eſt eo luſtro q̃ cũ romã nauigaret offendit.Sed etiam p
Remiſit debita petuos pecuniarũ quęſtus inſtituit: vt nunq̃ eius memoria agonizetę munere fungi deſineret. ¶ In
& tributa. extricabile opus erit debitorum ſiue tributorum remiſſiones exponere: ſicut phaſelitas & baranetas
aliaq; circa ciliciam municipia leuauit annuis penſionibus licet multum eius animi fortitudinem ti

A mor fregerit ne quam pateretur inuidiam veluti maius aliquid aucuparetur: si beneficijs ampliori-
bus ciuitates afficeret q̄ qui eas haberent. ¶ Quin & corpore vsus est: quod animo cōueniret. Cum-
q; summus venator esset: in hoc tamen equitandi ipsi peritia que cuperet assequebat. Denicq; vno die
quondam: feras quadragita subegit. Est autem aprorum altrix illa regio. sed magis ceruis & onagris
frequentatur. ¶ Bellator autem erat qui sustineri non posset. Itaq; multos etiam in exercitatione ter-
rebat. Quibus & torquendo iaculo directissimus: & sagittarum liberator videbatur egregius. ¶ Pre-
ter animi autem corporisq; virtutem. fortuna quoq; secunda vsus est. Raro enim contra votum eius:
belli cessit euentus. Et si quando id accidit. non ipsius culpa: sed aut proditione quorūdam aut teme-
ritate militum factum est.

Herodes sum-
mus venator
vno die. xl. fe-
ras subegit.
Bellator exper-
tissimus. &c.
Bene fortuna-
tus in bello.

¶ Herodes dosīde vxore repudiata Mariannē duxit vxorem vnde domus eius omnino re
pleta est discordia. Nam antipatrū ex dosīde primū filium propter Mariannes filios expulit a ciuita-
te: deinde hircanū mariānes auum propter regni suspitionē peremit. Marianne enim quinq; habens
filios duas feminas & tres mares quorum minor Romę moritur tantum herodem odio prosequebat
q̄tum illam ipse diligebat eidem facinora exprobrabat que scilicet hircano auo fecisset quæq; in fra-
trem Aristobolum cōmisisset. Salome vero hęrodis soror in mariannem indignata eam de adulterio
accusauit vnde turbatus Romā profecturus ipsam Iosippo sororis viro secrete commendabat interfi
ciendū qui secretū mariāne declarauit. Quo cognito & Salome suspitionē cōfirmante herodes vtrū
iussit occidi se hęrodis amor in mortuam magis exarsit Mariānem cuius filij propter matris necem
patrem habuerat suspectum & vxores ducentes scilicet Aristobolus filiam Salome & Alexander fi-
liam regis Capadocum insidias patri parare accusantur vnde in eorum deiectionem reuocato Anti-
patro eorum tristicia est multiplicata Antipaterq; in eos calumnias multas moliebatur Atq; ipso re-
gni successor testamento declaratus matrem a patre fecit reuocari. Quapropter herodes Alexandrū
romam secum ducens ipsos apud Cæsarem de conspiratione patrem accusauit. Qui eloquens patris
accusationibus satisfecit. Verūtamen Cæsar spretis filiorum accusationibus Hęrodem recepit in gra-
tiam & ei quem vellet filiorum pmittit regni successorem relinquere Archelaus autem Alexandri so-
cer reintegrata cōcordia lętus herodem in Eleusa honorifice recœperit.

Herodes) repu
diata dosīde
vxore) Marian
nē duxit vñ do
mus eius reple
ta est discordia
&c.

¶ Capitulum vigesimum primum.

B Iuui.li.
xvi. c.xx
Eg.li.i.
c.xxxvii.
Iuui.li.
xviii.ca.
xi.
Iuui.li.
xv.c.vii

ATvero publicam fœlicitatem mœrores inuidere domestici & aduersi casus ex mu
liexe cœperūt quam maxime diligebat. Nam quia regis meruit potestatem (repu
diata quam priuatus acceperat vxore ex Hierosolimis genus ducente quæ Do-
sis vocabatur) Mariannem coniunxit Alexandri filiam aristoboli filiam vnde do-
mus eius in discordiam venit: & antea quidem maxime vero postq̄ roma regres-
sus est. Nam primum antipatrum ex dosīde filium eorum causa quos ex marian-
ne susceperat expulit ciuitate: solis festis diebus eo commeandi facultate conces-
sa. ¶ Deinde auum coniugis hyrcanum ex parthis ad se reuerium propter insidiarum suspitionē p-
emit: quē captum quidē occupat a syria barzafanes abduxerat miserati vero gentiles liberauerāt qui
vltra eufratē colebant & si monitis eorū paruisset ne ad herodē transisset nō interisset. Verū ei mortis
fuit illecebra neptis matrimoniū hoc em̄ frœtus multoq; amplius patriam desiderans venit. Herodē
autem cōmouit nō q̄ regnum affectaret: sed quod ipsi iure deberetur. ¶ Quinq; autem filiorū quos
C ex Marianne susceperat duę fœminę: ceteri mares erant. Horumq; minimo romę in studijs mortuo-
duos maiores natu & propter matris nobilitatem: & q̄ iam regnanti sibi fuissent geniti regie produce
bat: sed enim fortior amor his mariannes suffragābatur. Qui indies singulos proficiens adeo succen-
debat herodem: vt eorum nichil sentiret propter dilectam que sibi dolerent. Tantum namq; in eum
mariannes erat odium. quantū illam ipsę amabat. Habens igitur ex rebus quidem inimicitiarū pro-
Iuui.li. babiles causas ex amore vero fiduciam palam ei quę hircano auo suo fecisset obijciebat queq; in fra
xv.c.ix. trem Aristobolum egisset. Nec enim vel huic quicq̄ qui puer erat parcebat: quem pontificē in septi-
Iuui.li. modecimo ętatis anno creatū primo honorem statim occidit Atq; ille quidem cum sacra veste ami-
xv.c.ij. ctus ad aram accessisset facto die populus omnis illacrimauit: & tamen noctu missus in hiericonta ibi
sicut mandatū fuerat lacu sūmersus a galathis interijt. Hęc ergo hęrodi mariāne probro dabat soro-
Iuui.li. remq; eius & fratrem maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed ille quidem amore mutus erat gra-
xv.c.ix. Eg.li.i. ui autē indignatione mulier seuiebat & quo maxime cōmoueretur hęrodes ifimilabat eam adulterij
c.xxxviii pręter alia multa verisimilia fingerent: hoc accusans q̄ in ęgyptum ymaginem tuā misisset antonio:
proq; immoderata libidine absentem se properasset ostendere viro mulierum cupidine insani enti &
qui posset vim afferre. Id veluti fulmen aliquod emissum perturbauit herodē maxime quidē amoris
causa emulatione successum: deinde cogitantē etiā cleopatre seuiciam cuius gratia & lisanias rex ma-

Hircanū coniu
gis mariāne a-
uū peremit pro
pter regni suspi
tionem.
Quinq; filij ex
mariāne duę fe
mine & tres ma
res quoz mior
romę moritur
Maxime hęro-
des mariānē di
ligebat qui ab
ipsa non dilige
batur sed ei ex-
probrabat faci-
nora.
Maxia idigna-
tio Salome hę-
rodis sororis cō
tra Mariānem
quę eā hęrodi
de adulterio ac
cusauit. &c.

Turbat herod. Herodes romã pfecturus marí annem iosippo roris viro commẽdat ſterficiẽ dãm qui ei regis ſecreta manifeſtauit.

Zelotypus herodes iubet iosippũ & mariãnẽ occidi.&c.

Mariãnes filij ꝓpter mãris necẽ patrẽ hñtes ſuſpectum vxores duxerũt ariſtobolus ſcilz filiã Salome/ & alexander glaſirã filiã regis capadocũ & patri accuſanſ inſidias parare.

Antipr teſtamẽto regni ſucceſſor declaratus matrẽ ſuã a patre fecit reuocari.&c.

Eloquẽs alexãder.

Cęſar ſpręt is filiorũ accuſationibus herodẽ recepit in grãm & ei quẽ filios vellet ꝓmittit ſucceſſorẽ relinquere.

lichus arabs erant perempti. Non enim cõiugis amiſſione ſed morte ſua periculum metiebatur. Itaq; profecturus Iosippo ſalomes ſororis ſuę viro (quem fidum habebat) & pro affinitate beniuolum commendabat vxorem mandato ei clam vt eam interficeret ſi etiam ſe occidiſſet antonius. Verum iosippus non maligne ſed regis amorem mulieri cupiens demonſtrare. q; ab ea nec mortuus pateretur diuelli: ſecretum ei ſermonem aperit. Et illa reuerſo herode multaq; inter fabulas de affectu iurãte q; nunq; eſſet alterius mulieris amore captus. valde inquit amor erga nos tuis mandatis Iosippo comprobatus eſt quibus vt me occideret ręcepiſti. ¶ His auditis quę occulte credebat amens erat herodes illico nec vnq; Iosippum mandata ſua proditurum fuiſſe ratus niſi eam corripuiſſet: pre dolore inſaniebat. Cumq; ſtratis exiluiſſet: in regia ſpaciabatur. Ibiq; ſalome ſoror eius (arepto tempore criminandi) ſuſpitionem de Iosippo confirmauit. ¶ Vnde herodes inmoderato emuli dolore furens confeſtim vtrumq; fuſſit interfici. Deinde pœnitudo ſequębatur inſaniam: & poſtq; iracundia concidit amor iterum caleſcebat. Tanta vis autem cupidinis erat vt ne mortuam quidem putaret eam: ſed pre ęgritudine tanq; viuam alloqueretur. donec proceſſu temporis funere cognito meroris magnitudine quam ſuperſtitem dilexerat equauit affectum. ¶ Materne autem iracundię ſuccedunt filij & immanitatem ſcelerís reputantes: non aliter ſuſpectum patrem q; ſi hoſtis eſſet habebant. Idq; & antea q; diu rome in ſtudijs erant multomagis poſtq; in iudeam reuerſi ſunt: ſiquidem cum ętatibus eorũ mẽtium quoq; roboratur affectio. Iam vero maturi coniugio vnus amitę ſuę Salomes quę matrem amborum accuſauerat filiam duxit alter Archelai capadocum regis. Vnde etiam accerſit libertas odio & occaſio ex eorum confidentia delatoribus data eſt. Itaq; apertius quidem cum rege loquebant q; ei per vtrumq; filium inſtruerẽtur inſidię: alteri vero hoc eſt Archelai gẽnere ſocero frœtus etiam fugam pararet: ipſum apud cęſarem accuſaturus hærodem. His igitur criminationibus repletus herodes: veluti propugnaculo ſibi futurum aduerſus filios adducit antipatrum ex doſide ſuſceptum: hiſq; illum pręponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationẽ tolerabilem non putarent ac priuata matre editum proficientẽ viderent: indignationem cohibere pro ſua nobilitate non poterãt ſed in ſingulis quibus offenderet iram prodebant. Et illi quidem in dies ſingulos magis magiſq; negligebantur: antipater autẽ ſui cauſa fauorabilis erat. Nam & patri blandiri callide nouerat: & varias in fratres ſuos calumnias cõferebat: quedam ipſe dicitans: amicos vero ſuos ad alia vulganda ſubmittẽs: donec omnino ſpem regni abſcidit fratribus ſuis. In teſtamento enim ipſe quoq; apparere iam ſucceſſor fuerat declaratus. Deniq; tanq; rex etiam ad cęſarem miſſus eſt: cultuq; regio & cęteris obſequijs pręter diadema vtebatur. Tempore autem valuit etiam matrẽ ſuam in cubile Mariannes inducere: duobus armorũ generibus in fratres vſus blandicijs & opinationibus regi obrepſit: vt etiam de filiorum morte cogitaret. ¶ Quapropter Alexandrũ quidem ſecum romam pater abſtractũ veneni ſibi dati reum apud cęſarem poſtulauit. Ille autem vix deplorandi copiam nactus & licet apud imperitiſſimũ iudicem tamen Antipatro & Herode prudentiorem: delicta quidem patris verecunde ſuppreſſit: in ſe vero delata crimina fortiter diluit: periculorũq; ſocio fratre purgato mox de antipatri calliditate & de ſuis iniurijs queſtus eſt cum pręter innocentię cõſtantiam eloquentia iuuaretur. Erat enim acerrimus indicendo. Poſtremo plocutus q; eos pater libenter occideret auxit facinus & lachrimas cũctis quidem excuſſit. ¶ Verum cęſarem ſic affecit: vt eorum accuſationibus ſpretis herodem ſtatim reuocaret in gratiã. Hac autem lege reconſiliatio facta eſt vt adoleſcẽtes quidem in omnibus patri obedirent: ille autem regnum relinqueret cui vellet. Poſtea rex roma reuerſus licet ſoluiſſe criminibus filios videret: nondũ tamen erat ſuſpicationibus liberatus quoniã argumentũ odij ſequebatur antipater & ſi verecundia recõſiliationis palam proferre inimicitias non auderet ¶ Cum autem ciliciam ꝓternauigans eleuſam delatus eſſet ſuſcepit eum benigniſſime Archelaus pro ſalute generi gratiam referẽs & redintegrate concordię cauſa letus quippe nichil moratus amicis rome ſcripſerat vt in cauſa dicenda ſuffragarentur alexandro & vſq; ad Zephirum deduxit talentis triginta donatum.

Antiq. li. xv. c. viii. ix. Eg. li. i. c. xxvii

Anti. li. xv. c. x. Anti. li. xvi. c. i. Eg. li. i. c. xxvii

Anti. li. xvi. c. iii Eg. li. i. c. xxviii

Iustin. lib. xvi. ca. iiii. Eg. li. i. c. xviij.

¶ Hęrodis oratio ad populum & tres filios quos regęs deſignat ſed tamẽ regni honorem ipſis tribuẽs regnum ſibi retinuit gubernãdum. Filios autem ſpecialiter & ſi ad mutuum amorem exhortauerit eis regalia donans veſtimenta ipſos tamen diſſentio non relinquit; ſed aſtutus Antipater odium in fratres celabat ipſis quidem pro nobilitate generis (quicquid animo cõciperent) verbo manifeſtantibus vnde multi fuerunt delatores adoleſcentum dicta in crimina cõuertentes Amicorum q; Antipatri & adoleſcentulorum diuerſa erat conditio. Antipater namq; fratres patri accuſabat ipſiq; omnes cõtra fratres fauebant qui in ſe delata facinora ignorabant. Antipater inſuper contra adoleſcentes Feroram patruum & Salomen amittam concitauit.

¶ Capitulum vigeſimum ſecundum.

Antiq. li. xv. cap. iii Eg. li. i. ca. xxxix

POstea vero q̄ hierosolimā peruenit hērodes. populo conuocato tribusq; filijs prope astā
tibus causam reddit profectiōis. multasq; deo gratias egit: multasq; etiam cęsari qui do
mus suę perturbationē sedasset &(qđ regno maius esset) concordiā filijs pręstitisset quā
ego inquit arcius copulabo alias comptabo. Nam ille quidem me regni dominū & suc
cessorū iudicem constituit: ego autem cum mea cōmoditate illi gratias refero. tresq; fili-
A os meos reges designo: huiusq; sententię meę socium primum deum precor fieri deinde vos. Namq;
huic etas illis nobilitas successionem regni conciliat. Et quidem magnitudo eius etiam pluribus suf-
ficit. Quos aūt cęsar iunxit & pater instituit. obseruate: nō iniustis eos neq; disparibus. sed meritis co
lentes honoribus. Nec enim tanta quis reficiet eum leticia qui pręter ętatem obsequiē quantū ei quē
despiciet doloris infliget. Quos autem similes cōiunctos esse oporteat propinquos atq; amicos ego
distribuā & concordię sponsores illos constituam: pro certo scientes seditionum contentionūq; cau-
sas ex contubernaliū nasci malicia. hosq; si boni fuerint affectiones tueri. Rogo autem vt non solum
isti: sed etiam primates ordinum exercitus mei in me solum spem habeant in pręsentia. Non enim re
gnum: sed regni honorē filijs meis trado. Et iocunditate quidem quasi rectores potientur pōdus au-
tem rerū tametsi nolim meum est. Cōsideret autem quisq; vestrū etatem meam. viteq; institutū nec-
non etiam pietatem. Nam neq; senex adeo sum: vt de me cito desperetur: neq; voluptatibus assuetus
que adolescentiū quoq; vitam spacio breuiore concludunt. Diuinitatem vero ita coluimus: vt in lon-
gum nos euum processuros esse credamus. Quod siquis in cōtemptum meum meis filijs placere ma
luerit: etiam pro illis michi supplicium dabit. Ego enim non q̄ inuideā ex me genitis honorifice eos
haberi veto: sed quia noui hęc adolescentibus studia ferocię nutrimenta suggerere: itaq; sic cogitent
qui ad eos se applicāt bonis quidem apud me paratū esse pręmium: seditiosis vero apud ipsos etiam
quibus lenocinabuntur infructuosam fore malignitatem: omnes profecto mecum hoc est cum filijs
meis sentient: namq; ipsis expedit me regnare. meq; his esse concordem. ¶ Vos autem o boni filij
sacram primum retinentes mente naturam cuius affectiones etiam inter feras bestias salue sunt: deīn
de cęsarem qui nos reduxit in gratiam: meq; tertium qui ea(quę iubere liceat) rogem fratres perma-
nete. Iam nunc autem vobis & vestimēta & obsequia dabo regalia Deumq; oro cōseruare iudicium
meum si cōcordes eritis. Hęc locutus singulos benigne consalutauit populumq; dimisit alia conue-
nientia eius optantes qui vero mutationis erant cupidi nec audisse quidem se quicq̄ simulantes.

B ¶ Fratres autem dissensio non reliquit: sed peiora suspicantes alius de alio digressi sunt. Namq; Ale-
Antiq. li. xvi. c. vi Eg. li. i. ca. xiii. xander & aristobolus egre ferebant confirmatū esse antipatro meritum. antipater autem succēsebat
vel secundo loco fratres haberi. Sed tamen ille provarietate morum & reticere secreta nouerat & quā
to sibi essent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate generis: in lingua erat quicquid in
mentē veniſſet. Et multi quidem his instigādis operam dabant plures autem amicorū sese explorādi
causa insinuabant. Itaq; omne quod dictū esset apud alexandrū statim apud antipatrū erat: & ab an-
tipatro ad hērodem cum adiectione deferebatur nec vel simpliciter aliquid prolocutus adolescēs in-
noxius habebat: sed cuncta eius verba in crimina vertebātur maximaq; numinis affingebātur sicuti
liberior paulo fuisset. Semper autem qui eum irritarent sūmittebat alias submittebat antipater vt mē-
dacia sua veras occasiones haberent multisq; falso vulgatis vnum quid comprobatū fidem oībus fa-
ceret. ¶ Sed huius quidem amicorū quisq; aut natura taciturnus erat. aut muneribus parabatur. ne
quid occultum expromeret nec errasset aliquis si anpatri vitam malicię dixisset archanum. alexandri
C vero familiares aut pœcunia corruptos aut impulsos blandicijs quibus expugnauit omnia prodito-
res aut fures eorum que contra se dicerentur. siue agerentur effecerat. Cum autem caute vniuersa cō
mitteret: astutis etiam crimiationibus aditus ad hērodem moliebatur fratrisq; personam gerens alijs
delatoribus subornatis siquid in elexandrum nunciassent fauore simulato id quod primo reprehen-
disset mox ociose astruēdo regis iracundiam prouocabat: omniaq; ad insidias referebat: & vt necem
patris alexander videretur optare. Nichil enim maiorem fidem calūnijs suggerebat: q̄ si eum purga-
ret antipater. His accensus hērodes quantum indies singulos de affectu adolescentium detrahebat.
tantū adijciebat antipatro. ¶ In eādem vero partem inclinati sunt etiam qui regno parebant. Hij vo-
lentes alij pro imperio sicut ptholomeus amicorū carissimus regisq; fratres ac tota progenies: omnia
namq; in antipatro sita erant. Et q̄ alexandro fuit acerbissimum: cuncta in eorum pernicīem matris
antipatri consilio gerebantur. Nouerca enim seuior erat multoq; plus q̄ prouignos oderat: quos regi-
na mater ediderat. Sed quamq̄ omnes vt antipatro magis obsequerentur spes inducebāt: non minus
tamen precepta regis quemq̄ ab adolescentibus separabant. qui carissimis edixerat ne quis ad aristo
bolum vel eius fratrem accederet aut se ad eos applicaret. Non solum autem regalibus erat formidi-
ni verumetiam externis. Nulli enim regum tantum potestatis cęsar dederat: vt fugitiuos suos quāuis

Oro Hęrodis ad populū & filios

Herodes tres filios reges designat.

Herodes filijs regni honorē tradēs regnum sibi retinuit gubernādum.

Honor iuuenibus crudelitatis nutrimenta suggerūt. &c.

Oratio herodis specialiter ad filios

Dissentio nō reliquit fratres

Astutus antipater celabat odium sed aristobolus & alexāder p nobilitate gnis quicqd in mente habebat in lingua erat vñ multi delatores & pditores erant oia adolescentū dicta in crimina cōuertentes.

Antipr cautē fratres regi accusabat. &c.

Oēs fanebant antipatro contra adolescētes & cūcta in eorū pniciē mīis anti patri consilio gerebant.

Adolescẽtes in se delata facinora ignorabant. Antipr ferorã patruũ & Salomẽ amittã contra adolescẽtes cõmouit.

ex ciuitatibus non subiectis ei liceret educere. ¶ Adolescentes autem delata in se facinorã nesciebãt hisq; propterea capiebantur incautius. Nullus enim palam incusabatur a patre sed affectu refrigescẽte paulatim intelligentes aduersus dolorem asperius excitabantur. ¶ Eodem autem modo etiam feroram patruum & Salomẽ amitam contra illos commouit Antipater assidue: veluti cum vxore sermocinando quibus in eos instigaretur. D

¶ Glaphire insolentia (quę omnibus propter generis nobilitatem pręponens omnes herodis vxores & sororem despiciebat) cõspirationem concitauit in Alexandrum qui propter vxoris Glaphirę superbiam & contumelias omnibus inuisus erat. Aristobolus quoq; Salomen inimicam sibi reddidit (licet socrus eius erat) vxori suę frequenter generis humilitatem obijciens vnde ipsa iracũdiam cohibere non volens herodem contra adolescentes prouocat ad odium qui se ad eos euocans rogauit eos vt fratres diligerent promissa peccatorum venia Illi vero criminationum excusationem patri dederunt eumq; placauerunt sed Salomen & pheroram sibi infensos cognoscentes timuerunt Feroras enim totius regni prẽter dyadema socius erat. ancillę tamẽ captus amore regale renuit matrimoniũ cui data est venia Ipseq; sororem Salomen q̃ cum filleo regis arabum procuratore nubere voluisset, accusauit. Tota tamen tempestas contra Alexãdrum versa est eunuchi quoq; ab alexandro corrupti vi tormentorum, Alexandrum accusarunt. Herodes autem maxime perterritus vbiq; exploratores cõmittit maximaq; fit eius propinquis tribulatio qui seipsos prẽuenientes accusabant. Crudelissimusq; herodes fuit etiam circa amicos. Alexander autem in vinculis captiuatur multis eius amicis trucidatis alijsq; eum & fratrem q̃ veneno parassent contra patrem accusantibus.

¶ Capitulum vigesimumtertium.

Glaphirę isolẽtia quę omnibus propter nobilitatẽ prẽponẽs omnes herodis vxores & sororẽ despiciebat. vñ ꝓpter eius superbiã oibus alexander erat inuisus.

QVius autem inimicitijs conspirabat alexandri quoq; vxor Glaphira, multa de sua nobilitate commemorãs. cunctorũq; se qui in regno viuerent dominam esse dictitans. Paternum enim genus a themeno maternum autem a dario hydaspi filio ducere: multumq; despiciens ignobilitatẽ sororis & vxorum herodis: quarum queq; propter formam nõ propter nobilitatem esset electa. Nam multas ei fuisse vxores diximus quod licet & iudeis more patrio plures habere quodq; rex pluribus oblectaretur. Omnibus igitur propter superbiam & contumelias Glaphirę inuisus erat alexander. ¶ Salomen autem Aristobolus & si socrus eius erat ipse inimicam sibi reddidit: & ante quidem ꝓpter maledicta Glaphirę seuiẽtem. Frequenter enim humilitatẽ generis obijciebat vxori: q; ipse plebeiam: reginã; vero frater suus duxisset Alexander. Hoc salomes filia cum fletu matri nunciauit. Addebat autem q̃ aliorum quoq; fratrum matres idem Alexander & Aristobolus si regnum obtinuissent textrices cum ancillis facere minitarentur: ipsos quoq; vicorum scribas. scilicet irridentes q̃ litterarũ studijs operam darent. ¶ His commota salome q̃ iracũdiam cohibere non posset herodi cuncta indicauit. Satis autem videbatur idonea contra generũ dicens & prẽter hęc alia quedã crimiatio diuulgata est: quę succendit animũ regis. Audiuit eñ alexandrũ & aristobolũ crebro matrem implorare: casumq; eius cum gemitu atq; imprecationibus conqueri: ac sæpe illum quẽdam ex mariannes vestimentis posterioribus diuidentem coniugibus minitari solutos esse q̃ cito pro regalibus delicijs eas nigris vestibus induerent. ¶ His de causis herodes licet constantem animum adolescentium formidaret: tamen ne spem correptionis abscideret ad se eos vocauit. Romam enim nauigaturus erat. & quasi rex pauca interminatus, pluribus quasi pater mouuit: rogauitq; vt fratres diligerent promissa priorum peccatorum veniam si post hec meliores fierent. Illi autem crimiationũ inuidiam deprecando fictas eas esse dicebant: purgationisq; suę fidem rebus ipsis posse constare. Verum quoq; ipsum debere omissa facilitate credendi: aditum maledictis obstruere. Nunq̃ enim calumniatores defore: dum cui persuadeatur extabit. ¶ Cum his eum mature placauissent quippe vt patrẽ prẽsenti metu relecto. de post futuris merere ceperunt. Etenim cognouerunt salomen sibi esse infensam & patruum feroram. Vterq; autem seui & graues erant sed amplius feroras qui totius quidem regni prẽter diadema socius esset. proprios autem redditus haberet centum talentorum totiusq; transiordanem terrę fructus caperet ipse a fratre dono sibi dato quinetiã tetrarcham eum fieri beneficio cęsaris idẽ herodes ipetrauerat: regaliq; cõiugio dignatus erat sorore vxoris suę nuptũ ei collocata & post illius mortem desponderat ei filiarum suarum maximam trecentis talentis indotem datis: sed regale matrimoniũ feroras ancillę amore captus refugerat. quãobrem iratus herodes filiam quidẽ nuptam dedit fratris filio: qui post a parthis occisus est. Mox autem morbo ferorę venia data indignationem remisit. De hoc autem vetus erat opinio: q̃ etiam viua regina herodem opprimere voluisset veneno Sed tunc pluribus delatoribus aditus erat vt q̃is amantimus frater esset herodis fide tamen eorum quę audisset adduceretur ad metum. Itaq; de multis qui suspecti erant habita questione: postremo ad ferorę amicos venit. Quorũ nulla quidem fuit de maleficijs aperta cõfessio: sed q̃ amico-

Eg. li. i cap. xi.

E

Iuris. lib. xvi. cap. vi

Eg. li. i. cap. xi

F

Adolescẽtes cognoscẽtes Salomẽ & ferorã sibi infensos timuerunt.

Auctoritas ferorę tetrarchę. &c.

Feroras ancillę captus amore regale renuit mrimoniũ cui data est venia.

A Iosti.li. xv.ca.x. Iosti.li. xvi.c.vij Ege. li. i.ca.xi.

suſpecto in parthos cogitaſſet effugere prodiderunt. ¶ Huius autem conſilij & fuge conſcium eſſe. Cu ſtobarum ſalomes maritum. cui rex eum tradiderat: poſtq̃ ſuperior adulterij eſt cauſa peremptus. ſed nec ſalome criminatione libera manſerat. Nam & hanc frater feroras accuſabat q̃ cum ſylleo procu ratore regis arabum obedire de nuptijs conſtituiſſet: quem inimiciſſimum herodes habebat. Conui cta autem & in hoc & in omnibus quę feroras detulerat: indulgẽtiam meruit. Id atq; ipſum etiam rex feroram criminibus ſoluit. Domus vero tempeſtas in alexandrum tranſijt: totaq; capiti eius incubuit. ¶ Tres erant eunuchi regis cariſſimi: & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni enim vinũ mi niſtrare cura fuit: alteri cenam apponere: tertius autem dormitum eum collocabat: & cum ipſo cuba bat. Hos muneribus maximis alexander cupiditati ſuę ſubiecerat. Itaq; poſtq̃ hęc regi ſunt indicata vi tormentorum coacti & ſtuprum ſtatim confeſſi ſunt & quibus eſſent ad hoc promiſſum inducti ape ruerunt: quomodo eos fefelliſſet alexander. nullam in herode ſpẽ habendam eſſe commemorans im probo ſcene: & qui capillos inficeret niſi ob hoc ſolum vt eum etiam adoleſcentem putarent. Verũ ſe colꝰ oportere qui etiam inuito eo futurus eſſet regni ſucceſſor: neq; multo poſt ab inimicis pœnas repe teret: fortunatoſq; amicos ſuos beatoſq; faceret: ac pręceteris ipſos. Quin & obſequia potẽtium alexã dro clam parare militũq; rectores itemq; ordinum principes occulte ad eũ cõuenire dixerunt. ¶ Hęc herodes adeo pertimuit vt nõ auderet ſtatim delata ꝓferre ſed exploratores die noctuq; ſummittens dicta factaq; ſingula ſcrutabatur: & de quibus ſuſpitio fuiſſet trucidabat. Itaq; regnuꝫ eius acerbiſſima iniquitate repletum eſt. Namq; pro ſuo quiſq; odio vel inimicitijs calumnias fingere. multiſq; regis ira cundia cedis cupida contra aduerſarios abutebantur: & mendacio quidẽ confeſtim fides habebatur. Erant autem criminationibus ipſis velociora ſupplicia. Deniq; accuſabatur qui modo accuſauerat: & cum eo qui ante ſe conuictus eſſet ducebatur ad penam. De vita namq; periculum regis quęſtiones Iosti.li. xvi.c.vi. breuiore cõpendio terminabat. ¶ Ad hoc autem ſeuitia proceſſerat: vt nec eorum quenq̃ humanitus Ege. li. aſpiceret qui accuſati non eſſent. verum amicis etiam inimiciſſimũ ſe pręberet. Itaq; multis etiã regno i.ca.xiij. interdixit. & in quos poteſtatem non habebat in eos dictis aſperis ſeuiebat. Acceſſit malis antipater: collectaq; propinquorum caterua nullum criminationis genus omiſit. Tantus autem ineptia ſua regẽ conuentis delatorum timor inuaſit vt ſtricto inſtare ſibi gladio videret alexandrum. ¶ Deniq; ſubito & ipſum correptũ in vincula coniecit: & in amicorũ eius tormenta perrexit. Multi autem tacite morie B bantur. nulla voce ſupra conſcientiam prodita. Alij vero quibus mendacium impacientia doloris ex torſit de patris eũ inſidijs cũ fratre ariſtobolo cogitaſſe dixerunt: tempuſq; obſeruare vt illo dũ vena retur occiſo romã profugerẽt. His tamẽ & ſi veriſſimilia nõ erãt: ſed neceſſitate cruciatus ex tẽpore fin gebãtur: libenti tamẽ aio rex credebat pro cõſolatione accipiẽs vinctꝰ filij ne id feciſſe videreꝫ infuſte.

¶ Alexander patris ſuſpitionem nullo modo aboleri poſſe arbitratus: fatetur inſidias & quattuor libris plurimos ſocios ſe habere pręſcripſit ante omnia Feroram & Salomen Archelaus autem gene ro & filię timens venit in iudeam quibus prudentiſſime ſuccurrit & verbis fefellit. Herodem qui ei li bros Alexandri dedit legendos vnde nactus conſilij ſui occaſionem in feroram contulit & herodem paulatim pacificauit. Herodes itaq; remiſſa in Alexandro ira excitatur in Feroram qui archelai con ſilio omnia fatetur ſibi impoſita atraq; veſte cum lachrimis ad pedes prouolutus veniam poſtulans eius medio promeruit. Archelaus autem herode placato Feroræ iratus Alexandro tamdiu manſit fi liamq; ab eo diſtractam ſecum adducturum firmabat donec hærodem pro adoleſcentulo compulit depręcari. Redintegrata concordia Archelaum abeuntem Hærodes & vnum quemq; amicorum eius pro merito muneribus donauit.

Capitulum vigeſimumquartum.

C Iosti.li. xvi.ca. xvij. Ege. li. i.c.xiij.

UErum alexander quoniam ſuſpitionẽ patris nullomodo aboleri poſſe arbitrabatur. Vltro malis aſſentiendum putauit: ac diligenter aduerſus inimicos quatuor libris fatetur inſidi as eorumq; ſe plurimos ſocios habere pręſcripſit: ante oia autem & feroram & ſalomẽ. Hãc enim etiam ſtupro ſibi quondam eſſe mixtam: cum vim noctu adhibuiſſet inuito. ¶ Iamq; libri in ma nibus Herodis erant multa de optimatibus clamantes grauia: cum mature in iudeam archelaus venit metuens genero ſimul ac filię. Quibus etiam prouidentiſſimo conſilio ſuccurrit. regiſq; minas arte diſ ſoluit. Mox enim cũ eo congreſſus: vbi nam eſt clamat exitiabilis gener meus. Aut vbi parricidale ca put aſpiciam quod meis mar ibus ipſe lacerabo: addamq; filiã meã bono marito nouo. Nam etſi cõſi liſ particeps nõ eſt: quia tñ eiuſmodi viri cõiunx fuit inquinata. Miror autẽ etiã pacientiã tuã cuius pe riculũ agitur: q̃ adhuc viuit alexãder. Ego nãq; ita ex capadocia properãs veniebã vt qui illum repe rirẽ olim dediſſe ſupplicium. & de filia quęſtionũ tecũ habere: quam vitę atq; dignitatis cõtempla tione illi deſponderam. At nũc de vtroq; nobis cõſulendũ eſt. licet nimium pater ſis: & puniendũ inſi diatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras: & alter alterius iracundię vicarie ſuccedamus. ¶ Talibus increpans q̃uis pertinacẽ fallit herodem. Itaq; ille quos Alexander perſcripſerat libros le.

Ferora ſororẽ q̃ cũ ſilleo procura tore regis arabũ nubere voluiſſet accuſauit.

Tota domus tẽ peſtas contra a lexandrum.

Eunuchi ab ale xandro corrupti vi tormentorum coacti oĩa con feſſi ſunt alexan drum accuſãtes.

Herodes maxie perterritus vbiq; exploratos com mittit & maxima fit eius ꝓpiquis tribulatio qui ſe ipſos pręueniẽ tes accuſabant.

Alexander i vin cula captiuatur multis eius ami cis trucidatis a liiſq; eum cũ fra tre in patrem in ſidias cogitaſſe accuſantibus.

Alexander pſis ſuſpitionẽ nullo mõ aboleri poſ ſe arbitratus qua tuor libris fatet iſidias. multoſq; dixit ſe habere ſocios ſc; ferorã Salomen. &c.

Hærodes libros Alexãdri Archelao dedit legendos qui in eos q inscripti erãt & i Feroram cõtulit & hęrodem paulati pacificauit.

Hærodes remissa ira in alexandro excitatur in ferorã q Archelaũ orat vt fris faciat recõciliationẽ & oia fatetur sibi iposita. &c.

Feroras atra veste cũ lachrymis veniã postulans & se scœleratum cõcessus medio archelai promeruit.

Archelaus herode placato ferorę iratus alexandro tãdiu manebat filiãq; ab eo distractã secum adducturum firmabat donec herodẽ vltro p adolescẽtulo compulit depręcari. &c

Reditegrata cõcordia Archelai medio ipsu; ab eũtem hærodes & vnumquẽq; amicorũ eius muneribus donauit pro merito. &c.

Etirides lacõ p ditiosissimus adulator reconciliationẽ perturbauit Alexãdri. &c.

gendos ei prębet: singulis capitulis insistens cum eo deliberabat. Vnde occasionem sui consilij nactus Archelaus: paulatim causas in eos qui scriptis tenebantur & in feroram contulit. Cum autem credere sibi regem videret considerandum est inquit ne forte adolescentulis tot nequissimorum insidijs circũ ueniatur non tñ ab adolescẽtulo. Nec enim apparere causam cur in tantũ rueret scœlus qui & nunc regno potiretur: & successionem regni speraret. nisi aliquos haberet huius persuasionis auctores: qui ad deteriorẽ partẽ lubricũ etatis impellerẽt. Ab eiusmodi nãq; hoibus non solũ adolescentulos falli: verũ etiã senes domosq; clarissimas totaq; regna solere subuerti. ¶ Cõsentiebat dictis herodes: irãq; paulatim remittebat in alexandro: & feroram excitabatur. Namq; hoc erat librorum quatuor argumentum Qui vbi propẽsiorem esse regis animum sensit: & in omnibus apud eum amicitiam archelai pręuale re: q̃ honeste non posset ex imprudentia alias impudẽtia salutẽ quęsiuit: relictoq; alexandro cõfugit ad archelaũ. Et ille. Non inquit videt quo se pacto extimat tot criminibus inuolutum quibus manifeste conuinceretur regem insidijs voluisse decipere. omniumq; malorum pręsentium adolescẽti causa fuisse: nisi malis omissis artibus callidis & negãdi pertinacia quibus insimularetur oia cõfiteri & a fratre pręsertim cui dilectus esset veniam petere. Namq; ad hoc ei se quoq; modis oibus opem laturum ¶ Paruit archelao feroras atraq; veste cũ lachrymis vt q̃ miserabilis appareret. instructus ad pedes herodis accessit: sicq; meruit veniam postulans: & se quidem scœleratũ esse fatebatur. Namq; omnia quę sibi obijcerentur fecisse. horum autem causam esse diminutionem mentis atq; insaniam: ex mulieris amore conceptam. Itaq; postq̃ stetit feroras suimet ipse accusator ac testis: tũc eum iam archelaus excusando herodis iracundiam mitigabat propriis vsus exẽplis. Etenim se quoq; a fratre multo grauiora perpessum naturale eius ducebat ante posuisse vindictę: quippe in regnis velut in magnis corporibus semper aliquam partem pondere ipso tumescere quam recidi quidem non oporteret: leuius vero curari Multa in hunc modum locutus archelaus herodem quidem ferorę placatum reddidit. Ipse autem alexandro tamdiu manebat iratus filiamq; ab eo distractam secum adducturum esse firmabat donec herodem compulit vltro pro adolescentulo depręcari vt iterum ei filiam desponderet. Satis autem cum grauitate archelaus cui vellet eam pręter alexandrum collocari promisit maxime eñ impendere quę iura inter se affinitatis inuiolata permaneãt. Rege autem filium sibi ab eo donatum infirmante nisi matrimonium dirimisset. q; & liberos iam haberent vxor quoq; ab adolescente dilig eretur quę si remaneret peccatorum fieret obliuio si vero discederet causa de omnibus desperandi moliorem namq; fieri audaciam si domesticis affectionibus distraheretur. vix tandem cessit: vnaq; & ipse rediit cum adolescente in gratiam & patrem eius reduxit. Proculdubio tamen eum romam mitti debere ait cum cęsare collocuturum. de omnibus enim sese ad eum litteras fecisse. Consilium quidẽm archelai quo generum suum periculo liberauit peractum erat: & redintegra concordia in epulis & humanitate conuictus familiariter versabantur. Abeuntem autem muneribus talentorum septuaginta solio quoq; aureo gemmis ornato & eunuchis & concubina donat herodes quę panichis vocabatur: itemq; amicorum eius quemq; pro merito. Quin & cognati regi omnes iussu eius archelao dona clarissima dederunt: eumq; tam ipse q̃ optimates anthiochiam vsq; prosecuti sunt.

¶ Eurides lacon proditiosissimus adulator reconciliationem perturbauit Alexãdri. regemq; adulatione falsisq; laudibus & sermonis calliditate circumuenit qui apud eum Antipatri laudator pecunia corruptus erat & Alexandri qui incaute de patre conquerebatur proditiosissimus fuit accusator. Alios quoq; antipater contra fratres subornauit accusatores. Epistolam insuper fictam ad custodem castelli Alexandrij nomine Alexandri direct.m produxit. vnde herodes torto castelli præposito filios q̃uis nullum contra eos validum proferretur documentum asseruari pręcepit: & Euridem totius sceleris fabricatorem quinquaginta talentis donauit qui ad Archelaum capadocię regem vadens & mentiens Alexandro reconciliasse herodem ab eo munera accepit: sed tandem propter facinora a cęsarea fugatur Herodes autem paratissimus ad audienda maledicta.

Capitulum vigesimum quintum.

DOn multo post quidã in iudeã venit Archelai consilijs multo potentior. qui non solũ recõciliationẽ gratię alexãdro quęsitam fecit irritam: verũ etiam causa fuit vt periret. Lacõ erat genere nomine eurides: ad regni desideriũ pecuniæ amore corruptus. Iam enim luxũ regia tolerare non poterat. Is ãplissimis donis herodi oblatis velut eorũ quę aucuparetur illecebra cũ sitim multiplicata recepisset: immaculatã liberalitatẽ nihil esse ducebat nisi regnũ sanguine cõparasset. Itaq; regẽ adulatione falsisq; de ipso laudibus & sermonis calliditate circũuenit. matureq; prospecto eius ingenio dictis simul & factis quę illi placerẽt: iter primos amicos eius habebat. Nã & rex & omnes eius comites libẽter ciuẽ sparche prię causa pręcipuo dignũ honore ducebãt. Ille aũt postq̃ fragilitatem domus animaduertit. fratrumq; inimicitias & quemadmodum pater in singulos esset anima-

Anti. li. xvi. ca. x pit. viij. Ege. li. i. c. xiij.

Anti. li. xvi. ca. x Ege. li. i. c. xiiij.

A tus:antipater quidem hospitio prẽuentus erat:simulata vero amicitia fallebat alexandrum: olim se archelai socium esse mentitus. Quo etiam citius quasi probatus obrepsit:moxq; ab eo fratri quoq; aristobolo commendatus est. Peremptatis autem personis omnibus, alium alio modo subibat. Ac primum sit antipatri mercennarius & alexandri proditor illum exprobrando castigans q; cum fratrum sit maximus spei fuę negligit insidiatores:alexandrum vero q; regina creatus: & reginæ vir coniugis filium priuatę mulieris pateretur regno succedere:prẽsertim cum habeat magnam occasionem archelaum. Quę quidem adolescenti vera fide suadere videbatur: q; amicitiã simulasset archelai:vnde nec alexander quicq̃ metuens & de antipatro quę se mouerent apud eum quęrebatur:& quod nichil mirum faceret herodes si cum matrem eorum interemerit ipsis quoq; regnum eius auferret. Quorũ eurides causa & miserari eos.& pariter dolere simulans:etiam aristobolum ad eadem dicenda pellexit: atq; ita quęrelis in patrem vtroq; deuicto referens ad antipatrum secretum discedit:affecto insidiarũ quoq; mendacio quas ei fratres parasse firmabat ac pene iam strictis in eum gladijs irruere. Ob hæc autem multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat apud patrẽ:& ad extremum necis alexandri & aristoboli redempta opera ipse accusatoris partibus fungitur. Cumq; audisset herodes:vitã ei se rependere pro beneficijs delatis:& hicem referre dixit hospitio. Namq; olim alexandrum exacuisse in eum gladium & confirmasse dexteram:verum sceleri tantum fuisse impedimẽto q; societatem facinoris assimulasset. Alexandrum enim dicere non bene secum hærodem actum putare q; regnum obtinuisset alienum & post matris eorum necem principatum eius dilacerasset:nisi etiam degenerem coaptaret hęredem:auctumq; ipsorum regnum antipatro spurio propinaret. Proinde semet hyrcani manes & mariannes vltum ire. Nec enim decere successionem regni ab eiusmodi patre sine cede suscipere. Multis enim rebus ad hoc excitari quotidie:quia nichil sibi omnino loqui sine calumnia liceret. Nam si de nobilitate aliorum fiat mentio sine ratione se contumelijs affici patre dicente solus generosus alexander & cui pater sit pro ignobilitate dedecori. Inuentionibus quoq; offendere soliq; antipatro indulgentem. Ob quę velle mori non recusare:nisi ex voto insidię successissent. Sin eum occidisset:primum salutis occasionem fore archelaum socerum suum ad quem posset effugere deinde cęsarem qui nunc vsq; ignoraret mores herodis. Nec enim sic ei affaturum vt antea patris prudentiam formidando. nec de suis tantum criminibus locuturum sed primum totius gẽtis erumnas:& q; ad necem vsq; tributas opprimeret vulgaturum. Deinde in quibus delitijs quibusq; actibus parte sanguine pecunię consumptę sunt:& qui vel quales ex illis fuerint locupletati: quę causa ciuitatis plagate: ibi autem quęsiturum & aui & matris necem omniaq; regis scelera retecturum: quibus cognitis nemo se iudicauerit patricidam. ¶ His eurides in Alexandrum falso delatis antipatri laudes persequebatur: sil lum solum qui patrem diligeret esse confirmans: quicq; adhuc insidias retardasset. Rex autem nondũ prẽterite suspitionis dolore compresso: intollerabilis iracundię feritate turbatur. ¶ Iterumq; hoc tempus nactus antipater. alios accusatores fratribus subornauit qui eos dicerent cum iocũdo & tyranno etiam collo qui solitos esse equitum regis olim principibus tunc vero propter quasdam offensiones ordinibus motos. Hac demq; indignatione succensus: confestim eos tormentis herodes subdidit. Illi autem nichil eorum se quę crimini darentur scire confessi sunt. ¶ Sed oblata est quędam velut ad propositum castelli Alexandrij ab alexandro scripta epistola depręcante vt cum Aristobolo fratre se in castellum reciperet si patrem inter fecissent tanq; inimis q; alijs eos subsidijs vti permitteret. Hanc alexander Diofanti commentum esse dicebat. qui regis erat notarius homo audacissimus & cuiuslibet manus litteras imitari percallidus. Itaq; multis sępe falso conscriptis ab hoc postremo occisus est. tor to autem castelli prępositio nec in eius iudicio quicq̃ herodes eorum quę delata erant verum esse cognouit. Sed quis nullum documentum validum proferretur: filios tamen interim absolutos asseruari prẽcepit. Eundem vero dominus suę pestem ac totius sceleris fabricatorem bene de se meritum dato reino q; salutis appellaris talenti quinquaginta donauit. Ille autem priusq̃ certa fama nũciaretur ad archelaum properat. aususq; dicere quod herodem reconciliasset Alexandro ab illo quoq; pecunias capit. deinde in achaiam transgressus ad similia facinora male quęsitis abusus est. Postremo apud Cęsaream accusatus q; dissentionibus repleuisset achaiã & ciuitates spoliaret: inde fugatur. ¶ Atq; hoc C enim modo alexandri & aristoboli pene persecutę sunt. ¶ Hoc loco dignum est Chouin eunuchum huic parti adiũgere. Namq; is cum amicissimus esset alexandro eodemq; tempore quo eurides eidem erat aduersatus pręcitato regi super his quę ille insimularet tirannus nihil se ab adolescentibus audisse firmauit nec tamẽ id quicq̃ miseris profuit apud herodem: solis maledictis auris patentissimas inuenientem eumq; sibi gratissimum esse iudicantem: qui secum eadem crederet: iisdemq; moueretur. ¶ Salome socrus Aristoboli & amitta qui eam vt suę saluti consuleret precabatur, eius monitu regi prodidit rex itaq; filios vinxit & separatos pręcepit asseruari & Voluminium atq; Olympum

Maxima Eurídis proditio.

Corruptus pecunia Eurides antipatri laudator apud patrẽ. &c.

Alexandri icauta quęrela.

Antipater alios cõtra fres subornauit accusatores.

Epistola fẽtã ab alexãdro scripta ad custodẽ Alexandrij castelli.

Dyophantus falsarius notarius.

Herodes filios i carcerari iubet & Eundem totius sceleris fabricatorẽ quinquagita donauit talẽtis q ad archelaũ vadẽs & mẽtiẽs Alexãdro recõciliasse herodem ab eo mũera accepit sed tãdem ppter facinora a eęsarea fugat.

descripta ferentes iudicia mittit ad Cesarem qui herodi rescribens potestatem (congregato cor cilio) dedit ei filios punire. Paret ergo scriptis Hærodes & Beriti conuocato concilio presederunt. Saturninus & pedanij legati & alij Syrię optimates preter Archelaum regem qui regi erat suspectus. Herodes vero filios quos prouido satis concilio ne assistentes ad misericordiam impellerent in iudiciū non produxit sed eos absentes quasi presentes accusat obiciendo insidias. Saturninus condemnandos adolescentes sed non mortem pronunciauit quem duo legati & nonnulli alij secuti sunt. Volumnius vero primus cunctiq; post eum herodis fautores necandos esse adolescentes iudicauit. Interea vero tyro verus miles veritatem libere locutus est clamitans conculcatam esse iusticiam & veritatem periisse. Quem rex cum filio capi iussit a triphone tonsore falso accusatum. Ipseq; in tortura & militum principes cum tonsore lapidum ictibus interimuntur & filios in sebaste missos iubet effocari & in alexandrio cum Alexandro materno auo sepeliri. Capitulum vigesimumsextum.

D

Salome socrus & amita Aristoboli regi eius monita p̄dit q vtrū q; filiū vixit & se paratos p̄cepit asseruari & volūmiū & Olympū descripta ferentes iudicia mittit ad Cesarem.

INcitabat preterea salome crudelitatē eius in filios. Namq; hāc aristobolus quo se periculis inuolueret. quā & socrū habebat & amitā monitam miserat: vt saluti suę consuleret: quasi rex eā decreuisset occidere iterū in simulatam quorū ante fuerat accusata: q; Sylleo Arabi nubere cupiēs quem sciret eius inimicū occulta illi secreta regis nuncia ret: & hoc fuit extremū quo tanq̄ tēpestate oppressi adolescentes non secus q̄ a turbine perfundati sunt. Salome em̄ protinus contēdit ad regē eq; monita Aristoboli prodit. Atq; ille viterius durare non passus vtrūq; filiū vinxit. & seperatos asseruari precepit. Deinde volumniū militię magistrū & ex amicis suis Olympū descripta ferentes iudicia proficisci iussit ad cesarē Qui postq̄ nauī Romam delati regis litteras reddiderunt vehementer quidem in adolescentes cesar exarsit verum eius potestatem in filios a patre auferendam non dixit. Deniq; rescribit ei vt ipse sui dominus esset arbitrij: melius tamen facturum dicens si in cōmuni consessu propinquorum suorū prouinciēq; rectorum de insidijs quereret. eosq; si delato crimine reperiret astrictos occideret: si vero fugam tātum esse meditatos mediocri supplicio contentus esset. ¶ Paret scriptis herodes Cumq; beritum quo cesar iusserat peruenisset iudicium cogit. Presederunt autem rectores quibus a Cesare scriptum fuerat. Saturninus & pedanij legati & cū his volumnius procurator: itemq; propinqui regis & amici necnō & Salome & feroras & post hos optimates syrię preter archelaum regē. Namq; hūc herodes q; alexandri socęr esset suspectum habebat. ¶ Sed filios quidem satis prouido consilio in iudicium non produxit. Sciebat enim q; si tantum nisi fuissent: omnimodo ad misericordiam cunctos impelleret. Si vero etiam dicendi copiam nacti essent: facillime alexander obiecta dilueret. Igitur quidem illi custodiebantur in platene vico sydomorum. ¶ Exorsus autem rex veluti cum presentibus ageret commouebatur. Et insidias quidem timide obiciebat: nam probationibus deficiebat: maledicta vero & probra & iniurias & peccata plurima in se admissa prosequebatur: eaq; morte grauiora esse confessoribus demonstrabat. Postremo cum nemo contradiceret: semetipsum argui miserabiliter questus acerbamq; victoriam vincere: singulorum sententiā rogabat i filios. ¶ Et primus saturninus condemnandos esse adolescentes sed non mortem pronunciauit. Nec enim fas esse cum tres ipse aſiā tes habeat filios mortē alienis decernere. ¶ Idem etiam duobus legatis visum est: eosq; alij nonnulli secuti sunt. ¶ Tristem vero sententiam primus volumnius dixit: cunctiq; post eū herodis emulatione vel odioneq; indignatione quisq̄ necandos esse adolescentes iudicabat. Tunc autem vniuersa syria & iudea suspensa quidem operiebatur huius tragodię finem: sed nemo estimabat herodis crudelitatem vsq; ad patricidiū processuram. Ille tamen filios tyrum traxit atq; modo nam cęsaream deuectos quo mortis genere perimeret cogitabat. ¶ Interea vetus quidē regis miles tyro nomine qui & filium habebat alexādro consuetum atq; amicum. & ipse adolescentulos diligebat. pręnimia indignatione meotis in postremo circumiens clamitabat conculcatā esse iusticiam: veritatem periisse: nouissimo esse consulatum: vitaq; hominū iniquitatis esse plenam & omnia quę dolos contemperat vitę dictabat. Deinde ipsum etiam regem ausus adire: michi vero inquit omniū esse videris infelicissimus quicquid carissimos nequissimis credas. Siquidem Feroras & Salome fidem apud te aduersus filios tuos habens quos sępe mortis supplicio dignos esse iudicasti. neq; aduertis hoc nec agere vt iustis successoribus destitutus cum solo maneas antipatro capi facilem regem optantes. Veruntamen cogita ne illo quoq; militibus adorsus sit. propter eadem omnium fratrum. Nullus est enim qui non adolescentium misereatur. Principum autem plurimi etiam palam grauiter ferunt. Hæc dicens simul nos quibus nos indignam videtur nominabat. ¶ Rex autem statim & illos & ipsum cum filio comprehendi iubet. Ibiq; cū alius quidam regalis tonsor nomine tripho nescio qua exagitatus ipsania semetipsum indicans prosilijt. Ac michi quoq; tyro inquit iste persuasit: vt occasione tondendi nouacula me occiderem: magnaq; michi Alexandrum daturum munera pollicebatur. His auditis Hærodes & Tyro

Iosephi li. xvi. cap. xii.

Egesi. li. i. ca. xli.

Iosephi li. xvi. c. xii

E

Congregati concilij contra adolescentes præsidentes & eorum sententia.

Filios Hærodes noluit producere in iudicio ne ipsi liberarentur sed eos absentes accusat.

Saturnini sentētia contra adolescentes.

Tristis sententia Volumnij.

Iosephi li. xvi. c. xii

Egesi. li. i. ca. xli.

Tyro veritatē libere locutus nota eius verba.

Tyronis ad herodem verba.

F

Herodes tironē cū filio capi iussit quē falso iri pho tonsor accusauit quiq; pomūtur in tortura

A nem eiuſq; filium & tonſorem ſubdidit queſtioni. Tumq; illi pernegarent: tonſor autem amplius nichil diceret: tyronem vehementius torqueri iuſſit. ¶ Cumq; filius eius patris miſeratione commotus cuncta ſe regi ſi eum ſibi condonaſſet. indicaturum promiſit eoq; relaxato: ipſum occidendi patrem ſuum habuiſſe voluntatem dixit impulſum ab alexandro. Hoc autem quibuſdam fictum ab adoleſcẽte videbatur quo tormentis eriperet patrem: nonnulli verum eſſe firmabant. ¶ Herodes tamen & militum principibus & tyrone pro contentione accuſatis: ita in eos armauit populum vt ibidem cum tõſore lignorum & lapidum ictibus interirent. Filios vero in Sebaſten miſſos quę non longo a cęſare interualio diſtaret effocari pręcepit: eaq; remanente perfecta in alexandrum caſtellum mortuos aſportari cum alexandro materno auo ſepeliendos. Hic quidem alexandro & ariſtobolo finis vitę fuit.

Filius patris miſeratione cõmotus vt ipſum liberaret confitetur queſitum. Tyro & militum principes cũ tõſore ictibus interimũtur & filios in ſebaſtẽ miſſos iubet effocari & in alexãdrio cuz auo ſepeliri.

¶ Antipater ab omnibus propter fratrum occiſionem odio habitus peremptorum timebat filios Erant enim Alexandri filij duo ex Glaphira Tygranes Alexander. Ariſtoboli autem ex Beronice Salomes filia filij: herodes & Agrippa & Ariſtobolus filięq; Herodias & Mariannes ſed Glaphiram quidem cum dote ſua in capadociam interfecto Alexandro dimiſit & Beronicem Ariſtoboli coniugem auunculo Antipatri nuptum dedit Antipater vero metu opes multas pluribus largiens magis erat in uiſus. Herodes autem conuocatis propinquis & amicis: aſtantibuſq; pupillis lachrymatur eos amantiſſimos vocans omnibus commendat & maiori filio Alexandri Ferorę filiam deſponſat & filio antipatri primam Ariſtoboli filiam & aliam herodi ex filia pontificis ſibi genito. Antipater autem maliciam circa fratrum filios non potuit continere ſed ſponſalia callide ſtuduit dirimere inſtãtiſſime eum pręcabatur quia numeroſa eſſet regia progenies nuptias permutari Nouem enim herodes vxores habebat ex quarum ſeptem: filios ſuſceperat plurimos vnde herodes audito Antipatro nepotibus timẽs ſponſalia reformauit Antipatri nam adulatio multum valuit apud Herodem Antipater itaq; odium vitare non valens terrore ſecuritatem ſibi queſiuit cui Ferora & mulierum conflictio pręter Salomen quę omnia cognoſcens eis aduerſabatur veluti iam confirmato regi obediebant. Fingebant quoq; inter ſe vt regem deciperent palam diſcordias Salome vero omnia cognoſcens regi nunciat vnde iratus rex maxime contra Feroræ vxorem, quam ei pręcepit expellere qui ait ſe citius vita q̃ coniuge caruram incertus itaq; rex quid ageret Antipatro ne cum ferora & eius coniuge interdicit habere colloquium.

B Capitulum vigeſimumſeptimum

Antipater ab omnibus propter fratrũ occiſionẽ odio habitus timebat filios peremptorum.

ANtipatrum vero cum iam ſine controuerſia ſucceſſorem regni ſperaret: intollerabile gentis excipit odium: cunctis ſcientibus omnes illum omnibus fratribus ſuis cõſeruiſſe calumnias nichiloq; minus timor eum non mediocris ſollicitabat creſcente ſobole peremptorum. ¶ Erant enim alexandro ex glaphira filij duo tygranes & alexander. Itemq; ariſtobolo ex beronice ſalomes filia Herodes & Agrippa. & ariſtobolus: filięq; herodias & mariannes. ¶ Sed glaphiram quidem herodes cũ dote ſua in capadociam dimiſit: poſtq̃ alexandrum interfecit. Beronicem autem ariſtoboli coniugem auunculo antipatri nuptum dedit qui(vt ſalomen)quam infenſam habebat (ſibi reconciliaret)iſtas nuptias excogitauit. Idem vero antipater etiam feroram muneribus aliiſq; obſequijs atq; amicos pręterea cæſaris ambiebat: magnas Romam mittendo pecunias. Saturninum enim cum alijs omnibus apud ſyriam donis expleuerat. ¶ Hoc autem magis inuiſus erat cunctis q̃ plura donabat: velut opes tantas non munificentia largiretur ſed mœtu conſumeret. Itaq; eueniebat vt nec accipientium beniuolentia quicq̃ proficeret. quibuſq; nichil dediſſet acerbiores inimicos haberet. In diſtributionibus autem munerum quotidie largior erat: cum pręter ſpem videret orbos pueros ab herode curari: quantumq; illum peremptorum cedis pœniteret prolis eorum miſeratione ſignificari. Conuocatis enim propinquis atq; amicis ſuis & pupillis aſtantibus: cum lachymis oppleſſet oculos dixit. Horum quidem michi patres fortuna quędam triſtis eripuit ipſos autem orbitatis miſericordia cum natura commendat. Experiar itaq; vt etſi pater infortunatiſſimus fui auus tamen ſim prouidentior: & a quibus poſt me regantur amantiſſimos michi relinquam. Deſpõdeo igitur filiam tuam Feroram maximo filiorum alexandri: vt ei curator ſis neceſſarius. Tuo vero antipater filio Ariſtoboli filiam: eris enim hoc modo pater orbate. Sororem vero eius meus accipiet herodes põtifice auo materno pronatus. Et de his quidem hoc ſit meum iudicium: neq; id quicq̃ dirimat qui me amabit. Pręcor etiam deum bono regni mei meorumq; nepotum copulare nuptias: atq; hos pueros placidioribus q̃ patres eorum oculis aſpicere. Poſtq̃ hæc locutus effleuit. & puerorum dextras iunxit benigniſſimeq; conſalutatis iuuenculis: dimiſit concilium. ¶ Statim diriguit antipater: quantoq; dolore affectus eſſet neminem latuit. Pupillorum namq; honorem apud patrem quoq; ſibi derogatum exiſtimabat iterumq; de rebus cunctis periculum fore ſi alexandri filius pręter Archelaum: etiam feroram tetrarcham adiutorem habere licuiſſet. Ad hæc reputabat odium ſuum & orbitatis miſerationem qua

Herodes feroręq; filiam maiori alexandri filio deſpõſat & filio antipatri ariſtoboli primam filiam & aliam herodi filio. &c.

tota gens flectebat quanto viuendi puerorum studio & quanta memoria ipsius sceleris mortuorum tenerentur iudei. Itaq; omnimodo dirimere sponsalia statuit & callide quidem patri surripere timuit D
¶ Antipatri postulata. seuienti acriterq; vigilanti ad suspicandum palam vero eum supplex adire ausus est. Coramq; deposcere ne se priuari quo dignum esse indicasset nudumq; regis nomen habere vellet: regni autem substantiam pœnes alias esse. Nec enim posse rerum obtinere dominatum: si præter auum etiam archelaum feroras alexandri filio socer adiunctus esset. Instantissime vero precabatur quia numerosa esset
Nouem Hærodis vxores ex q̃rũ septem filios suscperat. & c. regia progenies nuptias permutari. Nouem namq; regi vxores erant: sed harum septem vnde filios suscperat. Ipsum Antipatrum ex doside. Herodem ex marianne pontificis filia itemq; Antipam & Archelaum ex Martace alias Malthace samaritide: filiam Olympiade quam frater eius Iosippus habuerat ex hierosolymitide. de cleopatra vero Hærodem & Pphilippum: necnõ ex pallade Phaselum Habebat alias quoq; filias Boromen alias Rhaxoen & Salomen vnam ex phedra. alteram ex helpide. Duasq; vxores sine filijs consobrinam & sororem ac præter hos & Alexãdri aristoboli sorores duas ex marianne. Cum igitur tanta prolis copia superesset. aliter nuptias iungi postulabat Antipater. 2 mti. li. vij. c. io. ¶ ge. li. xx. xiii
Herodes audito antipatro iratus nepotibus timens sponsalia reformauit. ¶ Rex autem prospecto alias perspecto eius animo quid de pupillis cogitarẽt vehemter iratus est. Quippe filiorum quos interfecerat casum reputans: formidabat ne & hi quandoq; criminationum antipatri præmium fierent. Sed tunc quidem seuioribus dictis protelat: postea vero blanditijs eius abductus sponsalia reformauit. Ac primum ipsi Antipatro aristoboli filiam collocat filium vero eius iungit filiæ ferorę. ¶ Hinc licebat aduertere q̃tum antipatri valeret adulatio: q̃ idem in simili causa impetrare Salome non potuit. Hanc enim q̃is soror esset atq; hoc sæpe intercedente iulia vxore Cęsaris postulasset Arabum regi Sylleo nubere non passus est. sed inimicissimã sibi fore iurauit nisi ab hoc studio destitisset posteaq; inuitam alexę cuidam ex amicis suis in matrimonium dedit: eiusq; filiarum vnam Alexandri filio alteram Antipatri auunculo tradidit. Natarum autem Mariannes vna sororis E
Salome inuita alexę nupta. filium habebat Antiphon: altera fratris Phaselum ¶ Sic interrupta pupillorum spe Antipater & pro sua commoditate affinitatibus iunctis expectatione certa nitebatur: adiectaq; malignitati fiducia ne 3 mti. li. xvij. c. ii
Antipater odiũ vitare non terre securitatẽ sibi quęrit cui Feroras & mulierum cõflictio præter Salomẽ quę oia cognoscens eis aduersabatur. quaq̃ erat tollerabilis. Nam quia singulorum odium vitare non poterat securitatem sibi ex terrore quærebat: cum præterea Feroras ei veluti iam confirmato regi obsecundaret. Quin & mulierum conflata in aula conflictio nouas turbas excitabat. Etenim Feroræ vxor cum matre & sorore sua necnõ & matre Antipatri multa in regno insolenter agebat ausa etiam duas regis filias contumelioseq; tracta re cui rei maxime ab antipatro erat adiecta itaq; cum inuisę illi essent alias quidem morigeras habebant sola vero salome aduersabatur eorum concordię. quodq; non bono regis coirent apud ipsum in
Fingunt mulieres iter se discordias vt regẽ deciperẽt. sed salome oĩa cognoscens regi nũciat vũ iratus rex maxime contra feroræ vxorem quã criminatur. simulabat. Cognita vero eius delatione mulieres q̃q; Hærodes egre tulisse: ab aperto quidem 3 mti. li. xvij. c. ii conuentu & familiaritate abstinuerunt: contra vero etiam inter se discordare rege audiente simulabant: cum adeo colluderet antipater. vt palam feroram minime dubitaret offendere. Occultos autem cetus & nocturnas commessationes agebant earumq; consensionem fecit obseruatio firmiorem cum horum nichil ignoraret salome: sed herodi cuncta nunciaret: ille autem ardens iracundia: maximeq; aduersus ferorę coniugem q̃ eam præter cęteras accusaret salome. aduocato cognatorum amicorum q̃ consilio & talia multa mulieris & filiarum contumelias crimini dedit q̃q; phariseis mercedem contra se præbuisset fratremq; sibi hostem reddidisset expugnatum venenis. Postremo conuersus ad feroram vtrum se ait fratrem an vxorem vellet optare. Cumq; ille se citius vita dixisset q̃ coniuge caritu-
rum. incertus quid ageret ad antipatrum sermonem contulit ac ne cum ferora vel eius coniuge aut F
quouis alio qui ad eam pertineret vnq̃ colloquęretur: edixit. Verum ille palam præcepta custodiens in occultorum his pernoctabat.

¶ Antipater Salomes timens obseruationem per amicos (vt Romam proficiscatur) procurat & cum muneribus & testamento (vbi ipse rex erat inscriptus) mittitur Sylleus quoq; qui maximum cũ Aretha rege suo certamen habebat Romam cum Antipatro certaturus nauigauit quem Fabatus herodi accusat q̃ corinthum pœcunia corrupisset vt ipsum occideret quod duo Arabes subditi quęstioni confessi sunt qui & Romam missi sunt. Herodes quoq; fratrem vxorem repudiare recusantem indignatus cum vxore eiecit qui ad tetrarchiam suam accedens iuratus est ante herodis mortem non reuerti. Herodes sua manifestata pacientia infirmum fratrem visitauit & corpus eius in hierusalem detulit cum honore sepeliendum. Quidam autem herodi feroram veneno fuisse interemptum nunciauerunt & pro amatorio mulierculam arabicam dedisse Syllei consilio mortiferum. Quo tormentis veritatem perquirente quædam ancilla Antipatri matrem omnium malorum causam esse clamat & occultos Ferorę & mulierum conuentus detegit: cum qua omnes ancillæ contra Antipatri conueniunt secreta declarantes consilia.

Capitulum vigesimumoctauum.

A Iust. li. xvij. c. iij.

DEtuensq; obseruationem salomes per amicos in italia degentes vt romam proficisceretur effecit: ipsorum perlatis litteris vbi antipatrum aliquãto post tẽpore ad cęsarem mitti oportere perscriberent. ¶ Igitur herodes nichil moratus eum misit cum cunctis quę vsui forent magnaq; pœcunia liberaliter instructum: testamentumq; vna portandum ei dedit in quo rex ipse antipater inscriptus erat & antipatri successor herodes ex marianne pontificis filia procreatus. ¶ Quin & sylleus arabs itidem neglecto cęsaris precepto romam nauigauit: de his cum Antipatro certaturus de quibus ante cum nicolao causam dixerat Non leue autem cum aretha rege suo certamẽ habebat cuius etiam amicos interferat: & soemium in petra opido potentissimum redemptoq; fabato dispensatore cęsaris fautore vtebatur etiam in herodem sed maiore pecunia data herodes fabatum a sylleo remouit ac per semetipsum quę cęsar iusserat exigebat. Ille autem cum nihil dedisset accusabat apud cęsarem fabatũ: dispensatorẽ esse dicens non quę ipsi. sed quę herodi expedirent. Quibus cõmotus ad iracundiã fabatus. adhuc autẽ apud herodem in honore maximo habebatur: secretorũ sylleo proditor factus est: regiq; indicauit q̃ sylleus corinthum alias corinthium eius satellitem pecunia corrupisset obseruariq; oporteret. Neq; rex id facere dubitat: quoniam Corinthus iste licet in aula regis esset educatur ex arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum solum corripi sed etiam duos alios arabas iussit apud eum repertos: vnum syllei amicum. alterum syliarchum: qui subditi quęstioni magna pœcunia corintho vt herodem occideret persuasisse/ confessi sunt. Illi etiam a saturnio rectore syrię interrogati: romam transmissi sunt. ¶ Herodes autem ferorę vehementius imminebat: vt repudiaret vxorem. Aliquid enim cum quo mulierem plecteret excogitabat quia multas in eam odij causas habebat: donec ipsum etiam fratrem cum ea supra modum indignatus efecit. ¶ Feroras autem ęquo animo accepta iniuria ad tetrarchiam suam accessit: iuratusvnum sibi exilij finem fore mortem herodis: neq; se ad eum reuersurum esse dum vixerit. Deniq; nec egrotum q̃us sepe accitus fratrem visere voluit: cum quibusdam mandatis eum quasi moriturus vellet instruere. Sed ille quidem prẽter spem conualuit: post modum autem feroras in morbum incidit. Tumq; herodis pacientia demonstrata est. Nam & venit ad eum & humanissime curatum voluit sed morbum superare non quiuit. In die-

Iust. li. xvij. c. iij. Ege. li. i. ca. xiij

Iust. li. xvij. c. iij. Ege. li. i. ca. xiij

B bus enim paucis est mortuus. Quem licet vsq; ad vltimum vitę diem dilexisset herodes: tamen q̃ illum quoq; veneno peremisset fama vulgatum est. Verum eius corpore i hierosolima portato luctum maximum cunctæ genti denunciauit: clarissimaq; funus sepultura dignatus est. ¶ Vnus quidem interfectorum alexandri & aristoboli hunc exitum vitę sortitus est. Transijt autem in antipatrum auctorem pœna sceleris ex interitu ferorę principium nacta. Quidam enim ex libertis eius cum regem triste adissent: fratrem ipsius Feroram veneno interemptum esse dicebant. Nam quendam ei cibum obtulisse coniugem suam non quo solebat modo conditum eoq; sumpto illo morbo: protinus esse corruptum. Venisse autem ante biduum matris ac sororis eius accitu quandam veneficam mulierculam ex arabia vt venenum ferorę conficeret amatorium: & pro amatorio dedisse mortiferum syllei consilio. Namq; illi notam fuisse. ¶ Perculsus igitur plurimis suspitionibus rex ancillas & nonnullas libertinas quęstioni subiecit: ibiq; tum clamabat aliqua doloris impaciens. Deus celi terręq; rector in matrẽ antipatri quę horum nobis malorum causa est vindicet. Hoc rex initium nactus/ persequębatur vlterius indagine veritatis. Mulier vero & matris antipatri familiaritatem cum ferora eius vxoribus & occultosq; eius conuentus aperuit q̃q; feroras & antipater redeuntes a rege tota cum illis nocte potare soliti essent: seruis omnibus exclusis & ancillis. Vna quidem libertinarum hæc idicauit. ¶ Cum autem

C ancillę separatim singulæ torquerentur: patuit omnium dicta congruere qua de causa romani quidẽ antipater ex composito feroras vero trans flumen secedere curauisset. Nam sępe illos in sermone dixisse q̃ post alexandrum & Aristobolum ad ipsos eorumq; coniuges transiturus esset herodes. nec alicui posse parcere: qui marianne eiusq; filijs minime pepercisset: ideoq; melius esse ab hac belua quã longissime fugere. Sæpe autem dixisse matri antipatrum conquerentem q̃ cum ipe canus esset. pater in dies singulos iuueneſceret. seq; fortasse priusq̃ regnare incipiat moriturum. aut si vnq̃ ille decesserit quando autem istud fiet voluntatem sibi successionis omnimodo fore breuissimam. Pullulare prætea hydre capita hoc est Aristoboli & Alexandri filios. sibi autem filiorum spem adeptam esse patris iniuria quę non eorum quemq̃ post mortem suam regni successorem sed Mariannes filium scripsisset herodem. Qua quidem in re prorsus eum se vecute delirare: si testamentum suum standum arbitraretur: se namq; vt ex eius progenie nemo superesset curaturum. Quin etiam cum omnes patres quibus inuisi nunq̃ filij fuerunt odio vincat: plus eum tamen etiam fratres odisse. Deniq; nuper sibi ne cum ferora colloqueretur centum talenta donasse: atq; cum feroras diceret quid enim per nos ledebatur respondisse Antipatrum. Vtinam cunctis ablatis nudos se dum modoviuos relinqueret. Verum hoc nequaq̃ fieri posse vt tam pestiferam bestiam quisq̃ effugiat: sub qua nec amicis esse palam lice-

¶ Antipater timẽs salomes obseruationẽ per amicos vt Romã pficisceretur procurat & mittitur cum muneribus & testamẽto vbi ipe rex iscriptus erat.

Fabatus syllieus hærodi accusat q̃ corithiũ pecunia corrupisset vt eum occideret. &c.

¶ Arabes duo quęstioni subditi corithũ vt herodẽ occidẽt pecũia fuisse corruptũ cõfessi sũt & missi sunt romã. Ferorã infirmum hærodes visitauit & corpus eius i hirm sepeliẽdũ detulit. &c Quidã feroram venenoiterẽptũ regi nũciãt & p amatorio mulierculã arabicam dedisset fillei cõsilio mortiferu;. Herode veritatẽ tormẽtis perquirẽti quędam ãcilla matrẽ antipatri oim maloru; causã esse clamat & occultos cõuẽtus: mulierum & ferorę aperuit.

ret. Deniq; nunc occulte inquit conuenimus licebit autem aperte si virorum spiritum manusq; habeamus hęc in tormentis ancillę prodiderunt: & q̄ feroras cum illis petram fugere cogitasset. Vt autem omnibus dictis herodes crederet: centum talentis effectum est. De his enim soli antipatro dixerat. D

¶ Hærodes Dosidem Antipatri matrem omni ornatu spoliatam expulit hinc ad Antipatrum Samaritam Antipatri procuratorem conuertit & ex illius tormentis comperit necandi sui causa ex ęgypto Antipatrum venenum petisse per aliquam Antiphili collegam idq; feroram ab eo accepisse cui mandasset Antipater herodem occidere. Ferorā vero dedisse vxori seruandū. Quę a rege statim euocata de tecto se pręcipitem dedit sed mortem euadens insidiarum modum declarauit & ferorā dixit super fratris nece pœnituisse & venenū ab Antipatro paratum consumi iussisse. Antiphilus quoq; veneni delator accusatur. Et mariāne pōtificis filia maleficiorū cōscia accusata herodes eius filius Antipatri successor a testamento deletus est. Bacillus quoq; aspidū virus attulerat. Litterę quoq; tunc ab Antipatro cōtra Archelaū & Philippū confictę apportantur. Nemo autē antipatro propter eius odiū quę contra eū fiebant in iudea notificauit. Quiq; patri de roma litteras misit cui pater indignationē simulans rescripsit. Audita autem Ferorę morte luxit quia maleficiorum amiserat ministrū timens ne comprehenderetur venenum. Dubius autē Antipater si domū redeat Cui aduenienti maxima fuit solicitudo omnibus eū deuitantibus callide tamē vultu confidentiam simulabat.

Hærodes Dosidē omni ornatu spoliatā expellit

Capitulum. xxix.

Antipater sama rita Antipatru; dim suū venenum herodi pri parasse accusat. Ferorę vxore vocata a rege de tecto se pręcipitē dedit sed mortem euadēs modum insidiarum declarauit. Penitentia ferō rę de nece fratris qui venenū contra fratrē ab antipatro paratū iussit cōsumi. Antiphilus veneni delator accusatur.

Gitur ante alios in dosidē Antipatri matrē furor eius erū pit: eamq; quē omni ornatu illi donauerat spoliatā. multis cōparato talētis: expellit. Deniq; ira depositā: ferorę mulieres a tormētis recreabat. Timore autē pauidus erat: & ad oēs suspitiones excitabatur multosq; innocentes metu ne quē nocentium prętermitteret in tormenta ducebat ¶ Hinc ad samaritā se cōuertit antipatrū qui procurator erat antipatri. & ex illius tormētis cōperit necandi sui causa ex ęgypto antipatrū venenū malum petisse per aliquā antiphili collegā idq; ab eo antipatri auunculū accepisse Theudionē ac ferorę tradidisset cui mādasset antipater vt herodē occideret. dum ipse Romę abesset ac suspitior e careret: ferorā vero venenū vxori suę dedisse seruandum. ¶ Itaq; hanc euocatam statim rex quod acceperat afferri iubet. Illa vero quasi allatura egressa de tecto se pręcipitem dedit vt eo modo & probationes & regis verbera pręueniret. Sed dei prouidētia sicut apparet quę ab Antipatro pœnas repeteret: non in caput. sed in alteram delata partē periculū mortis euasit. Portataq; ad regē vbi resipiscere potuit nam casus eā perturbauerat & quamobrē se pręcipitasset interrogata: adiurāte rege q̄ vera dicēti remitteret omne supplicii fin falsa promere maluisset corpus eius tormentis absumeret neq; sepulturę quicq̄ relinquęret: paulisper tacuit. Deinde quod inquit secreta custodio cū feroras obierit: antipatro qui nos oēs perdiderit seruatura. Audi rex. & tecū deus michi testis veritatis qui falli nō potest. Cū ferorę morituro assiderē: tūc ille me ad se vocauit. Et multū inquit mulier de fratris erga me aio sum deceptus. Nā qui sic me diligeret inuisum habui & necare cogitaui qui tāto nūc mei q̄is necdū mortui dolore cōfunditur Sed ego ob impietatē prędum fero. Tu q̄ meum seruas relictum nobis ab antipatro venenū huc affer propere meq; vidente cōsume ad inferos quoq; vltricem huius sceleris conscientiam deferam. Ita q; vt iussit attuli: & magnam quidem veneni partem sub obtutibus eius in ignem effudi modicum vero michi propter dubios casus & q̄ te metuerem reseruaui. His dictis: illa quidem omnino paululum quod veneni habentē pixidem profert. ¶ Rex quidem in matrem fratremq; antiphili contulit quęstionem. Verum hi quoq; antiphilū ex ęgypto attulisse pixidem fatebantur. illumq; venenum a fratre apud alexandriam exercente medicinam accepisse dicebant. Totum autē regnū circumeuntes alexādri & aristoboli manes. ipsi erāt incertarum rerum exploratores atq; iudices & a suspitionibus remotissimas approbationes trahebāt. ¶ Deniq; etiā pōtificis filiam mariānem cōsciam esse maleficiorum patuit. Hoc enim tortis eius fratribus demōstratum est. Rex autem matris audaciā: filij quoq; pœnia cohercuit. Nam quē illa peperat herodem antipatri successorē scriptū ex testamento deleuit. Post hæc etiam bacillus nouissima cōsiliorum antipatri fides documentis accessit. Namq; is erat quidem libertus eius Aliud autē venenum ferens hoc est aspidum virus aduenerat aliorumq; serpētium succos vt si prius fuisset inualidū hoc se feroras cū sua coniuge armaret in regem. ¶ Idem vero prętet susceptam cōtra salutem patris audaciā velut operā subsciciuam epistolas habebat aduersum fratres cōpositas ab antipatro. Erant autē romę in studijs archelaus & philippus iam adolescentuli: magniq; animi regis filij quos antipater velut iminētes spei suę remouere festinās quasdē in eos litteras ipse finxit amicorū noie romę degentiū. Nōnullis autē corruptis scribere persuasit q̄ multis maledictis partem caperent: ac de alexandri & aristoboli nece manifeste quererentur: seq; accitos esse grauiter ferrent. Iam enim pater eos redire pręceperat: idq; maxime sollicitabat antipatrum. Quin etiam priusq̄ professus esset in iudea cōstitutus antipater eiusdem modi contra eos romę litteras merebatur patrēq; ad-

Anti. li. xvii. capitu. iij Ege. li. i. c. xliii. E

F

Anti. li. xvii. capitu. iij Ege. li. i. c. xliii.

Anti. li. xvij. capitu. iij Ege. li. i. c. xliii.

A eundo vitandę ſuſpitionis cauſa fratres purgare ſimulabat quędā falſa quędam vero adoleſcētis p̄ec
cata cōmemorans. Quo quidem tēpore ſcriptoribus epſtarum quas in fratrū pniciem ſimulabat pluri
mis pecunijs datis ſumptuum cōfundere temptabat indicia veſtem pręcioſam varia ſtragula pocu
laq; argentea necnon & aurea comparādo. aliaq; plurima inſtrumenta vt pręciorū magnitudine mer
cedes falſarijs erogatas celaret. Deniq; ducenta talenta expenſa retulit & eorum maxima fuit occaſio
cauſa ſyllei. ¶ Vniuerſis autem malis eius tunc minoribus maiore contectis cum omnia quidē formē
ta de parricidio epiſtolæ vero de iteratis fratricidijs conclamarent nemo tamen ex iudea veniētium
quo loco fortunę domus eſſent ei nūciauit: q̄uis inter ſcœlus probatum & ipſius reditum ſeptem men
ſium interualla fluxiſſent; ita erat inuiſus omnibus. Fortaſſe autem quibus indicandi voluntas fuit per
interfectorum fratrum manes commutebant. ¶ Deniq; roma litteras miſit continuo ſe conuer.tu
rū eſſe quodq; honorifice dimiſſus eſſet a cęſare nūcians. ¶ Rex autem inſidiatorem manibus teneꝛe deſiderans timenſq; ne ſiquid pręſciſſet forte caueret: ipſe quoq; litteris beniuo'entiā ſimulans &
alia familiariſſime ſcripſit: & vt reuerſionē ſuam maturaret orauit. Nam ſi properaſſet: matris ſuę quo
q; offenſionem poſſet componere: quam expu'ſam eſſe nō ignorabat antipater. Primam quidē iam
dę morte Ferorę ſuſcœperat epiſtolam apud Tarentum: eumq; vehementer luxerat. Id autem nōnul
lis de patrio laudabile videbatur. Sed quantum intelligi datur: cauſa doloris erat q̄ inſidię pro voto
non ceſſerant neq; tam feroram flebat: q̄ maleficiorū miniſtrum. Pręterea mœtus eum quidem ob ea
quę cōfecerat occuperat. nequando forte compręhenderetur venenum. ¶ Tunc autem in cilicia pa
tris epiſtola ſibi reddita quam ſupra memoraui: ſtatim quidem feſtinabat. Sed poſtq̄ in celeuderum
delatus eſt: ſubijt eum quędam materni caſus cogitatio: anima ſibi iam per ſemetipſam diuinãte. Et
amicorū quidem prudētiores ei ſuadebant. ne prius patrem cōuinceret: q̄ pro certo cognoſceret qui
bus ex cauſis matrem ſuam repudiaſſet. Namq; timore ne criminationes eius auctę fuiſſent. Minus
autem prudentes & viſendę patrię magis cupidi q̄ quid antipatro eſſet vtile conſiderantes vt pro pe
raret monebant: ne ex ipſa mora & pater cauſam praue ſuſpitionis. & calūniantibus occaſionem pręꝛ
beret. Nunc enim ſiquid motum eſt in abſentem factum: nec em̄ pręſente illo quem q̄ id auſurū fuiſ
ſe. Abſurdum enim videri propter ſuſpitiones incertas certis boniſq; carere: neq; mature ſe patri red
dere ab eoq; regnum accipere quo ſolo ipſo niteretur. Paruit his antipater impellente fortuna trāſmiſ
B ſuſq; in ſebaſtum cęſareę portum defertur. Occurrit autem illi pręter opinionem maxima ſolicitudo:
cum omnes eū deuitarent: nulluſq; auderet accedere. Nam & ſi ſemper ęque inuiſus erat: odio tamē
vt proderetur tunc data libertas eſt. Multos autem auertebat ex rege formido quoniā iam cunctas ci
uitates de antipatro fama repleuerat: ſoluſq; de ſe quid ageretur ignorabat antipater. Nec enim vel
clarius eo quil q̄ deductus eſt cū romam nauigaret: vel ignobilius inde ſuſceptus eſt. Enimuero cla
des ille domeſticas intelligens calliditate celabat metuq; pene mortuus vultu confidentiā ſimulabat
& neq; fugę ſpes vlla erat neq; circūſtantibus malis emergere poterat certumq; nichil ei de domo ne
ibi quidem nūciabatur. Id enim regis interminatio prohibuerat. Vnde interdum etiam ſpes eum per
temptabat hylarior vt nichil deprehenſum aut ſi quid eſſe hoc ſeſe impudentia ſua deluiturū: ac do
lis quę ſua inſtrumenta ſalutis haberet.

¶ Dolis Antipater (quę ſuæ ſalutis erant inſtrumenta) armatus venit ad regiam vbi amicis eius
a prima ianua reiectis cum iniuria ipſe quoq; a patre repulſus eſt cuiq; purgationi ſuę craſtinus dies
coram varo indictus eſt vnde metu obſtupefactus reſpondere nichil potuit Poſtero autem die cōuo
cato concilio litterę matris ad Antipatrum delatę ſunt in iudicio Antipatro autē ad patris pedes pro
C uoluto Herodes orationem ad varum Antipatri accuſatoriam & ſui erroris excuſatoriā elegātiſſime
habuit. Accuſabat enim dolos Antipatri & inſidias quarum probationes ipſe dolore cōfuſus Nicho
lao iuſſit adducere. Antipater vero ſeipſum purgare conabatur tempus ſuę peregrinatiōis pro rebus
patris dicens expendiſſe & varum alioſq; commouit ad miam. Nicholaus autem contra Antipatrum
criminum adduxit probationes miſericordię ſpem auferens veneni quoq; per ordinem dedit proba
tiones quo facto varus cum Antipater nichil amplius reſponderet q̄ deus teſtis eſt innocentię meę
venenū petit idq; morti damnato bibendum pro experimēto dedit & eo ſtatim mortuo quędam in
ſecreto locutus geſta in concilio Cęſari reſcribens diſceſſit.

Nemo antipr̄o quę cōtra eū in iudea fiebant ſignificauit obſtāte omniū in eū odio.

Antipr̄ andita ferorę morte luxit quia maleficiorū amiſerat miniſtrū timens ne forte cōprehēderet venenū

Maxīa antipr̄i ſolicitudo oīm bus eū deuitantibus.

Callide antipr̄ vultu cōfidētiā ſimulabat.

Dolis ātipr̄ (quę ſuę ſalutis inſtrumēta erāt) armatus veniēt regiā amicis eius a patria ianua cū iniuria repulſis ipſe

Capitulum triceſimum.

TAq; his armatis ſine amicis in regiā venit q̄ a pria ianua cū iniuria ſūt repulſi. Forte aūt varus ſirię rector itus aderat. Ingreſſus deide ad patrē cōfirmatuſq; audaciā velut eius ſalutādi cauſa ꝓpius accedebat: cū ille obiecta manu & capite declinato exclamat. Et hoc parricidę eſt vt me āplexari velis cū tot maleficijs iuolutus ſis. Corrūpiſ ipiū caput neq; me attingas priuſq̄ te crimibus exuas. Dabo em̄ tibi iudm̄ & iudicē q̄ oportune p̄ſto eſt varū Abi: & quēadmodū te purges

Anti.i. xvij.c.o Eg.li.i. ca.xliij

quoq; a pre re-
iectus est q cra-
stinū diē purga
tionis coram va
ro indixit.

Litterę matris
ad antipatrū de
latę in iudicio.

Hęrodis ad va-
rum notāda oro
accusatoria āti-
pri ingratitudi-
nis & sui erroris
in filios excusa-
toria. &c.

Accusat Hero-
des dolos anti-
pri & isidias.

Hęrodes dolo-
re confusus Ni-
cholao ꝓbatio-
nes iussit expo-
nere.

Excusat antipr
tēpus pegrina-
tionis pro rebus
pris tuendis

in diem crastinum meditare. Nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. ¶ Ad hæc metu obstupe-
factus antipater quia respondere nichil potuit: reuersus est. Cum autem ad eum mater & vxor venis-
sent cunctas ei probatiōes exposuerūt Tūq; recepta mente quo pacto sese defendere cogitabat. ¶ Po
stero autem die rex adhibito propinquorū atq; amicorum cōsilio antipater quoq; amicos vocat. Ipse
autem cum Varo residens cunctos iudices iussit adduci / in quibus erant etiam serui matris Antipa-
tri quidem pridem comprehensi: qui ab ea litteras ad eum deportauerunt huiusce modi. Quoniam il
la omnia patri tuo cognita sunt: caue ne ad eum venias. nisi aliquod auxilium a cęsare impetraueris
Itaq; his vna cum alijs introductis: ingreditur antipater Cumq; pronus ante pedes patris cecidisset /
oro inquit pater ne quid de me preiudices sed integras aures satisfactioni meę prebeas. Demōstrabo
enim me innoxium: si tu velis. ¶ Ille autem magna ei voce impetrato silentio ad varum locutus est.
Quod & tu vare & quiuis iudex iustus antipatrum morte dignum iudicauerint certe scio Vereor aūt
ne mea quoq; tibi sit inuisa fortuna oīniq; calamitate dignum deputes: qui tales filios genuerim. An
quin hęc tibi magis miserandus videri debeo: q; erga tam sceleſtos indulgentissimus pater fui. Nam
illis prioribus adhuc adolescentulis regnum detuleram: eosq; romę educatos amicos cęsaris feceram
Sed quos alijs inuidendos regibus emulandosq; constitui: meę salutis hostes inueni quorum tamen
interitus antipatro magis profuit. Isti enim q; adolescens & successor meus futurus esset: maxime se-
curitas quęrebatur. At vero hic adolescentulus belua pacientia mea supra q̄ alias pluſq̄ satis erat ex-
pletus in me sacietatē suam profudit eiq; visus sum diu viuere meamq; senectutē grauiter tulit rexq;
fieri non nisi parricidio passus est. Quę quidem profecto noui qua ratione cogitauit. qđ eum ex agro
abiectum reduxerim & exclusis (quos regina michi peperat) filijs regni mei vicarium declarauerim.
Et quidem tibi vare confiteor meę mentis errorem. Ego ipse contra me filios irritaui: q; antipatri gra-
tia spes eorum iustas abrupi. Quid enim tātum de illis quantum de isto bene sum meritus. cui viuus
etiam poteſtatem meam pœne concessi aperte autem regni successorem testamento reliqui: & prę̄ter
destinatos ei seꝑatim quinquaginta reddit⁹ talentorum sumptum passim mea pecunia summini-
strauī ac nuper quoq; romam nauigaturo trecenta dedit talenta: quemq; solum ex omni familia mea
tanq̄ patris seruatorem cęsari commendaui. Aut quid illi tantum scęleris quantum antipater admi-
serunt. Quodue de his habui tale iudicium quale demonstraui. ¶ Huius insidias etiam probo quia
ausus est aliquid parricida rursumq; dolis veritatem sperat obtegere. Vare hoc tibi cauendū sit. Nam
ego istam beluam noui & q̄ sit verisimilia dicturus iam nunc prospitio fletusq; simulatos. Hic est qui
me quondam monebat vt viuum alexandrum cauerem: neq; meum corpus omnibus crederem. Hic
est qui vsq; ad cubiculum meum solebat ingredi & circumspicere ne quis forte michi parasset isidias
hic somnij mei custos erat & securitatis dator. qui consolaretur somnium peremptorū. & viuentium
fratrum beniuolentiam diiudicaret. Hic propugnator & satelles meus Cū eius calliditas vare in mē-
tem venerit: & quemadmodum singula simulasset vix me credo viuere: tamq; grauem insidiatorem
quo pacto effugerim miror. Verumtamen quia fortuna quędam excitat contra me domum meam.
Michiq; amicissimi semper infensi sunt: ego quidem fatorum iniquitatem flebo & mecum ipse solitu
dinem gemam. Nemo autem qui sanguinem meum sitierit elabetur. etiam si per omnes filios meos
indicia ventura sint. ¶ Hęc dicens ipse quidem interrupto sermone tacuit dolore confusus: nicholao
autem vni ex amicis probationes iussit exponere. ¶ Inter hęc autē antipater sublato capite cum pro-
stratus ante pedes patris maneret: exclamabat Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego
parricida: quem tu semper seruatorem te habuisse commemoras. Aut si ficta vt dicis simulataq; mea
pietas fuit. cur in alijs tam callidus in hoc adeo demens fui vt non intelligeret q; si homines lateret
tanti scęleris cogitatio, celestem latere iudicem omnino nō posset: qui vbiq; presto esset & cuncta cō
spiceret. An fratrum exitum ignorabam: quos ob id deus vltus est quia de te male tractauerāt. Quid
autem fuit cui me tua salus offenderet? Spes regni? Sed regnabam. Odij suspitio? Sed diligebar. An
ex te mœtus aliquis? Atqn tui seruus: alijs timēdus eram. Sed egestas causa fuit? Multo minus Quis
enim magis expensarum habuit poteſtatem? Si autem omnium hominum proditissimus essem im-
manisq; bestię animum gererem: certe mansueti patris beneficijs vincerer quem tu reduxeris sicut di
xisti totq; filijs anteposueris vniusq; regem declaraueris aliorumq; bonorum magnitudine reddide-
ris inuidendum O me miserum. acerbissimamq; peregrinationem meam. Quam longo labore tem-
pus: magnumq; insidiantibus spacium prębui. Sed tamen tuis pater tuisq; rebus abieram: ne Syllęus
tuā contēneret senectutē. Roma michi testis est pietatis & priceps orbis terræ cęsar: q me pris amato-
rē sœpe vocitabat. Accipe pater has eius lras fictis in me criminatiōibus veriores hisq; me defendo.
Hęc affectus erga te mea argumēta certissima recordare quā ingrate hinc nauigaueri latētes i regno
cōtra me inimicitias non ignorā Tu pater inuitus me pdidisti: tu cōpulisti vt darem accusandi tps in

Antiq. lib. xiiii cap. vi. Eg. ii. ca. xiiii

A uidię. Verū ad indicia veniam. Eccce aſſum terra mariq; nichil vnq̄ parricida perpeſſus. Sed nōdum me hoc argumento diligas. Nam & apud deum & apud te patrem condemnatum eſſe me ſcio. Condemnatus autem depręcor: ne aliorū tormentis fidem adhibeas. In me feratur ignis: per viſcera mea pergant inſtrumenta pœnarum. Ne parcas ſceleſto corpori. Nam parricida ſum: tormentorū expers mori non debeo. ¶ Talia cum lacrimis atq; vlulatu vociferans & alios omnes & varum ad miſericordiam prouocauit. Solum autem herodem quo minus fleret iracundia continebat: documentis veris

Antipater varū & alios ad miſericordiā cōmouit.

Anti.li. xvij. c.v Eg.li.i. ca.xiiij intentū. ¶ Ibi autē nicholaus iuſſu regis multa de antipatri calliditate prefatus & miſericordię ſpem ſuſtulit & atrociſſimam accuſationem inſtituit. cuncta quidem regni maleficia illi aſcribens maxime vero fratrum interitum: quos ipſius calumnijs interfectos eſſe demonſtrans etiam ſuperſtitibus eum inſidiari quaſi ſucceſſionis captatoribus affirmabat. Nam qui venenum patri paraſſet multō minus a fratribus abſtineret. Cum autem ad veneni probatiōes veniſſet per ordinem proferebat indicia etiā de Ferora crimen exaggerans veluti quoq; ipſum Antipater fratricidam feciſſet corruptiſq; regis amicitiſſimis ſcelere omnem domum repleuiſſet. Atq; ita multis alijs dictis exprobratis perorauit.

Probationes veneni.

Anti.li. xvij.ca. vij. Eg.li.i. ca.xiiij ¶ Varus autem cū reſpondere iuſſiſſet antipatrū & ille nichil amplius elocutus q̄ deus eſt teſtis innocentię meę ſilens iaceret venenum petit. idq; alicui damnato capite ex cuſtodibus bibendum dedit: eoq; ſtatimq; mortuo quędam in ſecreto cum Hęrode ſermocinatus geſta in conſilio Cęſari ſcripſit poſteroq; die diſceſſit.

Quidam morti adiudicatus venenū qđ antipr̄i parauerat bibit/ varo iubēte p expimēto & ſtatim morit.

¶ Hęrodes antipatro vinculis tradito ad Cęſarem nuncios mittit tunc quoq; quidam de ſeruis Antiphili de roma veniēs epiſtolas Agmes Iulię cęſaris vxoris ancille apportauit contra Salomē qua viſa regem ſubit cogitatio ne forte etiam alexāder fuiſſet falſis epiſtolis compręhenſis Hęrodes vero ne prępoſitis ſatiſfaceret morbo impeditur ſcribit tamen de Agme ad cęſarem & mutato teſtamento ponit pro antipatro Archelaum regni ſucceſſionē Iudas autem & Mathias famatiſſimi ſophiſtę iudei audito regis morbo fabricata regis contra leges opera & auream aquilam (quā rex ſuper tēpli portam collocauerat) deſtrucre & tollere mouerunt quos regis dux captos regi preſentat quos omnia confitentes viuos comburi pręcepit reliquos vero carnificibus tradidit obtruncandos. Rex itaq; multiplici agitatus morbo multum ſperabat ſanitatem deſperata vero ſalute militibus ſuis & rectoribus multas donauit pœcunias.

B

Capitulum triceſimum primum.

Anti.li. xvij.c.vlj Eg.li.i. ca.xiiij.

NIchiloq; minus rex antipatro in vinculis tradito: cladis ſuę nuncios ad cęſarem miſit. Poſt hęc ſalomen appetiſſe inſidijs arguebatur antipater. ¶ Quidam enim de ſeruis antiphili roma venerat: epiſtolas ferens alicuius agmes nomine ancillę iulię. Quibus ad regem ſcriptis. indicauerat ſalomes epiſtolas inter litteras Iulię repertas ei clam beniuolentię cauſa miſiſſe. Ipſius autem ſalomes epiſtolis & maledicta in regem acerbiſſima & accuſatio maxima continebantur. Sed omnes ab antipatro erant fictę: Idq; agmen pœcunia corruptam ad herodem eas mittere perſuaſerat. Epiſtola enim eiuſdem mulierculę ad ipſum ſcripta id prodidit: cuius verba hęc fūt.

Hęrodes ātipatro in vinculis dato ad cęſarē nūcios miſit.

Sicut voluiſti patri tuo ſcripſi & epiſtolas miſi: certo ſciens regem ſorori ſuę minime poſſe parcere ſi eas recitauerit Bene ante facies ſi cōſumatis omnibus pollicitationū tuarū memor fueris. ¶ Hac epiſtola & quę in ſalomen ſunt compoſita deprehenſis regem ſubiit cogitatio ne forte etiam Alexander falſis epiſtolis fuiſſet compreſſus & q̄ pœne ſororem quoq; propter antipatrū occidiſſet: anxius erat Itaq; non eſt vltra cunctatus: quo minus ab eo ſumeret omnium cauſa ſupplicium. ¶ Sed ne prępoſitis ſatiſfaceret: graui morbo impeditus eſt. ¶ De agme tamen ancilla & in Salomē factione conflata litteras dedit ad cęſarem ac propterea teſtamento mutato exemit nomen Antipatri regemq; ſcripſit Archelaum philippum negligens natu miorem. Nam & antipater hos inſimulauerat. Cęſari autem poſt alia pœcuniaria mille talenta munera & vxori eius ac filijs itemq; amicis & libertis prope quinquaginta: cęteriſq; omnibus pœcuniarum non parum & agrorum diſtribuit: ac ſororem ſalomen clariſſimis donis honorauit. In teſtamento quidem iſta correxit. Morbus autem ingraueſcebat quod eū ſenectus pariter ac mœror vrgeret & annos iam ſeptuagita natus erat: & filiorum cladibus adeo animum habebat afflictum: vt nec in bona valitudine quicq̄ iocunditatis admitteret. Acriorem autem faciebat ęgritudinem: q̄ antipater viueret. Hunc enim nō opere ſuperuacuo. Sed cum ipſe cōualuiſſet cogitabat occidere. ¶ Ad has ei calamitates accedit etiam populi quidam tumultus. ¶ Erant em̄ in ciuitate ſophiſtę duo qui ſumme ſcire leges patrias videbantur: & per omnem propterea gentē maxima gloria prędicabantur. Iudas filius ſepherei & alter Mathias. Hos non pauci adoleſcētium ſectabantur cum leges exponerent & indies ſingulos puberum exercitum congregabant. Qui cum regem audiſſent mœrore & morbo tabeſcere apud notos loquebantur oportunum iam tempus eſſe vt deus vindicaretur fabricataq; aduerſus leges patrias opa deſtruerētur. Siquidē in tēplo nefas ſit imagines aut vultus aut cuiuſlibet alialis cognomie ſimulachrū haberi. Hoc ꝓpterea dicebaſ q̄ ſupra max.mā

Epſa agmes ancille iulię vxoris cęſaris

Hęrodes ne prępoſitis ſatiſfaceret morbo impedit ſcribit tñ de agme ancilla ad cęſarē & mutato teſtamento ſcripſit ꝓ antipatro archelaū regni ſucceſſorem. &c.

Anti.li. xvij.c.xj Anti.li. i.c.xlv

Iudas & mathias iudei ſophiſtę famatiſſi rogato regis morbo fabricata aduerſus leges regis opa & aqlā

quã rex sup templi portã collocauerat destruere & tollere monuerũt. &c.

portam rex aquilam collocauerat auream eamq; tunc monebant sophystę vt tolleret pulchrum esse dicentes. Etiam si quod inde periculum immineret pro legibus patrijs mori nõ recusare. Sic enim decedentibus & animam immortalem: & bonarum rerum sensum perseuerare perpetuo. Minus autem fortes & sapientię sue nescios amare animam imperitia magisq; morbo cupere q̃ virtute defungi. Dũ hęc illi differerent rumor subito peruagatur regem fere iam mori. Vnde etiam confidentius adolescẽtes conamen adorsi sunt. Ipsoq; meridie cum plurima multitudo versaretur in templo: dimissam funibus aquilam ex tecto auream securibus abscidebant. Quare statim regis duci nunciata: non parua ille comitatus manu cucurrit ad templum: & prope ad quadraginta iuuenes cõprehensos regi exhibuit. Qui primum interrogati an aquilam ipsi auream cõcidere ausi essent fecisse confessi sunt. Deinde quo iubente: lege patria respõderunt. Dum vero quid tantum exultarent quibus mors immineret ab his quereretur: quia post mortem bonis plurimis frui sperarent: asseruerunt. His itaq; rex commotus: magnitudine irę morbum superat: atq; in concionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos inuectus & q̃ occasione legis patrię quędam maiora temptassent veluti impios dignos esse supplicio iudicauit. Populus autem metuens ne per multos iret quęstio precabatur vt primum facinoris suasoribus deinde in eo deprehensis pœne subditis: cęteris indignationẽ remitteret. Tandem igitur exoratus. & ipsos rex qui funibus dimissi erant: cum sophistis viuos incendit & reliquos qui vna comprehensi sunt obtruncandos carnificibus tradidit. ¶ Hinc totum eius corpus morbo occupatum: variis doloribus differebatur. ¶ Nam febris quidem non mediocris erat. ¶ Prurigo autem intollerabilis habebat omnem corporis superficiem. ¶ Assiduis autem vexabatur coli tormentis. ¶ Pedesq; tã q̃ ex intercutis vitio tumuerat. ¶ Cum & inflatio vẽtriculi. ¶ Putredoq; testiculorum vermiculos generans. ¶ Prętera creber anhelitus & irrupta eum suspiria membrorumq; omnium contractio fatigabat: vt qui hæc ad diuinitatem referrent. pœnas eas esse dicerent sophystarum. ¶ Ille autem quãuis cum tot vitiorum cruciatibus luctaretur: vitę tamen cupidus erat: & remedijs excogitatis salutem sperabat. Deniq; iordanem trãsgressus apud callironem alias Calichon aquis calidis vtebatur quę in lacum feracem bituminis (quę asphaltidis vocatur) effluentes pro dulcedine potui sunt. Ibi autem corpus eius quod medicis oleo calidiore foueri placuerat in archam plenam dimersum ita dissolutũ est: vt etiam lumina quasi mortuis resoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant. ad clamorẽ quidem respicere visus est. Desperata vero salute militibus quinquagenas dragmas: multamq; pecuniam rectoribus atq; amicis diuidi iussit.

Jnti.li. xvij.c.ix Eg.li.i. cap.xix B

Multiplex Hęrodis morbus Febris Prurigo Colica passio Podagria Inflatio vẽtris putredo testiculorum vermes generãs membrorũ oim contractio. Militibus & rectoribus multã diuidit pecuniã

¶ Hęrodes morti proximus nobiliores iudeos iubet in ypodromo concludi & Salome sorori sue eius q̃ marito omnes (cum spiritum efflauerit) precepit occidere vt eum omuis iudea diem mortis sue illachrimarẽt Tunc quoq; litterę mortis agmes & Antipatri condennationis de roma apportantur. Hęrodes autem morbi doloribus victus seipsum malum parando cultello occidisset nisi Acia bus eius nepos manum tenuisset Antipatrum vero fiduciam repetentem & custodibus munera polícentem missis satellitibus iubet rex occidi & sine horrore in hircania sepeliri a cuius morte die quinto anno regni postq̃ Antigonum interfecit. xxxiij. & anno. xxxvij. postq̃ rex a Romanis est declaratus in rebus domesticis infeliciſſimus moritur: quo mortuo Salo vinctos liberauit. Ptholumeus vero anuli regis custos militum conuocata multitudine regis voluntatem declarans: Archelaum regem p̃ clamauit Cui populus & milites congratulati sunt Hunc ad sepeliendum regem operam dederunt nichilq; munificentię est prętermissum maximaq; cũ pompa in hęrodiõ castello vt iusserat est sepultus.

F

Hęrodes morti ꝓximus nobiliores iudeos iubet in ypodromo concludi & Salome sorori eiusq; marito p̃cepit vt eos in die mortis oẽs occidant. &c.

¶ Capitulum tricesimum secundum.

CVm autem rediens ad hierichonta veniſſet: atra iam bili correptus & pœne ipsa morte minitabatur factum nefarium excogitauit: Collectos enim huius vici ex omni iudea nobiliores in loco cui nomen est ypodromo concludi pręcepit. Deinde sorore Salome & Alexio eius marito ad se vocatis scio inquit mortem meam festis gaudijs celebraturos esse iudeos. Verum per alios lugeri potero & pręclariſſimos honores assequi sepulture: si (quę pręcipio) feceritis. Vos viros qui habentur in custodia cum animam efflauero statim militibus circundatis occidite vt etiam inuita omnis michi indea omnisq; domus illachrimet. ¶ Et simul his mandatis legatorum quos romam miserat epistolę sunt allatę: quibus agmen ancillam iussu cęsaris iteremptam & antipatrum morte damnatum esse indicabatur. Quinetiam si pater eum in exilium dare mallet: idq; permisisse cęsarem scriptum erat. ¶ Hęrodes autem paululum hoc nuncio recreatus. rursumq; doloribus malo: etiam cultellum poposcit. Sic enim comedere consueuerat. Deinde circumspecto ne quis arbiter impediret tanq̃ se percussurus dexteram sustulit Cumq; aciabus consobrinus eius accurriſſet manumq; continuisset: viulatus maximus in regia statim quasi rex esſ:t mortuus excitatus est. ¶ Eo p-

Jnti.li. xvij.c.ix Eg.li.i. cap.xix

Jnti.li. xvij.c.ix Eg.li.i. cap.xix

A pe audito antipater fiduciam repetit. letusq; iam custodes promissa etiam pecunia rogabat vt se solu-
uerent atq; dimitterent. Quod eorum princeps non solū ne fieret obstitit: sed etiam regi velociter nū
ciauit. Ille autem fortius exclamans q̄ vires egrotantis valebant. continuo satellitibus missis occidit
Iuti.li. xvii.c.x Eg.li.i. ca.xiv. antipatrum: mortuumq; sepelire precepit in hyrania. ¶ Deinde rursum corrigit testamentum & suc-
cessorem quidem Archelaum natu maximum antipatri fratrem scripsit: tetrarcham vero Antipham
Post interitum autem filij quinq; diebus exactis moritur annos quidem triginta quatuor ex quo in-
terfecit Antigonum regno potitus: triginta vero & septem postq̄ rex a romanis declaratus est. Et in
alijs quibus omnibus rebus secunda fortuna vsus est: ac si quis alius. Regnum enim quod priuatus si
bi quesierat: tanto conseruatum tempore filijs suis reliquit. In rebus autem domesticis infœlicissimus
fuit. ¶ Salome autem (anteq̄ resciret mortem regis exercitus) cum marito progressa vinctos absoluit
quos occidi mandauerat: ipsum dicens mutasse consilium & vnumquemq; iussisse domum dimitti at
q; ita per hos abeuntes militibus indicatur. ¶ Quibus in concionem cum alia turba in amphiteatrū
apud hiericonta collectis ptho'omeus anuli regis custos quo signare solitus erat & illum fortunatum
cœpit dicere & multitudinem cōsolari. relictamq; ab eo militibus epistolam recitauit in qua multum
rogabat vt beniuolo animo successorem suum fouerent. Deinde post epistolam testamētum legebat:
in quo philippum quidem trachonis proximarūq; regionum tetrarcham vero sicut supra diximus
antipham. regem autem archelaum scripserat. ei deniq; anulum ad cesarem ferre mandauerat. obsi-
gnatamq; regni administrari noticiam. Omniū namq; dispositionum suarum dominū & confirmato
rem esse cesarem voluit. Cætera vero seruari iuxta superius testamentum. ¶ Quo perlecto cōfestim
clamor secutus est omnium archelao gratulantium militesq; per cunctos & populos adeuntes suam
promittebant. deiq; beniuolentiam precabantur. ¶ Hinc ad sepeliendum regem operam contule-
Iuti.li. xvii.c.x Eg.li.i. ca.xiv. runt Nichil autem munificentię pretermisit archelaus: sed omnē ornatum extulit regnum in funeris
pompa ducendum. Lectus quidem totus erat auro gemmisq; distinctus: chorus autem purpura va-
riatus: corpusq; velatum super eum itidem purpura. capiti autem dyadema erat impositum. corona
vero desuper aurea: sceptrumq; ad dexteram. ¶ Et circa lectum filij cum propinquis preterea satelli-
tes agmenq; trachium germaniq; & galathę velut ad bellum instructi omnes antecedebant. Cętera
vero militum manus armata: duces suos ordinumq; principes sequebant decenter. Quingenti autē
seruí ac liberi odores ferebant. Corpus autem per ducenta stadia portatum est in castellum Herodiō
B ibiq; secūdum ipsius regis mandata sepultum est. Et herodis quidem hic finis fuit.

Antipatrū pos-
sit cētē custodibus
munera missis
satellitibus rex
iubet occidi &si
ne honore sepe
liri.

In rebus dome-
sticis infœlicissi-
mus fuit.
Salome mortuo
herode vinctos
absoluit. &c.

Fauor ppli Ar-
chelao.
Hærodis sepul-
tura pomposissi
ma & ornatissi-
ma.
Ordo assistentiū
in funere.
Herodis corpus
in castello hero
dion sepultum.

¶ Explicit Liber Primus.

¶ Incipit Liber Secundus.

¶ Archelaus diebus septem lugendo patrem consumptis: epulisq; ferialibus prolixe popu-
lo exhibitis (hic enim mos multos iudeorum ad inopiam redegit) candida indutus veste processit ad
templum ibiq; varijs fauoribus exceptis, a plebe humanissime vulgus recepit nomen. quia regnum
portam rex aquilam collocauerat auream eamq; tunc monebant sophystę vt tollerẽt pulchrum esse dicentes. Etiam si quod inde periculum immineret pro legibus patrijs mori nõ recusare. Sic enim decedentibus & animam immortalem: & bonarum rerum sensum perseuerare perpetuo. Minus autem fortes & sapientię suę nescios amare animam imperitia magisq; morbo cupere q̃ virtute defungi. Dũ hęc illi dissererent rumor subito peruagatur regem fere iam mori. Vnde etiam confidentius adolescẽtes conamen adorsi sunt. Ipsoq; meridie cum plurima multitudo versaretur in templo: dimissam funibus aquilam ex tecto auream securibus abscidebant. Quare statim regis duci nunciata: non parua ille comitatus manu cucurrit ad templum: & prope ad quagraginta iuuenes cõprehensos regi exhibuit. Qui primum interrogati an aquilam ipsi auream cõcidere ausi essent fecisse confessi sunt. Deinde quo iubente: lege patria respõderunt. Dum vero quid tantum exultarent quibus mors immineret ab his quereretur: quia post mortem bonis plurimis frui sperarent: asseruerunt. His itaq; rex commotus: magnitudine irę morbum superat: atq; in concionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos inuectus & q̃ occasione legis patrię quędam maiora temptassent veluti impios dignos esse supplicio iudicauit. Populus autem metuens ne per multos iret quęstio precabatur vt primum facinoris suasoribus deinde in eo deprehensis pœne subditis: cęteris indignationẽ remitteret. Tandem igitur exoratus. & ipsos rex qui funibus dimissi erant: cum sophistis viuos incendit & reliquos qui vna comprehensi sunt obtruncandos carnificibus tradidit. ¶ Hinc totum eius corpus morbo occupatum: variis doloribus differebatur. ¶ Nam febris quidem non mediocris erat. ¶ Prurigo autem intollerabilis habebat omnem corporis superficiem. ¶ Assiduis autem vexabatur coli tormentis. ¶ Pedesq; tã q̃ ex intercutis vitio tumuerat. ¶ Cum & inflatio vẽtriculi. ¶ Putredoq; testiculorum vermiculos generans. ¶ Prętera creber anhelitus & irrupta eum suspiria membrorumq; omnium contractio fatigabat: vt qui hæc ad diuinitatem referrent. pœnas eas esse dicerent sophystarum. ¶ Ille autem quãuis cum tot vitiorum cruciatibus luctaretur: vitę tamen cupidus erat: & remedijs excogitatis salutem sperabat. Deniq; iordanem trãsgressus apud callironem alias Calichon aquis calidis vtebatur quę in lacum feracem bituminis (quę asphaltidis vocatur) effluentes pro dulcedine potui sunt. Ibi autem corpus eius quod medicis oleo calidiore foueri placuerat in archam plenam dimersum ita dissolutũ est: vt etiam lumina quasi mortuis resoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant. ad clamorẽ quidem respicere visus est. Desperata vero salute militibus quinquagenas dragmas: multamq; pecuniam rectoribus atq; amicis diuidi iussit.

Inti. li. xvij. c. ix Eg. li. i. cap. xiv

D

Inti. li. xvij. c. ix Eg. li. i. cap. xiv

b

¶ Hęrodes morti proximus nobiliores iudeos iubet in ypodromo concludi & Salome sorori suę eius q̃ marito omnes (cum spiritum efflauerit) præcepit occidere vt eum omnis iudea diem mortis suę illachrimarẽt. Tunc quoq; litterę mortis agmes & Antipatri condennationis de roma apportantur. Hęrodes autem morbi doloribus victus seipsum malum parando cultello occidisset nisi Aciabus eius nepos manum tenuisset Antipatrum vero fiduciam repetentem & custodibus munera policentem missis satellitibus iubet rex occidi & sine honore in hircania sepeliri a cuius morte die quinto anno regni postq̃ Antigonum interfecit. xxxiij. & anno. xxxvij. postq̃ rex a Romanis est declaratus in rebus domesticis infœlicissimus moritur: quo mortuo Salo vinctos liberauit. Ptholumeus vero anuli regis custos militum conuocata multitudine regis voluntatem declarans: Archelaum regem p̃clamauit Cui populus & milites congratulati sunt Hunc ad sepeliendum regem operam dederunt nichilq; munificentię est prętermissum maximaq; cũ pompa in hęrodiõ castello vt iusserat est sepultus.

F

Hęrodes morti p̃ximus nobiliores iudeos iubet in ypodromo concludi & Salome sorori eiusq; marito p̃cepit vt eos in die mortis oẽs occidant. &c.

Hęrodes fratrẽ parando pomũ occidisset nisi aciabus manũ teneret impediret tanq̃ se percussurus dexteram sustulit Cumq; aciabus consobrinus eius accurrisset manumq; continuisset: vlulatus maximus in regia statim quasi rex esset mortuus excitatus est.

¶ Capitulum tricesimum secundum.

¶ Vm autem rediens ad hierichonta veniisset: atra iam bili correptus & pœne ipsa morte minitabatur factum nefarium excogitauit: Collectos enim huius vici ex omni iudea nobiliores in loco cui nomen est ypodromo concludi præcepit. Deinde sorore Salome & Alexio eius marito ad se vocatis scio inquit mortem meam festis gaudijs celebraturos esse iudeos. Verum per alios lugeri potero & p̃clarissimos honores assequi sepulture: si (quę p̃cipio) feceritis. Vos viros qui habentur in custodia cum animam effiauero statim militibus circundatis occidite vt etiam inuita omnis michi indea omnisq; domus illachrimet. ¶ Et simul his mandatis legatorum quos romam miserat epistolę sunt allatę: quibus agmen ancillam iussu cęsaris iteremptam & antipatrum morte damnatum esse indicabatur. Quinetiam si pater eum in exilium dare mallet: idq; permissse cęsarem scriptum erat. ¶ Hęrodes autem paululum hoc nuncio recreatus. rursumq; doloribus victus: nam inedia tussiq; pariter violentia distendebatur: fatum peruenire conatus est. Sumptoq; malo: etiam cultellum poposcit. Sic enim comedere consueuerat. Deinde circumspecto ne quis arbiter impediret tanq̃ se percussurus dexteram sustulit Cumq; aciabus consobrinus eius accurrisset manumq; continuisset: vlulatus maximus in regia statim quasi rex esset mortuus excitatus est. ¶ Eo p̃-

Inti. li. xvij. c. ix Eg. li. i. cap. xiv

Inti. li. xvij. c. ix Eg. li. i. cap. xiv

Ape audito antipater fiduciam repetit. letusq; iam custodes promissa etiam pecunia rogabat vt se solverent atq; dimitterent. Quod eorum princeps non solū ne fieret obstitit: sed etiam regi velociter nūciauit. Ille autem fortius exclamans q; vires egrotantis valebant. continuo satellitibus missis occidit antipatrum: mortuumq; sepelire precepit in hyrania. ¶ Deinde rursum corrigit testamentum & successorem quidem Archelaum natu maximum antipatri fratrem scripsit: retrarcham vero Antipham Post interitum autem filij quinq; diebus exactis moritur annos quidem triginta quatuor ex quo interfecit Antigonum regno potitus: triginta vero & septem postq̄ rex a romanis declaratus est. Et in alijs quibus omnibus rebus secunda fortuna vsus est: ac si quis alius. Regnum enim quod priuatus sibi quesierat: tanto conseruatum tempore filijs suis reliquit. In rebus autem domesticis infoelicissimus fuit. ¶ Salome autem (anteq̄ resciret mortem regis exercitus) cum marito progressa vinctos absoluit quos occidi mandauerat: ipsum dicens mutasse consilium & vnumquemq; iussisse domum dimitti atq; ita per hos abeuntes militibus indicatur. ¶ Quibus in concionem cum alia turba in amphiteatrū apud hiericonta collectis pthol'omeus anuli regis custos quo signare solitus erat & illum fortunatum cœpit dicere & multitudinem cōsolari. relictamq; ab eo militibus epistolam recitauit in qua multum rogabat vt beniuolo animo successorem suum fouerent. Deinde post epistolam testamētum legebat: in quo philippum quidem trachonis proximarūq; regionum tetrarcham vero sicut supra diximus antipham. regem autem archelaum scripserat. ei denicq; anulum ad cesarem ferre mandauerat. obsignataq; regni administrari noticiam. Omniū namq; dispositionum suarum dominū & confirmatorem esse cesarem voluit. Cetera vero seruari iuxta superius testamentum. ¶ Quo perlecto cōfestim clamor secutus est omnium archelao gratulantium militesq; per cunctos & populos adeuntes suam promittebant. deiq; beniuolentiam precabantur. ¶ Hinc ad sepeliendum regem operam contulerunt. Nichil autem munificentię pretermisit archelaus: sed omnē ornatum extulit regnum in funeris pompa ducendum. Lectus quidem totus erat auro gemmisq; distinctus: chorus autem purpura variatus: corpusq; velatum super eum itidem purpura. capiti autem dyadema erat impositum. corona vero desuper aurea: sceptrumq; ad dexteram. ¶ Et circa lectum filij cum propinquis preterea satellites agmenq; trachum germaniq; & galathę velut ad bellum instructi omnes antecedebant. Cętera vere militum manus armata: duces suos ordinumq; principes sequebanť decenter. Quingenti autē serui ac liberi odores ferebant. Corpus autem per ducenta stadia portatum est in castellum Hęrodiō ibiq; secūdum ipsius regis mandata sepultum est. Et herodis quidem hic finis fuit.

Antipatrū pollicētē custodibus munera missis satellitibus rex iubet occidi & sine honore sepeliri.

In rebus domesticis infoelicissimus fuit.

Salome mortuo herode vinctos absoluit. &c.

Fauor ppli Archelao.

Hærodis sepultura pomposissima & ornatissima.

Ordo assistētiū in funere.

Hęrodis corpus in castello herodion sepultum.

¶ Explicit Liber Primus.

¶ Incipit Liber Secundus.

¶ Archelaus diebus septem lugendo patrem consumptis: epulisq; ferialibus prolixe populo exhibitis (hic enim mos multos iudeorum ad inopiam redegit) candida indutus veste processit ad templum ibiq; variis fauoribus exceptis, a plebe humanissime vulgus recepit nomen. quia regnum donec a Cęsare fuisset confirmatum recusauit. Tuncq; gauisa multitudo magnis petitionibus mētem eius tentare cœpit qui in gratiam populi cunctis postulatis facile annuebat post meridiem autem suscitata est aliquorū pro morte iniusta iuuenum qui aquilam de templi porta abstulerant maxima seditio quos Archelaus verbis magis q̄ vi sedare volens magistrū militum mittit rogans vt quiesceret sed illum lapidibus perturbauit vnde Archelaus die festo Azimorum ne cresceret seditio armatorū misit cohortem quorum vulgus multos lapidibus interfecit vulnerato Chiliarcho iudeorum vero in sacrificijs occupatorum alijs fugientibus tria milia occisa sunt. Archelaus autem Philippo fratre regni dimisso procuratore Romam cum matre & amicis iuit & Salome vna cum filijs Sabinus vero Syrie procurator pro cōseruatione pecuniarū Herodis venit in iudeam quem varus inhibuit ipse tamē Archelao romam profecto hierusalem veniens regiam tenet & custodibus euocatis pecuniarum rationes discutere conatus est.

Capitulum Primum.

Antiq. li. xvij. c. x. Eg. li. i. ca. xiv.

VRBARVM autem nouarū principium fuit Archelao Romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in lugendo patrem cōsumptis epulisq; ferialibus prolixe populo exhibitis, hic autem mos apud iudeos necessarios multos ad inopiā redegit: nam qui eum neglexerit impius estimatur candida veste indutus procedit ad templū: ibiq; variis fauoribus exceptis a plebe ipse quoq; excelso tribunali solio q; aureo sedēs hūanissime vulgus adeuit: eiusq; & q; sepulturā patris sedulo curauissent gratias egit & quos sibi quasi certo iā regi magnos homines habuissent. Verū se nō ait nō potestate solum in-

Sūptuosa sepultura iudeorum multos ad inopiā redegit.

terim sed etiam ipso regis nomine temperare donec a cęsare sibi fuerit cõfirmata successiõ: qui etiam testamento rerum esset omnium dominus constitutus. Idcirco enim se apud hierichõta voluntati ex D
ercitus restitisse: cum sibi diadema voluisset imponere. Cęterum alacritate ac beniuolentia ęque mili-
tibus etiam populo plenam se vicissitudinem relaturum si ab his quorum etiam esset imperium cer-
tus rex declaratus fuisset studiumq; sibi fore vt erga illos rebus omnibus patre melior appareret.

Ppli varia petitio ab archelao nouo rege.

¶ His gauisa multitudo statim eius mentem magnis tentare petitionibus cœpit. Namq; alij tribu-
ta leuari: alij vectigalia tolli. quidem solui custodiam acclamabant. Cunctis autem postulatis in gra-
tiam populi facile annuebat Archelaus: deinde celebratis hostijs cum amicis erat in ępulis. ¶ Ecce
autem post meridiem congregati non pauci nouarum rerum studiosi vbi communis luctus de rege
cessauit: propria lamenta suscipiunt: flentes eorum casum quos propter abscissam ex porta templi a-
quilam auream Herodes morte damnauerat: dolor autem nõ occultus erat sed clarissimis quęstibus
fletuq; iusto & planctu ciuitas personabat: virorum causa videlicet quos pro templo ac legibus pa-
trijs interisse dicebant. Eorum autem mortis pœnas ab illis quos herodes pecunia donasset repeten-
tes esse clamitabant. Ac primum quem is constituerat pontificem reijciendum atq; alium pietate prę
stantem magisq; purum optari debere. Quibus & si mouebat Archelaus ad vltionem: tamen eũ pro
fectionis festinatio continebat. metuentem ne si multitudinem reddidisset inimicam: motu eius impe
diret. Quamobrem monendo magis q̃ vi experiebatur sedare turbatos missoq; magistro militum vt
quiescerent eos rogabant. Sed illum seditionis auctores vbi ad templum venit priusq̃ verbum faceret
lapidibus perturbant & alijs post eum mulcẽdi sui gratia missis: multos enim allegabat archelaus ira-
cunde omnia responderunt neq; si numero aucti fuissent ociosi fore videbant. ¶ Itaq; instante Azi-
morum festo die qui apud iudeos pascha vocitatur plurimarũ victimarum copia plenus infinita qui
dem ad templum ex agris multitudo religionis causa descendit cum illi qui sophistas lugebãt in pha
no consisterent nutrimenta seditioni querentes. Hoc autem metu Archelaus antẽq̃ omnem populũ
morbus iste corrumperet cohortem militum & chiliarchum qui etiam seditionis principes compręhẽ
derent eo dirigit contra quos omne vulgus excitatum multos lapidum ictibus interfecit. Saucius ve-
ro chiliarchus vix elabitur. Et illi quidem statim veluti nichil mali factum esset ad celebrãda sacra cõ
uersi sunt. Sed Archelao sine cede iam multitudo comprimi posse non videbatur. Quamobrẽ totum
illis immisit exercitum: pedites per ciuitatem simul omnes: equitesq; per campum. Qui cum sacrifi- E
cijs occupatos singulos inuasissent: prope ad tria milia hominum occidunt: reliquam vero manũ per
muros proximos deiecerunt. Precones autem sequebãtur Archelaum: iussu eius vnumquemq; vt do
mum rediret ammonendo. Itaq; cuncti neglecta dei festiuitate abierunt. ¶ Ipse autem cũ matre nec. Anti. li.
non & Popla & Ptholomeo & Nicholao amicis ad mare descendit: relicto Philippo regni procura- xvij. c. xi
tore itemq; rerum familiarium curatore. Vna vero aggressa est cum filijs suis Salome: fratrisq; regis fi
lij genere: specie quidem velut Archelao ad obtinendam successionem adiumento futur' certa vero
causa quę contra leges in templũ admissa fuerant delaturi. ¶ Interea fit filis cęsareę sabinus obuiam
Syrię procurator ad iudeam veniens: ad pecunias custodiẽdas Herodis. Quem vlterius progredi va
rus inhibuit multis accitus Archelai precibus: intercedente Ptolomeo. Et tunc quidẽ Sabinus in gra-
tiam vari neq; ad arces venire properauit neq; thesauros paternę pecunię clausit Archelao: sed vsq;
ad cognitionem se cęsaris ociosum manere pollicitus. apud Cęsaream commorabatur. Postea vero q̃
sibi obstantium vnus Antiochiam petiit alter hoc est Archelaus Romam nauigauit: mature profe-
ctus in hierosolimam regiam tenet. Custodumq; principibus itemq; dispensatoribus euocatis ratio-
nes pecuniarum discutere conabatur & arces occupare tentabat. Non tamẽ immemores Archelai
mandatorũ custodes erant Sed in obseruando singula quęq; perseuerabant: causam custodię magis F
Cęsari q̃ Archelao tribuentes.

¶ Antipas cum Archelao de regno certabat defendens primum testamẽtum in quo rex fue-
rat inscriptus posteriora firmius similiter romam nauigauit secum ducens matrem & amicos cum hi
reno oratore acerrimo. Iudei autem Romanos iudices magis q̃ regem petebant & Antipam q̃ Ar-
chelaum quem etiam Sabinus apud Cęsarem accusauerat. Antipam vero cui etiam Salome fauebat
multum laudauerat Cęsar itaq; hinc & inde acceptis instrumentis optimates romanorum ad
cõcilium vbi Antipater Salome filius: is enim orator erat acerrimus: accusationem
laudans ipsum asserens auctoritate propria regnum vsurpasse totius orationis vires in
rum qui ab eo circa templum die festo azimorum ceci
tũ non valere probabat cum tunc sanę mentis inopinanter & ad singula testes adhibit
Archelai defensor ad accusationes respondens eadem in templo necessario facta
rationibus cõfirmauit herodis testamentũ. Vide omnibus expositis Cęsar Archelaum

A fua accedentem erexit dignum regno oſtendens nichil vero certum pronunciauit.

¶ Capitulum ſecundum.

Antipas regnū petebat primū teſtamētum (in quo fuerat rex ſcriptus) poſteriore firmius defendēs & ſecū ducebat matrē & ptolomeum. &c.

Antī.li. xvij.c.xij Eg.li.ij ca.i.

¶ Vm hęc autem antipas quoq; de regno certabat. poſteriore ſuperius hęrodis teſtamētum firmius eſſe defendēs in quo rex ipſe antipas fuerat ſcriptus. eiq; ſe tam ſalome q̄ multi alij cognati qui cum Archelao nauigarent. ſuffragio fore promiſerant. Ducebat autem ſecum matrem fratremq; nicholai ptholomeum: in quo pro fide apud hęrodē probata nō nichil videbatur eſſe momenti. Namq; illi fuerat clariſſimus amicorum Oratori autem hyreneo propter dicendi acrimoniam plurimam confidebat. Vnde etiam qui ſe monuerant vt archelao pro etatis merito & ſecundi teſtamenti voluntati cederet: audiendos eſſe non cenſuit. ¶ Romę vero migrauerunt ad eum cunctorum ſtudia propinquorum quibus inuiſus erat archelaus quibus pręcipue liberi omnes ſui iuris eſſe cupiebant & aut romano magiſtratu amminiſtrari: aut ſi hoc non imperarent Antipā regem habere. Ad hoc etiam ſabini ope nitebatur antipas: qui archelaum per epiſtolas accuſauerat apd cęſarem. antipam multū laudauerat. Itaq; digeſta crimina ſalome & cęteri qui cum ea ſentirent cęſari tradiderunt & poſt eos archelaus geſtorum ſuorum per ſcripta capitula patriſq; anulū per ptolomeum artioreſq; amminiſtrationis intromiſit ad cęſarem. ¶ Ille autem ſecum premeditatus ea quę ab vtraq; parte dicerentur: vbi & regi magnitudinē multitudinemq; reddituum animaduertit. atq; inſuper Hęrodis familiam numeroſam. prędectis etiam vari & Sabini litteris: optimates Romanorū an concilium vocat. In quo tunc primum ex agrippa filia ſua natum gaium ſedere iuſſit filium adoptiū atq; ita partibus proſequēdi copiam dedit. ¶ Igitur ſalomes filius antipatri namq; is erat orator acerrimus eorum qui aduerſabantur Archelao accuſationem propoſuit inſimulans archelaum quaſi verbis quidem videretur de regno contendere. re autem vera iamdudum rex eſſet effectus & apud aures modo Cęſaris cauillaretur: quem iudicē ſucceſſionis expectare noluiſſet. Nam poſt hęrodis mortem quibuſdam vt diadema ſibi imponerent ſubornatis. regis eum more in ſolio reſidentem partim ordines militię permutaſſe partim cōdonaſſe promotiones & inſuper annuiſſe omnia populo quęve lut a rege impetrāda petiuiſſet: maximorūq; reos criminum quos pater ſuis vinxerat abſoluiſſe. Qui

Antī.li. xvij c.xij Eg.li.ij ca.i.

B cum iſta feciſſet: modo regni vmbrā a domino poſtulaturus veniſſet cuius ſibi corpus ipſe rapuiſſet: vt non rerum: ſed vocabulorū eſſe dominum Cęſarem demonſtraret. ¶ Ad hęc ei q̄ etiam luctū patris aſſimulaſſet obijciebat: cū interdiu quidē perſonam componeret in mœrorem: noctu vero ad cōmeſſationes vſq; potaret. Denicq; ſeditionem vulgi ex hac indignationem cōflatam eſſe dicebat. Totius autē orationis ſuę vires eorum multitudine qui circa templum ceſi fuerant aſtruebat. Hos enim ad feſtum quidem veniſſe diem: ad hoſtias vero quas ipſi mactandas venerant crudeliter eſſe iugulatos: tantū in templo funerum eſſe congeſtum quantū nullum ab externis illatum bellum implacabile congeſſiſſet. Itaq; huius crudelitatis Hęrode preſcio alias pręſſo ne ſpe quidem regni eum vnq̄ dignū eſſe viſum niſi cū ſane mentis inops erat anima deterius egrotante q̄ corpore & quem in ſecundo teſtamento ſucceſſorem ſcriberet ignorabat. pręſertim qui priori teſtamento ſucceſſorē ſcriptum incuſare nichil poſſet quod incolumi corpore omniq; vitio purgata mente feciſſet: vt tamen quis firmius eſſe ponat morbo laboranti arbitrium ipſum ſe Archelaum abdicaſſe regia dignitate multis in eam cōtra leges admiſſis. Nam qualis foret ſi acciperet a cęſare principatū: qui anteq̄ acciperet ſi tantum populū peremiſſet. ¶ Multa in hunc modum proſecutus antipater: multis ex numero circūſtantiū propinquorū in ſingula crimia teſtibus exhibitis perorauit. ¶ Surrexit aūt Nicholaus defenſor Achelai

Antipr ad ſingula crimina teſtes adhibuit.

Antī.li. xvij c.xij Eg.li.ij ca.i.

& ante omnia cedem in templo neceſſario factam eſſe perdocuit. Nam quorum necis argueretur nō regni ſolum ſed etiam ipſius iudicis id eſt cæſaris hoſtes fuiſſe: aliorū autem criminū ſuaſores aduerſarios demonſtrauit. Secundūvero teſtamēto idcirco ratum manere poſtulabat: q̄ Hęrodes in eo ſucceſſoris ſui firmatorem Cæſarē conſtituiſſet. Nam qui tantum ſaperet vt rerum domino poteſtas ſuC cederet nec vnq̄ in Hęrodis erraſſe iudicio. Sed ſano corde quem cōſtituere elegiſſe: qui per quē cōſtitui deberet non ignorauit. ¶ Cum autem oībus expoſitis etiam Nicholaus peroraſſet: in mediū ꝓgreſſus archelaus ad genua cęſaris accedit: ocioſe. Quo pbenigne a cęſaris erecto q̄ paterna quidem ſucceſſione dignus eſſet oſtendit. certum vero nichil pronunciauit.

De teſtamēto ſecundo. Cęſar archelaū ad genua ſua accedētem erexit dignum regno oſtendens.

¶ Cęſar (dimiſſo conſilio) ſecum de cognitis deliberans anteq̄ tamē quicq̄ ſtatueret mater archelai moritur & varie littere de Syria iudeos defeciſſe nūciantes prolatę ſunt varus enim hoc proſpiciens (abeunte Archelao romam) hieruſalem aſcendit vt ſeditioſos cohiberet. Sabinū namq; ludeos exactionibus opprimentem ipſorum contra eum maxima multitudo in feſto pentecoſtes cōgregata eſt in tres partes diuiſa vnde perterritus vari petit auxilium & in Phaſelum turrim altiſſimam euaſit maximaq; facta eſt pugna. Iudei namq; (ſuccenſis porticibus) flamma comprehenſi conſumebantur aut in hoſtes deſilientes ab ipſis occidebantur ipſi vero audaciores facti ex precedenti nece templi q;

thesauri spoliatione contra Romanos facti sunt quibus ruffus & Gratus cum exercitu sociarum Sabi D
nus tum iudeis libertatem promittentibus. pollicitationibus non confidebat.

¶ Capitulum tertium.

Mater archelai moritur. Varus lras ad cesarē mittit tu deor⁹ seditiões significās. Sabinus iudeos exactiõibus oppressit cõtra quē maxima iu deorũ multitudo in festo pen tecostes cõgregata in tres par tes diuisa est.

Sabinus pterri tus vari petit auxiliũ & i pha selo turri altissi ma euasit.

Maxia pugna. Iudei/ succēsis porticibus flam ma cõprehensi cõsumebãt aut in hostes desili entes ab ipsis occidebãt. &c.

Ruffus & gra tus cum suis ro manis sese soci arunt. Sabinus dubi us pollicitatio nibus non cõfi debat.

ILlo autem die dimisso cõsilio secum ipse de cognitis deliberabat vtrum ex his qui te stamento continerẽtur aliquam regni oporteret constitui successorem: an toti familię distribui principatum. Multitudo enim personarũ egere subsidio videbat. ¶ Sed an teq̃ de his quicq̃ statueretur a Cęsare mater Archelai martache morbo corrupta mori tur: & varię litterę de syria iudeos perlatę sunt defecisse nũciãtes. Quod varus fore p spiciens in hierosolimã postq̃ archelaus nauigaret. ascendit: vt incentores seditiõis co hiberet. Et quia multitudo cessatura nõ videbat: ex tribus quas Syriam secũ duxerat cohortibus vnã in ciuitate reliquit: atq; ita in anthiochiam ipse remeauit. At Sabinus cum postea in hierosolimã venis set causas nouarũ rerum iudeis prebuit: modo vim custodibus vt sibi arces traderent adhibẽdo: nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem solis relictis a varo militibus fœtus erat Sed etiam seruorũ suorum multitudine: quos etiam oẽs armatos auaricię ministros habebat. Festo autem quin quagesimę die (quę pentecostes a iudeis vocatur) species septem diebus exactis rediens. ex eorũ nu mero vocabulum nacta non religionis solemnitas populum sed indignatio cõgregauit. Deniq; con cursus infinitę multitudinis ex galilea itemq; idumea & hiericonte transq; Iordanem positis regioni bus factus est cum indigena ex ipsa ciuitate populus iudeorum & numero simul & alacritate præsta ret & tripertita manu terna castra collocarũt vna in septentrionali regione templi: altera in meriada na Ypodromum versus tertiaq; in occiduo prope regiam tractu circunsessos Romanos vndiq; obside bant. ¶ Sabinus autem multitudine pariter eorum spiritusq; perterritus crebris quidem varum nun cijs precabatur vt q̃ mature ferret auxilium quasi lanianda cohorte si quid more interuenisset. Ipse ve ro in altissima castelli turri (quę phaselus vocabatur) euasit fratris herodis cognomie quem parthi ne cauerũt. Hinc militibus cohortis vt in hostes irruerent: signum dabat. Iam prę timore quibus ipse prę erat descendere nullus audebat. Cuius autem precepto milites obedientes in templum volant vehe mentiq; cum iudeis pugna confligunt. In qua dum nemo desuper adiuuaret: imperitos belli pericia E
superabat. Postea vero q̃ multi iudei porticibus occupati alias occupatis a vertice sagittis eos appe tebant. plurimi conterebantur: & neq; ex alto iaculantes vlcisci facile poterant neq; cominus dimicã tes ferebant. Ab vtrisq; tamen afflicti: succendunt porticus opere magnitudine atq; ornatu mirabiles ibiq; cum multi flamma subito comprehensi aut ea consumebantur aut in hostes desilientes ab ipsis occidebantur. Alij retrorsum cedentes precipitabant ex muro: nonnulli desperata salute incendij pe riculum suis gladijs prequeniebant. Qui tamen ex mœnibus obrependo in Romanos fecissent impe tum metu attoniti nullo negocio subigebantur donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis te sauro dei defensoribus destituto manus milites attulerunt: & quadraginta ex eo talenta diripuerunt quorum quę furto sublata non sunt congregauit sabinus At iudeos multo plures magisq; pugnantes tam virorum q̃ opum interitus in romanos contraxit obsessaq; his regia minitabantur exicium. nisi q̃ primum modo se cederent: sabino si vellent vna cum cohorte militum abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabantur regalium plurimi: qui ad eos sponte transfugerant. Pars tamẽ bellicosior erat sebastenorum tria milia. Hisq; prepositi rufus & Gratus. vnus peditum rector: at vero equitum rufus quorum vterq; in corporis atq; prudentia etiam si nullam manum obedientem haberent. magnum tamen momentum belli Romanis addidissent. Itaq; iudei quidem instare obsidioni simul & castelli mœnia temptantes & ad sabinum clamantes vt nullo impediente discederet habituri pro tanto tem pore patriam libertatem. ¶ Sabinus autem q̃is optaret euadere fidem tamen pollicitationibus non habebat. sed eorum lenitatem insidiarum esse illecebram suspicabatur. simulq; auxilium vari sperans F
obsidionis periculum perferebat.

¶ Mortuo Herode absenteq; Archelao multi regnum cupierunt vsurpare. duo namq; vete ranorum militum milia/ qui sub Herode militauerunt: in Idumea congregati cum regalibus decerta uerunt: quibus Actabus regis consobrinus repugnauit. in inferiore autem galilea Iudas ezechię latro num principis filius aulam regiam inuasit. Symon quoq; herodis seruus impositio sibi dyadema de regina in hiericonte igne concremauit: quem tamen fugientem gratus vertice percussum occidit. pre terea Artonges pastor corporis animęq; fiducia confusus & in fratribus regnum ausus est affectare. qui contra romanos & regios bellum parauit. Varus autem acceptis Sabinis litteris magnum congre gans exercitũ venit in iudeam cui Berithij & Arethas rex dederunt subsidium. & sephori capta ciui tate eam igni cõbussit incolis captiuis. Arus quoq; vicus direptus est. Et Saffus depopulatus Emaus etiam castellũ comburit. Aduenientę vero varo hierusalẽ oẽs seditionis causas in alios cõferebant

Iuuenal. lib. xiii. ca. xiii.

A Cui Ioſephus Archelai conſobrinus & cum grato ruffus & Romana cohors obuiam alia parte Sabino abſcedente venerunt varus autem diſpartito exercitu ſeditioſorū fere duo milia crucifixit & multitudini data venia duces ad cęſarem interrogandos miſit qui regis propinquos quia contra regem bella mouerant iuſſit interfici.

Capitulum quartum.

Iuſti. li. xvii. capit. xvij.

EOdē tēpore per iudeam plurimis locis tumultus erat multoſq; ad regni cupidinē tempus impulſerat. Nā in idumea quidē duo milia veteranorū qui ſub herode militauerant cōgregati armiſq; inſtructi cū regalibus decertabāt quibus aciabus regis cōſobrinus ex vicis munitiſſimis repugnabat cāpeſtre pręliū declinādo. ¶ Inferiori autē galileę iudas filius ezechię latronū principis ab herode quondā rege capti qui tunc illas regiones vaſtauerat nō parua multitudine collecta. raptiſq; regis armentarijs & oibus quos circa ſe habebat armatis: cōtra potētię cupidos manus mouebat. ¶ Trans flumē quoq; ſymon quidam ex regalibus ſeruis pulchritudine ſimul & vaſtitate corporis frœtus. impoſito ſibi dyadēmate cū latronibus quos congregauerat ipſe circuiens & apud hierichonta regiā & multa alia magnifica diuerſoria igni corrupit facilē ſibi prędam ex incēdio cōparans Omneſq; habitationes in quibus aliquid erat decoris concremaſſet niſi gratus legionū rector ex trachone ſagittarios. itēq; ſebaſtenorū pugnaciſſimos ducens properaſſent occurrere vbi peditū quidem in pugna multi cōſumpti ſunt. Ipſe autē ſymonē cōpendio pręuenit ardua valle fugientē: & ex trāſuerſo percuſſum in vertice deiecit. Incēſę ſunt autē & quęcūq; iordani proximę fuerunt ſedes regię apud betharantes alias Betharamathē quorūdam aliorū manu cōflata ex locis vlterioribus. ¶ Tūc etiam paſtor quidā cui nomē erat artonges regnū affectare auſus eſt. Quod vt ſperaret in corporis animęq; fiducia mortē cōtemētis ipulſis eſt ac prętera fratrū ſibi ſimilū robore quorū ſingulis tanq̄ ducibus & ſatrapis attributa manu armatorū ad incurſus vtebatur. Ipſe autē veluti rex maiora negocia procurabat. Et tunc quidē ſibi etiam coronam impoſuit. Nō paruo autem poſt tēpore cum fratribus ſuis vaB ſtando territoria: & occidendo pręcipue romanos itemq; regios perſeuerauit cū neq; iudeorū quiq̄ effugeret: qui lucrū ferens aliquod veniſſet in manus. Auſi ſunt autē apud Amathuntam comparatū romanorū agmen obſidere: qui frumenta cohorti atq; arma portabat. Vbi arrium quidem centurionem & quadraginta fortiſſimos iaculis confixere. Cęterivero in periculo conſtituti ſimilia ſuſtinendi auxilio grati qui cum ſebaſtenis aduenit elapſi ſūt. ¶ Multis in hunc modū cōtra indigenas itemq; alienigenas per omne bellum geſtis poſt aliquod tēpus tres ex his cōprehenſi ſunt natu quidē maximus ab archelao duo vero qui etate ſequębātur in manus grati ac ptolomei delati. Nā quartus archelao pactione cōceſſit: ſed hic eos poſtea finis ſecutus eſt. Tūc autē latrocinali bello cunctā inflāmabat

Iuſti. li. xvii. capit. xvij.

iudeam. ¶ Varus autē acceptis ſabini & principū litteris: toti cohorti metuēs opem his ferre properabat. Itaq; cū duabus reliquis cohortibus & quatuor alijs equitū in ptolomaida ꝓfectus eadē regū atq; optimarū auxilia cōuenire iuſſit. Ad hęc a berithijs etiā cū per eorū trāſiret oppidū millę & quingentos accepit armatos. Vbi vero in ptolomaidē tam cętera manus auxiliorū q̄ propter herodis ſimicitias arethas rex arabū nō cū exiguo numero equitū peditūq; peruenit: ſtatim exercitus partē in galileam quę ptolomaidi propinquior erat dirigit amico ſuo gaio his rectore ꝓpoſito. Qui mox & aduerſus quos ierat oēs in fugā vertit & ſephori ciuitate capta ipſam quidē incēdit icolas vero eius ſeruitio ſub

Iuſti. li. xvij. capit. xviij

iugauit. Varus autē ipſe cū oi exercitu ſamaria potitus ciuitate quidē abſtinuit: q̄ inter aliorū turbas nichil eā mouiſſe deprehēdit. ¶ Caſtris autē ad vicū poſitis qui appellatur arū ptolomei poſſeſſionē ꝓpterea direptā ad barbaris & ab amicis herodis qui ptolomeo infenſi erāt. ¶ Inde ad ſafo progreditur alterū vicū tutiſſimū quē ſimiliter oēſq; redditus ibi repertos fuerāt depopulati. Cedis autē igniq; plena erāt oia nec prędę barbarorū quidq̄ obſtabat. ¶ Exuſta eſt aūt ēmaus alias emaus iuſſu vari necē arij cęterorūq; indigne ferētis. habitoribus eius fuga diſperſis. Hic progreſſus ad hieroſolymā cū exercitu: ſolo viſu iudeorū caſtra diſiecit. Et alij quidē per agros abire fugiētes: qui vero intra ciuitatē degebāt ſuſcepto eo ſeditionis cauſas i alios cōferebāt. nihil quidē ſe pœnitus mouiſſe dicentes: ſed propterdiē feſtū recepta neceſſario multitudine in ciuitate obſeſſos eſſe potius cū romanis q̄ diſſidētibus cōſpiraſſe. Ante vero obuiam venerant. Ioſephus archelai cōſobrinus: & cū grato rufus agentes exerC citū regnū & ſebaſtenos & ex romana cohorte milites ornatos habitu cōſueto. Sabinus ēm nec i faciē vari venire paſſus: iādudū ex ciuitate ad mare diſceſſerat. ¶ Varus aūt diſpertitū aduerſus auctores tumultus per agros dimiſit exercitū: multiſq; ſibi exhibitis quos minus turbulētos iueniſſet cuſtodię tradidit: maxime vero nocētiū ꝓpe ad duo milia crucifixit. ¶ Adhuc aūt circa idumeam ſupereſſe arma torū decē milia nūciato. cōfeſtim arabas domū abire iubet q̄ eos nō auxiliātiū more vti militia: ſed ꝓ ſua libidine. & ſupra q̄ ipſe vellet agros vaſtare proſpexit: ſuis aūt comitatus agminibus i aduerſarios ꝓperabat. Verū ille ſe varo priuſq̄ in manus veniretur: aciabi cōſilio tradiderūt. Varus autē multitudini venia data: duces eius interrogādos miſit ad cęſarē. At ille cum ignouiſſet cęteris nōnullos re

Multi tūc regnū cupiebāt vſurpare cōtra quos aciabus hærodis nepos. &c.

Symon herodis ſeruus impoſito ſibi dyademate regina in hierico igni corrupit

Gratus ſymonē fugiētē occidit.

Artōges paſtor regnū auſus eſt affectare.

Bellum paſtoris cōtra Romanos & regios milites

Arius centurio.

¶ Varus acceptis ſabini litteris magnū congregās exercitū venit i iudeā cui berithij & arethas dederunt ſubſidium.

Sephoris Ciuitas cōbuſta incolis captiuis.

Arus vicus direptus.

Emaus incendi tur a varo.

Aduenientevaro hierim oēs ſeditionis cauſas in alios cōferebant cui ioſephus archelai conſobrinus & cū grato rufus & romana cohors obuiam venerunt ſabino alia pte abſcedēte

Varus iudeorū multitudini data venia duces interrogādos misit ad cesarē qui regis ꝓpinquos quia contra suū regem arma cœpissent supplicijs adegit.

gis cognātos. erant enim quidam inter eos herodis propinqui supplicio subiugari precepit q̄ omni no contra suum regem arma accœpissent. Varus autem hoc modo rebus apud hierosolymam compositis eademq; cohorte quę dudum in presidio ciuitatis fuerat relicta ibi antiochiam redijt. D

¶ Legatione iudeorum Romę super octo milia ius suę gentis liberum petentium transmissa con uocatur a cęsare consilium in templo apollinis adiurādis operibus exornata vbi iudeorum multitudo aderat & e contra archelai cum amicis inter quos philippus fratre duabus a varo excausis missus primum vero iudei iubente cęsare herodem locuti eius facinora adduxerunt deinde contra archelaum ipsum excede trium milium iudeorum vt certus herodis filius probaretur regni acullāt sumpsisse prę mordia. petunt itaq; iudei patriam suam Syrię coniūgi & per romanos iudices gubernari. Nicholaus vero purgatis cōtra reges obiectis criminibus iudeorum arguit natione cęsar igitur auditis partibus mediam regni partē archelao dedit tetrarcham appellans ipsum etiam regem fisse dignū prębat policitus reliquā vero dimidiā in duas diuidens tetrarchias philippo dedit & antipę legatūq; Salome ampliatū cōfirmauit duasq; herodis filias virgines filijs Ferorę desponsauit. Et herodes facultates fideliter distribuens pauca vilissima propter defuncti honorem sibi retinuit. Capitulum quintum.

Legato iudeorꝝ Romę sup octo milia ius suę gētis liberꝝ petētiū

Iudei iubēte Cęsare primū contra herodem loquentes eius ad ducunt facinora. &c.

Cōtra archelaū qui excede triū miliū iudeorum vt certus hērodis filius videretur regni sūpsit primordia.

Nicholaus purgatis criminibus cōtra reges obiectis arguit iudeorū nationē. &c

Legarum Salome Cęsar auxit.

BOmę autē archelao alia rursus cū iudeis cōflata est qui ante seditionē permissu vari legati exierūt ius gētis suę liberū perituri. Erant autē numero quinquaginta qui venerāt astātibus vna ex populo qui romę degerēt octo milibus iudeorū. ¶ Itaq; cōuocato a cęsare optimatū romanorū amicorū cōsilio in palatini appollinis tēplo quod priuatū erat ipsius edificium ammirandis operibus exornatū multitudo quidē iudeorū cōstitit cū legatis contraq; Archelaus cū amicis cognatorū autē amici ab vtraq; parte secreti aderāt. Nā & cū archelao stare propter odiū atq; inuidiā recusabant & cū accusatoribus cōspici pudore cęsaris prohibebantur. Inter quos erat etiam philippus archelai frater beniuolo animo duabus ex causis pręmissus avarovt & archelao subueniret & si regnū herodis nepotibus eius distribui placuisset partē aliquā mereretur. Iussit autē accusatores exponere quęnā cōtra leges fecisset herodes. Primū non se regē sed olim qui vsq; fuissent tyrannorū crudelissimū tollerāsse. dicebāt. Deinde multis ab eo trucidatis ea pertulisse quęsti sunt vt beatiores mortui putarentur. E Non em̄ solū tormentis eū laceraſſe corpora subiectorū: sed etiā genti suę ciuitatibus deformati exteras ornauisse: populisq; alienis iudeę sanguinē condonasse. Pro antiqua vero fœlicitate ac patrijs legibus nationem suā tanta ęgestate simul ab eo atq; iniquitate repletam prorsus vt plures ex herode clades paucis annis sustinuerint q̄ omni euo maiores sui postq̄ ex babilone discessere perpessi sunt: xerse tunc regnante ad discordias cōcitati. Verum se ad hanc mediocritatē & aduerse fortunę cōsuetudinē processisse vt etiam successionē voluntariā acerbissime feritatis subirēt qui & archelaū tanti tyranni filiū patre mortuo regē appellassent nichil morati & vno cum eo luxissēt mortē herodis ac pro eius successore vota celebrassent. Illū aūt quasi metueret ne nō certus eius filius videretur excede triū milium ciuiū regni sumpsisse primordia: & quia principatū meruit tot immolasse deo hoim victimas. tot festo die tēplum cadaueribus ipleuisse. Recte igitur eos qui de tantis malis supereſſent aliquando respexisse calamitates suas & belli lege cupere vulneribus excipiendis ora prębere: atq; ab romanis precari vt iudeę reliquias misericordia dignas existimarēt: ne ve quod ex ea natione restaret. His obijcerēt a quibus crudelissime lacerabatur: sed patriā suā cōiungi syrię finibus ac per iudices romanos amministrari decernerēt. Hoc em̄ modo probatū scire iudeos qui nūc veluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur moderatis rectoribus obedire. Iudeorū quidē accusatio eiusmodi petitione cōclusa est. ¶ Cū aūt surrexisset cōtra Nicholaus primū criminibus quę in reges erant proposita dissolutis nationē coepit arguere quia neq; gubernari facilis esset natura. quę regibus vix pareret. Vna vero etiā propiquos archelai qui se ad accusatores cōtulerant insimulabat. ¶ Sed tū quidē partibus cęsar auditis cōuentū dirimit. Paucis aūt diebus post mediā regni partē sub Tetrarchię noie dedit. archelao etiā regē si se dignū prębaret facturum esse pollicitus: reliquā vero dimidiā in duas tetrarchias diuisit: duobusq; alijs herodis filijs attribuit. Vnā philippo: alterā illi qui cū archelao de regno certauerat. ¶ Huius parti cesserat trans flumen regio & galilea quarū ducēta talenta redditus erāt. Batonea alias Bathanea vero. & tracō & auranitis & quędā partes domus zenonis circa iāniā vicum philippo destinatę sunt: quę talentorū centū redditus ministrabāt. Archelai vero enarthia idumeā oēmq; iudeam & samariam habebat quarta tributorū parte leuata ꝓ munere quia non cū cęteris rebellasse: ac ciuitates quibus ipe raret ei tradit sunt stratonis pirgus. & sebaste. & ioppe & hierosolyma. Cęteras aūt gazā & sadarā & Hippō alias Hypion regno auulsas syrię cęsar adiecit. Erāt aūt redditus archelai: sexcēta talēta. ¶ Quin & salomē prēter illa quę testamēto regis ei relicta fuerāt. iānię dominā & azoti & phaselidos idē cęsar constituit regiāq; apud ascalonē largitus est ex quibus oībus talētorū sexaginta redditus colligebātur domū vero eius enarchię als tetrarchię subiugauit archelai. ¶ Cū aūt cęteris quoq; herodis ꝓpīqs testa

Anti. li. xvii. capitu. xv. ęge. li. ij. cap. i.

Ant. li. xvii. capitu. xv. ęge. li. ii. cap. i

A mẽto relicta ſoluiſſet:duas eius filias virgines extriſecus quingẽtis milibus pecunię donauit:easq; nuptũ ferorę filijs collocauit. ¶ Diuiſo aũt herodis patrimonio etiã ſibi relictas ab eo facultates ad mille talenta ijſdem diſtribuit exceptis ſuo nomini quibuſdam rebus viliſſimis propter honorem defuncti.

Herodes herodis facultates fideliter diſtribuit & pauca viliſſima propter honorem defuncti ſibi retinuit.

¶ Iudeus quidã iuuenis alexandro quem herodes occiderat ſimillimus ſpe fallendi Romã veniẽs mentitus eſt alexandrum ſociũ habens iudeũ oẽs regni actus congnoſcentẽ hic a Iudeis multis muneribus donatus quaſi rex a paternis amicis deduceretur tãtaq; multos clemẽtia cœperat vt illũ ſella portarẽt & regale obſequiũ propriſs ſumptibus exhiberẽt. Cęſar vero alexãdri vultum optime congnoſcens:celadũ quendam vt adoleſcentẽ adducat miſit quo cõſpecto ſtatim cõiectura perſonę congnouit differentiã:& de ariſtobolo fratre percũctantibus ſaluum quidẽ eſſe & apud cyprum degere cõme morabat cęſar autẽ cognita veritate riſit fraudiſq; actorẽ iuſſit interfici & filium alexandrum propter corporis habitudinẽ remigum numero inſeruit. Archelao autẽ tũc Iudeis & ſamaritis abutẽte cõtra ipſum vtriq; ad cęſarẽ legatos mittũt qui in exilium pellitur in viennã hic eñ priuſq; vocatur ſomniũ viderat quod ſymõ eſſeus exponẽs dixit varias rerũ mutationes expertũ fore moriturũ. Glafira quoq; eius vxor archelai capadocię regis filia quę prius alexãdro eius fratri vxor fuerat viſionem vidit qua expoſita vix biduũ ſuperuixit mortuo itaq; archelao copinius a cęſare miſſus eſt regere iudeã tũc pro uinciã factam. Symõ vero galileus Iudeos cęſari tributa prohibebat ſoluere. Capitulum ſextum

Iudeus quidã iuuenis alexandri perempto ſimilimus mẽtitus a lexãdrũ ſpe fallẽdi romã venit habẽs iudeũ ſocium omnes regni actus optime ſciẽtem. &c. Cęſar alexandri vultũ optime congnoſcẽs celadũ quẽdã vt adoleſcẽtẽ adduceret miſit quo cõſpecto ſtatã perſone differentiam congnouit cõiectura & de ariſtobolo iterrogat. &c.

Iuſt. li. xvij. capit. xvi. Ege. li. ii. ca. ii.

IN terea quidã iuuenis natione iudeus apud aliquẽ libertinũ romanũ i ſydomorũ opido educatus illũ ſe format ſimilitudine quẽ herodes necauerat alexãdrũ eſſe mẽtitus. fallẽdiq; ſpe romã venit. Huius autẽ facinoris habebat ſociũ quendã iudeũ ſecũ oẽs regni actus optime

B ſcientẽ:a quo inſtructus affirmabat eorũ ſe miſericordia q ſui atq; ariſtoboli occidendi cauſa miſſi fuerant ſimilibus corporibus ſubditis morti eſſe ſubreptos. Deniq; his multos iam iudeos fefellerat in creta degẽtes ac liberaliter illic acceptus. melũq; inde trãſmiſſus. ibiq; ãpliore quęſtu cumulatus etiã hoſpites ſuos magna veriſimilitudine romã ſecũ nauigare pellexerat. Erat poſtremo delata i dictarchiã multiſq; mũeribus a iudeis eius loci donatus quaſi rex a paternis amicis deducebatur. Ad hoc eni fidei ꝓceſſerat formę ſimiltudo: vt qui alexãdrũ illũ viderãt planeq; nouerãt:hunc eũ eſſe putarẽt. Igitur oẽs etiam romę iudei viſendi eius ſtudio circũfuſi properabãt:& infinita multitudo per vicorũ anguſtias quocũq; ferebatur cõueniebat. Tanta nãq; clemẽtia multos ceperat vt illũ ſella portarẽt:ac regale obſequiũ propriſs ei ſũptibus exhiberẽt. ¶ Sed cęſar alexãdri vultũ optime ſciẽs accuſatus eñ apud eũ fuerat ab herode & ſi prius q̃ videret hoiem fallaciã ſimilitudinis animaduerterat. Hilariori tamen animi ſpe nõ nihil indulgẽdũ putauit & celadũ alias Ladũ quẽdã qui alexãdrũ cognoſceret miſit vt adoleſcentẽ ad ſe adduceret. Qui illo cõſpecto:ſtari perſone differẽtiã cõiectura deprẽhendit. Maxie aũt vbi corporis eius duriciã & ſeruilẽ formã cõſiderauit intellexit oñe cõmẽtũ ſatis aũt cõmotus eſt dictorũ eius audacia De ariſtobolo autẽ percũctãtibus ſaluũ quidẽ eſſe illũ cõmemorabat cõſulto vero nõ adeſſe:quia apud cyprum degeret cauẽdo inſidias. Minus eñ circũueniri ſe poſſe diſiũctos. Ita q; ladus quidẽ ab aliꝭ ei ſeparato vitã dixit a cęſare primũ fore ſi tantę fraudis prodidiſſet auctorẽ. Id autẽ ſe facturũ ille pollicitus ad cęſarẽ ſequitur & iudeũ idicat qui formę ſuę ſimilitudine abuſus eſſet ad quęſtũ. Tãta eñ dona eũ ex c uitatibus ſingulis abſtuliſſe docuit quãta viuus alexãder accepiſſet. Riſitihis cęſar:& falſũ quidẽ alexãdrũ ꝓpter habitudinẽ corporis remigũ nũero inſeruit:ſuaſorẽ vero eius interfici iuſſit. Meliẽſibus alias Melijs autẽ ſuptuũ detrimẽtũ ꝓ amẽtię pręcio ſatis eſſet iudicauit.

Iuſt. li. xvij. capitu. viii Ege. li. ii. ca. ii.

Enarchia alias tetrarchia vero ſuſcepta memor diſcordię ſuperioris archelaus nõ ſolũ iudeis ſed etiã ſamariẽſibus crudeliter abuſus eſt. Nonoq; ~~principibus~~ ano legatis cõtra ſe ab vtriſq; ad cæſarẽ miſſis: ipſe quidẽ i exiliũ pellitur i viẽna gallie ciuitate primoniũ vero eius theſauris cęſaris adiudicat. Quẽ quidẽ priuſq; euocaretur ad cęſarẽ hmõi ſõniũ vidiſſe cõmemorauit. Nouẽ ariſtas plenas & maximas a bobus comedi ſõniauerat. Accitos deide vates caldeorũq; nonnullos:quidnã illo putarent indicari ſẽnio cõſuluerat. Aliꝭ autẽ aliter interpretantibus. Symõ quidam eſſeus genere dixerat ariſtas ãnos

Ege. li. ii. ca. ii.

C arbitrari boueſq; rerum mutationes eo quod agros arando verterẽt ac mutarẽt. Ideoq; regnaturũ illũ quidẽ eſſe tot annos q̃ ſignificaret numerus ariſtarum. Varias autẽ rerum mutationes expertum eſſe moriturũ. Hiſq; auditis quinq; diebus poſt idẽ archelaus ad cauſã dicẽdã eſt euocatus. ¶ Dignũ autẽ memoria duxi etiam coniugis eius glafirę ſõnium archelai filię capadocum regis referre. Quam cum Alexander prius habuiſſet vxorem frater huius de quo loquimur herodis regis filius a quo ille interfectus eſt ſicut iam deſignauimus poſt illius mortem. Iube alias Iobato regi libię nuptam eoq; defuncto domum reuerſam domiq; apud patrem in viduitate degentem enarches archelaus vbi cõſpexit ad hoc amoris ſuccenſus eſt vt eam ſtatim repudiata cõiuge ſua marianne ſibi copularet. Hęc igitur breui tempore poſtq̃ in iudeam rediit videre viſa eſt inſtantẽ ſibi alexandrum dicere. Satiſſuerat tibi libicum matrimonium:ſed tu illo non contenta rurſus ad meos pœnates reuerteris auidiſſima viri

Somniũ coniugis archelai glafirę quę prius alexandro fuerat vxor huius fri.

Iuſt. li. xvij. capit. xvii Ege. li. ii. ca. ii.

Glafira exposito somnio statim moritur.

tertij quodq; grauius est mei fratris iuncta matrimonia. Et quidem non dissimulabo cõtumeliam teq; licet inuitã recuperabo. ¶ Atq; hoc exposito somnio vix biduũ superuixit. Igitur archelai finibus in puinciã circũscriptis ꝓcreator equitũ apud romanos copinius missus est ea sibi a cęsare ptãte madata hoc disceptãte galileus q̃dã symõ noie defectiõis arguebat qđ indigenas ic.reparet si tributũ romanis pẽdere paterẽtur dñoq; post deũ ferre mortales. Erat em̃ proprie sectę sophista nulla in re similis alijs ¶ AEGESIPPVS post hãc historiã libro.ij.ca.iiij. ponit famosũ ludibriũ paulinę romanę vxoris pudicissimę saturnini & Mũdi emeriti equestris eius amore succẽsi quod hic omisit. Iosephus repete re. sed ad lõgũ ꝓsequitur illud libro decimo octauo Antiqtatũ capꝰo sexto. Aegesippus insup ibidẽ de pilatimalicia q xp̃m morti adiudicauit de quo Iosephus libro eodẽ capꝰis. iiij. v. vij. Etiã & herodis antipę adulteriũ & crudelitatẽ ponit q iohãnẽ baptistã occidi fecit de quibus Iosephus libro eodẽ.ca.ix.

D

Aug. li. xviii. ca pitulo. i Egesippus li. i. cap. ui.

¶ Additio.

¶ Tria apud iudeos philosophorũ genera Esseorum scilicet phariseorum & saduceorũ Esseorum enim maximę sunt laudis religioq; precipua nuptias cõtemnunt nõ quia humani generis succẽssionẽ censeant perimẽdam: sed quia cauendam feminarum intẽperantiam putant nullam earumvni viro fidem seruare credẽtes diuitias cõtemnunt omniaq; apud eos sunt cõmunia. Squalorẽ corporis decorẽ putant dũmodo semper sint in veste candida. Cõmunium rerum indiuisos habent procuratores/ne q; locũ certum habentes aduenientibus suę sectę professoribus quicquid habent prõptissime exhibẽt neq; quicq̃ cũ peregrinantur portant prẽter arma cõtra latrones. In qualibet ciuitate specialis hospitũ curator constituitur. Vestimẽta autẽ aut calcheos nunq̃ mutant nisi vetustate consumantur permutatio in eos non mercatura exercetur. Precipue circa deum religiosi nihil prophani ante solis ortum loquũtur. Hora quinta in vnum cõgregati lintheis precincti corpus frigidis aquis abluunt Sacerdos cibum oratione prẽuenit & post prandium datoremvictus deum laudibus canunt/ Sacris depositis vestibus ad opera redeunt reuersiq; similiter cum hospitibus cenant In duobus sunt sui iuris scilicet subuenire dignis: & indigentibus. Sed cognatis aliquid dare sine curatoribus est interdictũ. Maximi sunt iracundię moderatores. Studiosi sunt circa veterum scripta maxime quę aĩe & corpori expediant eligentes hi autẽ alios se cum nõ facile recipiunt. primo per annum differentes extrinsecus cõmorari deinde post cõtinentię ostentionẽ duobus annis mores ꝓbantur prius autẽ q̃ cõem incipiat habere cibũ magnis adiurat se execratiõibus primũ qdẽ secuturũ deũ deide circa hoies seruare iusticiã neq; spõte cuiq̃ nocere/ iniquos oẽs odisse/oibus fidẽ seruare maxime pricipibus. Neq; absq; dei volũtate ad pricipatus accedere potentiã. Et si quis prẽsit nunq̃ abuti ptãte neq; viribus ptãtis sed neq; veste aut ambitioso ornatu reliquis eminere veritatẽ diligere aĩam purã ab iniustis seruare cõpendijs fugere latrocinia deprẽhẽsos vero i peccatis a sua cõgregatione depellũt & quãdoq; morte cõsumũtur. Nõ minus q̃ ciuitatũ cõgregati iudicia faciũt. Sabbato vẽtrẽ nõ purgãt/alijs aũt diebus foueã dolabra facientes dimissa voce cõtegẽtes ne sc̃z diuino splẽdori iniuriã faciãt i eadẽ foueã avẽtris onere leuãt & terrã reducũt/ discernũt aũt iter se scm̃ suscepte abstinẽtię ꝓpa i ordines q̃tuor. Lõgissime viuũt ꝓpter simplicitatẽ victus. Eorũ aũt maxia cõstãtia i romano bello ꝓbata est q gaudẽtes quęq; ne legislatorẽ offẽderẽt supplicia ꝓpessi sũt. Corpa dicũt corruptibilia aiasvero imortales corporibus q̃si carceribus implicatas bonas aiarũ locavltra occeanũ ponũt amoena & delectabilia. Malarũ vero ꝓcelosa loca & hiberna plena gemitibus. Inter eos aliq futura certissime ꝓnũciãt. Aliud est essenorũ collegiũ ab alio solũ ãmrimonij opione differẽs hic ei caritissime mrimonio vtũr: nũq̃ ad p̃gnãtẽ accedẽtes: & eos q cõtinuã tenẽt cõtinẽtiã dãnt dicẽtes si i eadẽ oẽs velint ire sniam defecturũ cõfesti genus hũanũ. Phariseos se acta certiorẽ legaliũ rituũ noticiã ꝓfiteẽ & fato deoq; vniuersa deputãs. Aiam oẽm icorruptã esse/aias bonorũ trãsire i alia corpa iproborũ aũt iterminabili supplitio cruciari affirmat. Saducei aũt fatũ negant & deũ extra oẽm mali patrationẽ ispectionẽq; cõstituũt/aiarũ aũt gnaliter vel supplicia denegant vel honores pharisei sũt sotiales Saduceorũ vero inhumana est conuersatio. Capitulum septimum.

¶ Tria philosophorũ apud iudeos genera. Nuptias contẽnunt esse. Nota causam. Diuitiarum contemptores essei. Oia coia esseis.

ETerũ tria sũt apud iudeos gña philosophię. Horũ em̃ vnũ pharisei ꝓfitẽtur. Alterũ seducei Tertiũ vero qđ etiã ꝓbabilius habeẽ essei colũt: gẽte q dẽ iudeiverũ iter se muto amore iũctissimi & q prẽter ceteros voluptates q dẽ quasi maleficia vitarẽt cõtinẽtiã vero seruare neq; cupiditati succumbere virtutẽ maximã ducerẽt. Itaq; nuptias quidẽ fastidiũt alienos vero filios dũ adhuc molles sũt eruditioni traditos ꝓ cognatis habẽtes suis moribus diligẽter istituũt nõ quia coniugia vel hũani gñis successionẽ cẽseãt pimẽdã sed qa cauẽdã putãt itẽperãtiã feminarũ: nullã earũ vni viro fidẽ seruare credẽtes. Qui & diuitiarũ cõtẽptores sunt: rerũq; apd eos cõmunicatio ãmirationi habeẽ Neq; iuenias alteri alterũ opulẽtia p̃stare. legẽq; sibi dixerũt vt q disciplinã suã sectari vellent: bona cõ turbernio publicarẽt. Ita em̃ fore nevel pauptatis hũilitas vel diuitiarũ dignitas appareret: sed ꝓmixtis facultatibus veluti iter frẽs vnũ esse oim̃ patrimoniũ. Probro aũt ducũt oleũ & si quis vel inuitus vnctus fuerit mũdicijs corpus absterget: qm̃ squalorẽ decorẽ putant: dũmodo sẽper in veste sint cãdida.

Aug. li. xviij. c. i

F

Tria phorũ genera apud Judeos
de quibꝫ Eo sup li. 18 antiq na 1 fo: 168

A ¶Designatos autem communium rerum procuratores habent: & ad vsus hominum singulos indiui-
sos. ¶Non est autem illis vna ciuitas certa: sed in singulas multa domicilia transferunt & aliunde ad-
uenientibus secte sue professoribus quicquid habent promptum exhibent quasi proprium. Denig;
tam̃ consuetissimi ad eos ingrediuntur: quos nunq̃ ante viderunt Hinc est q; cum peregrinant̃ pro-
pter latrocinia tantum armantur: neq; preterea quicq̃ ferunt. ¶In singulis autem ciuitatibus ex eod̃
collegio specialis curator hospitum constituitur qui eorum vestimenta cęteraq; vsui necessaria tueat̃.
¶Amictus autem cultusq; corporis omnibus pueris in metu & sub cura magistri agentibus: par est.
Nec vero vestitum siue calceos mutant: nisi aut omnino consciss prioribus: aut longi tẽporis vsu cõ-
sumptis. ¶Nihil autem inter se mercantur aut vendunt: sed egenti quisq; quod habeat prębens refert
ab eo quod ipse non habeat. Quamuis etiam sine permutatione cunctis libera sit facultas a quibus li-
buerit: accipiendi quod opus sit. ¶Precipue circa deum religiosi sunt. Namq; ante solis ortum nichil
prophani loquuntur sed ei patria quędam vota celebrant: quasi vt orianꝫ: precantes deinde ad (quas
singuli nouerint) artes a curatoribus dimittuntur. Cumq; vsq; ad horam quintam studiose fuerint ope
rati: rursus in vnum cõgreganꝫ: lintheisq; precincti velaminibus ita corpus aquis frigidis abluunt atq;
hac lustratione facta in ea secreta coeunt: quo neminem alterius sectæ hominem aspirare concessum
est. Ipsiq; purificati. velut in sanctum quoddam templũ in cenaculũ veniunt. Quibus ibi cum silentio
residentibus pistor quidem panes ordine vnum autem vasculum ex vno pulmento singulis cocus ap-
ponit. Deinde voce cibum sacerdos anteuenit: neq; gustare quemq̃ fas est: nisi prius deo celebret̃ ora-
tio. Post finem quoq; prandij vota repetunt. Nam & cum incipiunt & cum desinũt: quasi datorem vi
ctus deum laudibus canunt. ¶Tunc veluti sacris illis depositis vestimentis vsq; post meridiẽ ad ope-
ra se conferunt Reuersiq; inde similiter cenant: confidentibus etiam hospitibus si quos fortasse in-
terueniss reperint. Neq; vero clamor vnq̃ tectum illud neq; tumultus inquietat: cum etiam loquendi
ordinem alius alij cedat: eorumq; silentium extra tectum constitutis archanum quoddam videat̃ hor
ribile. Cuius quidem rei perpetua sobrietas causa est quoq; apud eos edendi ac potandi modus satu-
ritate definitur. ¶Sed quamuis aliquarum rerum nihil sine precepto faciunt curatoris in his tamen
duobus hoc est in adiuuando & miserando sui iuris sunt. Nam & subuenire dignis cũ opus est suo ar-
bitrio cuiq; licet atq; indigentibus alimenta porrigere. ¶Sane cognatis donare aliquid sine curatori-
bus interdictum est. ¶Idẽ iracundię moderatores iusti sunt: indignationẽ cohibent: fidem tuent̃ pa-
B ci obsecundant. & omne quod dixerint iure iurando fortius habent ipsum iusiurãdum quasi periurio
deterius vitant. Iam enim mendatio condemnatum arbitrant̃. cui sine deo non creditur. ¶Summum
autem studium veterum scriptis adhibent: ea maxime inde quę animę & corpori expediant eligẽtes.
Hinc illis morborumq; remedia stirpes medicas quarumq; vim propriam singuli lapides habeãt arimã-
tibus conquiruntur. ¶Sectę vero sue studiosis non statim cum eis vna collectio sed per annum inte-
grum extrinsecus commoranti cuiq; eundẽ victus ordinem tribuunt dolabram quoq; & quod prędi-
ctum est periozoma & albam vestem tradentes. Cum vero processu temporis experimẽtum continẽ-
tię dederit: accedit etiam ad communem cibum & purioribus ob castificationem scilicet aquis parti-
cipat: neq; tamen in conuentu assumitur. Post ostensionem quippe cõtinentię duobus aliis annis mo
res eius probantur. Cumq; dignus apparuit. tunc demum in consortium assumitur. ¶Prius vero q̃ in-
cipiat cõmunem habere cibũ magnis execrationibus adiurat se primum quidẽ secuturũ deum dein-
ceps quoq; erga homines seruare iustitiam & neq; propria sponte nocere cuiq̃ neq; precepto obesse
quumuo iniquos oẽs odisse & collaborare iustitię semper sectatoribus: fidem omnibus seruare ma-
xime vero principibus. ¶Neq; enim absq; voluntate dei cuiq̃ cõsentire posse ad principatus poten-
tiam accedere. Si vero ipse ceteris presit numq̃ abuti numq̃ abusurum viribus potestatis ad cõtume-
liam subditor; sed neq; veste aut ambicioso aliquo ornatu reliquis eminere veritatẽ semper diligere:
C & habere ꝓpositum cõuincere mentientes. Manus vero a furto & animam puram ab iniustis serua
re cõpendijs & neq; aliquid de misterijs consecratis celare neq; prophanis eorum quippiam publica
re etiam si in re tanta qui ppiã morte compellat̃. Super hæc autem addunt nihil se de dogmatibus ali-
quid quę ipsi susceperint tradere: fugere autem latrocinia & conseruatum in similiter dogmatis sui li-
bros angelorumq; nomina. his quidem execrationibus explorant & quasi premuniunt accedentes.
¶Deprehẽsos vero in peccatis a sua congregatione depellunt & siquis taliter fuerit condẽnatus mise
rabili morte plerumq; cõsumitur. Illis quidem iuramẽtis acribus obligatus neq; capere ab alijs oblatũ
cibum potest. Herbas vero pecudũ more decerpens & fame exesa mẽbra corrumpunt. Ob qđ etiam
plurimos plerumq; miserati & extremũ agentes spiritum receperunt sufficiẽtem esse pro peccatis eo-
rum quę vsq; ad mortẽ duxerit poenã fuisse censentes. ¶In iudicijs vero sunt diligẽtissimi atq; iustissi
mi. Disceptant autem non minusq̃ centum in vnum coacti. Quod autẽ ab his decretum fuerit immo

Indiuisos hñt cõmuniũ rerũ procuratores.

In qualibet ciui tate spicialis cu rator hostiũ.

Circa deũ reli giosi

Hora quinta in vnũ cõgregant lintheis ꝑcincti corpus frigidis aquis abluẽtes,

Sacris deposi tis vestibus ad opa redeunt re uersiq; filr ce nãt cum hosti bus.

In duobus sunt sui iuris scz sub uenire dignis atq; idigẽtibus alimẽta porrige re sed cognatis dare aliqd sine curatoribus est interdictum.

Qđ non facile alios secũ reci piũt sed differt prio ꝑ annũ dei de per duos.

Modus ꝑfiten di essenoꝝ val de notãdus.

Quõ ad princi patũ assumunt & quõ assũpti se debeãt hẽre erga subditos.

Punitio i delin quẽtes grauis.

Cõtra blasphemos legiferi.

Sabbatos vẽtrẽ nõ purgant.

Modus purgãdi vẽtrem alijs diebus.

Distinctio esseorũ scdm abstinẽtię tpa in quattuor ordines.

Maxia eoꝝ cõstãtia i bello romano ꝓbata ẽ q gaudẽtes quę qꝫ (ne legislatorẽ offenderent) supplitia ppessi sunt

Dicũt corpa corruptibilia aias vero imortales & ppetuas corporibus q̃si carceribus implicatas. &c.

Locus bonaruꝫ aiaꝝ

Locus malarũ animarum

Opinio greꝯ de locis aiarum hęroum & semideorũ atq; ipiorũ ꝓpter adhortationẽ virtutis & negligię dehortationẽ.

Inter eos aliqui futura certissime pnunciant.

Aliud essenoꝝ collegiũ ab alio solũ i opinione cõiugij differẽs

hi ei castissime vtunt mrimonio nunq̃ ad pgnãtes accedẽtes & eos q continuã tenẽt cõtinẽtiã dãnãt. nota eorũ causam.

Saduceorũ mores & hereſis de his vide.

bile manet. ¶ Veneratio quoq; apud eos legiferi magna post deum est: ita vt siquis eũ blasphemauerit morte damnet. ¶ Senibus vero obedire & plurimorum quorũq; decreto ꝓbabile arbitrant officiũ D
Deniq; cum simul decem sederint nullus vnus nouem loquitur inuitis. Expuere quoq; i medium eorum vel in dexteram partem sui quisq; deuitat. ¶ Sabbatis quoq; operationem cõtigisse omnibus iudeis diligentius cauens neq; solum cibos sibi pridie prępparant ne videlicet illo die ignem accendant. Sed neq; vas aliquod transponere pręsumunt immo nec aluum purgãt. ¶ Alijs autem diebus fodiũt foueam vno verbi gratia pede altam cum ille dolabra (quam tradi nuper accedentibus diximus) demissa veste diligentissime sese contegentes ne scilicet splendori diuino iniuriam faciunt in eadem foetua ab onere ventris leuantur: ac deinceps quam effoderant terram reducunt idq; ipsum faciunt i locis secretissimis. Et nempe cum sit purgatio ista naturalis nihilominus tamen solemnem habent: vt quasi ab immunditia diluantur. ¶ Discernuntur autem inter se secundum susceptę abstinẽtię tempora: in ordines quattuor. Tãtumq; h: qui minores sunt inferiores precedentibus estimant: vt si aliquos eorum contigerint quasi a contractu alienigenę diluantur. ¶ Viuunt autẽ q̃longissime: ita vt plurimi eorum vsq; ad centenarium proferant etatem: ꝓpter simplicitatem scilicet victus. Quod eis nimirum accedere puto: propter institutionem bene in omnibus ordinatam. Sunt autẽ etiam aduersoꝝ cruciatus. Siquidem vincũt firmitate consilij. Mortem vero si cum decore obeunda sit iudicant etiã immortalitate meliorem. ¶ Prodidit autẽ eorum in omnibus negocijs animos: bellum quod gestum est cum romanis. Tunc siquidem per artuum confractiones & ignes ac per tormenta omnigena transeuntes: vt videlicet vel in legislatoris iniuriam aliquid loquerent vel ciborũ quippiam (quos non solent) ederent. ad neutrum horum potuere compelli sed neq; depręcari tortores suos aut inter ipsa flere supplicia. In medijs quinimmo cruciatibus subridentes & eis (qui tormenta admouerant) illudentes cõstantes animas cum quadam hilaritate reddebant scilicet quasi qui eas essent denuo recepturi. ¶ Opinio quippe apud eos firmata consistit corruptibilia quidem esse corpora: materiamq; eorum nõ esse perpetuam: animas autem immortales semper manere & de ętbere subtilissimo cõmeantes quasi carceribus ita corporibus implicari velut quasi illecebra naturalis attraxerit. Cum vero fuerint a carnalibus releuatę viculis quasi de seruitute lõgissima liberatas ita eas illico letari sublimeq; ferri. Et bonos quidem continentes in hõc greçorum sententijs pronunciant vltra occeanum degere vbi eis reposita prefruitio. Illic quippe esse regionẽ quæ nec imbribus neq; niuibus neq; estibus aggrauetur Sed quã occeano orientis Zephirus & leuiter aspirans amenet Malis autem animabus procellosa loca & hiberna delegant plena gemitibus exercendaꝝ sine fine penarum. ¶ Videnf autem michi secundum hãc ipsam intelligentiam greci quoq; fortibus suis (quos heroas & semideos vocauerunt) beatorũ insulas sequestrasse improborum aũt animabus locum apud inferos impiorũ in quo etiam cruciari quosdã cõmentati sunt Sisyphos videlicet & tãtalos & Ixiuoas & ticios. Principio quidem immortales esse animantes ob adhortationem vtiq; virtutis dehortationemq; nequitię. Bonos quippe fieri in huius vitę cõuersationem meliores per spem etiam post lucem redhibendorum: improborum autem impetũ retardare estimantium qm̃ & si in huius spacio latuerunt. Post obitum tñ immortalia sint torm̃ta passuri. ¶ Hęc sunt ergo quę esseni de diuinitate animę philosophantur plane illecebram his qui semel deorum sapientiam gustauerint reponentes. Sunt autem in eis qui etiam futura nosse promittant: sacris videlicet libris & varijs sanctificationibus ꝓphetarumq; dictis a primis etatibus adherentes: Raro autem accidit vt prędictionis eorum frustratio consequar. ¶ Est autem essenorum etiam alterũ collegium: cibos quidem & mores legumq; similia cum prioribus habens: distat vero opinione coniugij. ¶ Maximam siquidem vitę hominũ partem fuccessionẽ scilicet amputare: eos qui abstineant nuptijs arbitrantur. Quippe si in eadem omnes velint ire sententiam: defecturum confestim genus humanũ fore. Nichilominus tamen cum tanta ipsi moderatione conueniunt: vt per triennium explorẽt valitudinem feminarum. Et si constanti purgatione apparuerint idoneę partu ita eas matrimonia asciscũt. Nemo tñ eorum cũ pręgnante concumbit: vt ostendant quia non voluptatis nuptias sed causa inierint liberorum. Lauantibus autem feminis ita vt viris perizomatum ineſt amictus Tales mores huius collectionis. ¶ Duo autẽ priorum quasi ordines sunt ex quibus pharisei dicunt: qui certiorem legaliũ rituum noticiã profitent. Et hi primum dogma habent vt marmene scilicet fato & deo vniuersa deputant. Et quidem vel agere quæ iusta sunt vel negligere secundũ maiorẽ partem esse in hominibus profitentur adiuuare tum in singulis & marmenẽ Animã aũt omnẽ quidem incorruptam esse: trãsire autẽ in alia corpora solas bonoꝝ: improborũ autẽ interminabili supplicio cruciari. ¶ Sed: cei porro id est scda collectio marmenẽ omnifariã negãt. & deũ extra oẽm malũ patrationẽ inspectionẽq; cõstituũt. Aiunt autẽ electioni hominum vel bonũ vel malum esse propositum & secundum voluntatem propriam alterutrũ vnumquẽq; cõiungi. Animarũ aũt generaliter vel supplicia denegãt vel honores

E

F

Anti li. 13. ca. 1.

An. li. 18. ca. 1.

A Et phariſei quidem ſociabiles & qui ſtudeant ſe mutua dilectioni complecti. ſaducei vero & inter ſe ferioris moribus diſcrepantes: & conuerſatio eorum ita circa participes vt erga exteros inhumana. Hæc ſunt quę de iudeorum philoſophis dicenda reperi: nunc ad inceptum reuertar.

Phariſei ſociales ſaduceoꝝ vero ihumana eſt conuerſatio.

¶ Iudea prouincia facta herodes Antipas & philippus tetrarchias regebant Auguſto autem imperatorē mortuo anno imperij. lvij. Tyberius Iulię filius imperium ſuſcepit. Philippus vero Cęſaream ciuitatem condidit & Iuliadem. Tyberias quoq; ab herode in Galilea conſtructa eſt. Pilatus autem procurator in Iudeam a Tyberio miſſus imagines nocte contra Iudeorum ritum in Hieruſalem intulit vnde Iudeorum maximus fuit tumultus. Qui quinq; diebus & totidem noctibus continuis proni circa pylati domum corruentes ſteterunt immobiles parati potius mortem ſuſtinere q̄ cōtra leges patrias Cęſaris recipere imagines. Pylatus inſuper ex theſauris templi aquę ductum in hieruſalem cōſtruere maximam commouit in populo turbationem & cedem. Agrippas herodis tetrarcha accuſator Romam venit ad Tyberium quo accuſationem non ſuſcipiente reſidens tamen Romę familiaritatem inuenit cum Gaio Germanici filio. Qui cum inter epulas Gaium in breui (Tyberio mortuo) omnium dominum deſideraſſet accuſator & in carcere includitur. Quem Gaius Tyberio anno imperij. xxij. mortuo imperator abſoluit a vinculis: & philippi defuncti tetrarchiam ei tradens regem appellauit. Vnde herodias Antipam incitat vt rex ſicut Agrippa nominet romam adire. Sed hic a Gaio propter auariciam increpatus fugit in hiſpaniam cum quo herodias diſceſſit. Capitulum octauum.

Iudea prouicia facta Hærodes ātipas & philippus regebant tetrarchias.

Iuſti. li. xviij. ca. puu. ij. Ege. iij. ca. iij

BEgno archelai in ordine iam prouincię decedente: reliqui id eſt philippus & herodes qui cognominatur antipas tetrarchias ſuas regebant. ¶ Salome enim moriens iulię auguſti coniugi regionem quam rexerat & iamniam & in phaſelide palmetą teſtamento reliquit. ¶ Delato autem ad tyberium iulię filium romano imperio poſt mortem ſcilicet auguſti qui prefuit rebus annis ſeptem & quinquaginta menſibus ſex duobus diebus manentes in tetrarchijs ſuis herodes ſcilicet & philippus. ¶ Hic quidem iuxta fontes ipſos de quibus iordanis flumen exoritur, in paniada condidit ciuitatem quam cęſaream vocitauit aliaq; in inferiore gaulanite quam iuliadam nominauit. ¶ Herodes vero in galilea tyberiadum in perea autem cognomine iulię. ¶ Miſſus autem a tyberio in iudeam pilatus qui curandam acceperat regionem: nocte intempeſta opertas in hieroſolima intulit imagines Ceſaris. Quę res poſt triduum grandem iter iudeos ſuſcitauit tumultum. Nam qui aderant ſtupore permoti ſunt: quaſi iam prophanatas leges ſuas viderent. Nullum enim fas eſſe dicunt

Iuſti. li. xviij. ca puu. uij Ege. iij. ca. iiij

B collocari in vrbe ſimulachrum. Ad querelam autem eorum qui e ciuitate erant: ſubito etiam de agris multitudo confluxit. ¶ Euntes autem illi eo Cæſaream ad pilatum: intentiſſime depręcabantur vt ab hieroſolimis auferrentur ymagines. & eis iura patria ſeruarentur. Pylato autem ſupplicantibus abnuēte circa domum eius proni corruerunt: & immobiles quinq; continuis diebus noctibuſq; manſerunt. Poſt autem pilatus tribunal aſcendens ſtudio magno cōuocat multitudinem iudeorum quaſi qui eis vellet dare reſponſum cum ſubito milites accepto ſigno ſic enim iam fuerant pręparati circūſtetērunt iudeos. Circundataq; triplici acie iudei quidem ſtuporis erant plenividentes inſperatam rerum faciē Tunc pilatus denuncians trucidaturū ſe omnes niſi imagines cęſaris ſuſcepiſſent: innuit militibus vt educerent gladios. Iudei autem ex vno conſilio omnes ſubito corruerunt. & ceruices nudatas ad excipiendos ictus pararunt vociferantes vniuerſos ſe interfici magis velle q̄ legem prophanari. ¶ Tūc pilatus circa religionem ſtudium populi demiratus confeſtim de hieroſolimis ſtatuas iuſſit auferri. Deide vero conturbationem alteram commouebat. Eſt apud eos ſacer theſaurus quam Corbanam nominant. Hunc in deductionem aquarum iuſſit expendere. Erat autem inducenda aqua ab ſtadijs trecē-

C tis. Ob hoc itaq; vulgi oriebantur querelę ita vt etiam pylati qui hieroſolimam venerat cum clamore circūdarent tribunal. Ille autem pręuiderat ſiquidē eoruꝫ tumultū populo permiſcuit armatos milites qui tunc eſſent veſtibus priuatorū induti pręcepitq; vt gladijs quidē non vterentur fuſtibus aūt acclamantes ferirent. Sicq; cōpoſitis rebus dat & attribunali ſignū. Cōfeſtiq; cedebātur iudei. Quorū multi quidē plagis multi vero ſeinuicē trucidantes: in fugā contritione miſera perierunt. ¶ Tunc ad cala-

Iuſti. li. xviij. ca put. xxxi. xxxiij.

mitatē interfectorū ſtupens multitudo conticuit: atq; ob hoc accuſator herodis tetrarchę agrippas (q fuit filius ariſtoboli quem pater herodes interfecit) ad tyberiū venit. Illo āūt non ſuſpiciente accuſationem reſidens romę ad aliquorū quidē potentiū noticias ambiebat maximis autē colebat officijs germanici filium Gaiū cum adhuc eſſet priuatus. Et quodam die inter copioſum epularum apparatum quibus eum demerebatur ad vltimum extēſis manibus cœpit deum aperte pręcari celeriter illum mor-

Iuſti. li. xviij. ca pim. xiiij. xv.

tuo tyberio dominum cunctorū videre. Hoc cū quidam de familiaribus eius tyberio nūciaſſet: ſtatim cōcludi iuſſit agrippā. Qui & ſub grādi erūna vſq; ad mortē tiberij in carcere per mēſes ſex tenebatur ¶ Sed defūcto eo poſt regnū annorū duorū & vigiti dierū triū ſuccedēs in iperiū gaius cęſar abſoluit agrippā viculis & tetrarchiā philippi: iā em̄ iſte deceſſerat ei tradidit regēq; appellauit. Cū veniſſet in

Philippus cęſareā ciuitatē cōdidit & iuliadā. & c Tyberias ab herode in galilea. Maxima iudeorū cōſtantia qui quiq; diebus cōtinuis & noctibus proni circa domū pilati corruēteꝫ ſteterūt imobiles quiq; mortē parati volueſt potius ſuſtinere q̄ contra ſuas leges cæſaris imagines ſuſcipere. Agrippas herodis tetrarchę accuſator romā veniēs ad tyberiū quo nō ſuſcipiē teaccuſationem reſidēs romę familiaritatē hunc cū gaio germanici filio qui cū iter epulas gaiū in breui mortuo tyberio cūctorū dīm deſiderat. &c.

Herodias herodē antipā icitat vt regnū ſicut agrippa recipiat romā adire ſed hic a gaio propter auariciā increpatus fugit i hiſpaniam. &c.

regnū agrippas:herodis tetrarchę cupiditates per inuidiā ſuſcitauit. Irritabat autē eū maxime in ſpem regni Herodias vxor exprobrans ei ſocordiam & dicens quia per id quod noluerat ad ceſarem nauigare careret poteſtate maiore. Nam cum Agrippam ex priuato regem feciſſet: quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare. His adductus herodes venit ad gaium. A quo ob auariciam vehementer increpatus: ad hiſpaniam fugit. ſecutus quippe fuerat accuſator agrippas cui etiā tetrarchiam illius gaius adiecit. Atq; ita herodes quidē hiſpaniam peregrināte ſecum etiam vxore diſceſſit. D

¶ Gaius fortuna abuſus deum ſe putat vultq; vocari & multos nobiles Romę interfecit petronius quoq; ab ipſo in iudeam vt ſtatuam eius in templo collocaret miſſus venit in Ptolomaidam galileę ciuitatem cuius ſitus deſcriptionem hic cognoſcēs vbi Iudeis cum mulieribus ſupplicantibus fatuas reliquit iudeis enim nullibi nec dei quid habere licet ſimulachrum quorum pacatus petronius legem approbauit quorum quoq; ammiratus conſtantiam qui pro conſeruatione legis paratiſſimi erant ad mortem Agrorumq; dimittebant culturam ad Gaium proponit reſcribere etiam pro eis animam oferens. Gaius autem petronij litteras recipiens indignatus & mortem ei comminatus reſcripſit prius tamen Gaij mortem ſciuit q̄ reſcripta receperit.

¶ Gayus abuſus fortuna deū ſe putat & vult vocari multoſq; nobiles Romæ interfecit.

Capitulum nonum.

GAius vero ceſar in tantum contumelioſe abuſus eſt fortuna: vt etiam ſe & deum putaret & vellet vocari. Patriam quoq; ſuam multorum nobilium cede truncauit. ¶ Extendit autem impietatem ſuam etiam in iudeam. petronium deniq; cum exercitu hieroſolimam direxit precipiens vt in templo ſtatuas eius locaret. Quas niſi ſuſciperent iudei: cōtradicentes quidem ex his interficeret. reliquam vero multitudinem captiuaret. Permouebat autem hoc profecto deum. Et petronius quidem cum tribus cohortibus multiſq; de Syria auxiliatoribus properabat in iudeam de antiochia. Iudeorum vero quidam non credebant fame prelium nuncianti. Qui vero credebant: nichil de reſiſtendo poterant comminiſci. Celeriter autem omnes peruadit mœtus: nam iam ptolomaidam peruenerat exercitus. ¶ Eſt autem ciuitas galileę littore in magno compoſita. Circūdatur autem montibus ab orientali plaga per ſexaginta ſtadia diſparatis. Sed ad galileam pertinentibus. a meridiano autem carmelo qui abeſt ſtadijs centum viginti ſeptenteronali quoq; monte qui eſt altiſſimus quem vocant etiam incolę ſcalam tyriorum & hic autem diſtat ſtadijs centum. ¶ Ab ea autem vrbe quaſi a duobus ſtadijs prēterlabitur fluuiolus quem vocat beleum exiguus prorſus cui prope eſt ſepulchrum memonis habens iuxta ſe centum fere cubitorum ſpacium continentem: ſed ammiratione digniſſimum. Eſt autem ſpecies vallis rotunde vitream emittens harenam. Quam cum exhauſerint multe naues pariter accedentes. locus idem rurſus impletur. Venti ſiquidem quaſi edita opera cōuehunt illic de circunſtantibus ſupercilijs harenam iſtam vtiq; communem. Locus autem metallicus ſtatim metalla in vitrum quod ſulcœperit mutat. Mirabilius quoq; michi illud videtur quoniam iam conuerſę harenę in vitrum quęcunq; pars ſuper margines loci ipſius fuerit iacta in communem harenam denuo conuertitur. Igitur quidem loci illius talis natura eſt. ¶ Iudei autem cum mulieribus & filijs collecti in campum vbi eſt ptolomais ſita: petronio ſupplicabant. principio propter patrias leges: deinceps vero etiam pro ſuo ſtatu. Ille autē ob multitudinē precantium & precum inflexus: exercitum quidem & ſtatuas in ptolomaide reliquit. ¶ Procedens autem in galileam & cōuocans in tyberiadem tam populum iudeorum q̄ oēs eorum nobiles. & vim romani exercitus cœpit exponere. & minas Ceſaris: his addens quoniam & contumelioſa eſſet ſupplicatio iudeorum cum omnes ſiquidem gentes quę parerent imperio romano in ſuis vrbibus inter reliquos deos imagines quoq; ceſaris locauiſſent ſoli iudei iſtud abnuerent. Hoc ſiquidem quaſi ab imperio deficere eſſet etiam cum iniuria preſidentis. Illis vero contra hęc legem moreſq; patrios allegantibus. Et qui nec dei quidem ſimulachrum. Nedum hois nec ſolum in templo. Sed neq; in prophano aliquo totius regionis loco fas ſibi eſſet locare. arripiēs dictum petronius reſpondit. Sed & michi dñi mei ſeruanda lex eſt. Si ea quippe trāſgrediar vobis parcam: iuſte animaduerſionē ſubibo. Impugnabit ſanevos nō pe ronius. Sed & ille a quo ſum directus. Siquidem & ego vos cogo implere quę iuſſa ſunt. Ad hęc tota multitudo ſuccłamauit vnaniter: ante legis temerationem libenter oēm ſubire pernicię. Sedato autē eorū clamore petronius ait. Pugnare ergo iquit aduerſum ceſarē eſtis parati. Rñderunt iudei pro ceſare quidē & populo romano per ſingulos dies nobis vſus eſt offerre ſacrificia. Si aūt in tēplo imagines eſtimet collocandas: debere eum totam iudeorū gentem primitus immolare. Prębere quippę ſe iugulo cum mulieribus & paruulis ei qui iterficere voluiſſet. Ad hęc autem ammiratio petroniū miſeratioq; peruadit: intuentem & inſuperabilem religionē virorum: & tantum vulgus ad mortem conſtanter paratum. Et tunc quidem infectis omnibus receſſerunt. Poſt triduum autem deinceps ſummates eorum priuatim fortimq; compellans. populum quoq; publice alloquens. tum quaſi conſulens ammonebat. interdum etiam minabatur: extollens & virtutem romanam & indignationem ceſaris. inter hęc etiam ſuam neceſſitatē cui

Iuſti. li. xviii. capitu. xvi

Ege. li. ij. cap. v

Ptolomaidis ciuitatis ſitus & deſcriptio.

Sepulchrū memonis āmiratione digniſſimum

Harena vitrea

¶ Harēa vitrea quę ſi in margine loci iacta fuerit in cōmunem conuertitur.

Iudeis cum mulieribus in ptolomaide ſupplicātibus ſtatuas reliquit. &c.

Petronius ad iudeos.

Iudeis nullibi licet habere ſimulachrum.

Pacatus petronius iudeorū approbat legem.

Iudeorum prudens reſponſio.

Iuſti. li. xviii. capit. xvi

E

F

A essent exequenda precepta. Sed illis ad nulla horum experimenta credentibus: cum videret etiam se mentem regionis intercipi. ipsum quidem anni tempus erat. & quinquaginta pene continuis diebus multitudo in vrbe ociosa morabatur. ad vltimum conuocatis omnibus ait se etiam periculosam rem velle aggredi aut enim deo cooperante placabo cesarem ac vobiscum saluabor lit enter: aut illum in vltionem irritabor: pro tanta magnitudine impendens animam meam Atq; ita dimissis turbis multa pro eo vota facientibus antiochiã ad ptholomaida reuocauit exercitum. atq; illinc confestim misit ad cesarem referens & quo apparatu in iudeam irruisset & q tota gens supplicasset. Quibus si abnuendũ putaret: nosset cum viris etiã prouinciam esse perimẽdã. Seruare siquidẽ ipsos legem patriam: & nouis preceptis vehemẽter obsistere. His epistolis respondit gaius immodice cõminans petronio mortem. quoniã iussionum suarum segnis executor fuisset. Sed scriptorũ talium vectores per tres continuos menses cõtigit aduersa tempestate retineri. Alij autem exitum gaij cesaris nũciantes: prospere nauigauerũt. Deniq; ante septem & viginti dies epistolas petronius accepit finem cesaris iudicantes: q̃ illi peruenirent qui cõminantia scripta portabant.

Anti. li. xviii. c. viij.

Lras petronij gaius recipi sidignatus e: mortẽ cõminatus rescripsit ei q prius gaij mortẽ sciuit q̃ scripta receperit

¶ Gaio imperij anno tertio Claudius ad imperium ab exercitu rapitur senatu contradicẽte qui bellum contra ipsum propter Gaij immanitatẽ agere decreuit Agrippa vero a Claudio ad senatum missus imperatoris benignam voluntatẽ declarauit. Et iterum accepto patrum responso mittitur ad senatum qui vno milite educto gladio inducente venit ad Claudium quem pacato militum impetu honorifice Claudius recepit in castris. Tunc quoq; Agrippe patronum regnum confirmauit imperator multa alia condonans & donationem ipsam patribus precepit vt ipsam tabulis incisam capitolio collocarent & fratrem Herodem similiter muneribus honorauit. Agrippe autem magnificentia in constructione murorum hierusalem claruit cuius tres filie & filius vnus ex Cypri vxore erant. Ipso autem mortuo regnum Claudius redegit in prouinciam. Et Cuspius fadus ꝓcurator missus est post quem Tyberius. Herode vero calchidis rege mortuo duos habente filios de Beronice & de prima Marianne Aristobolum Alexandri autem posteri in maiori regnauerunt armenia.

Capitulum decimum.

Anti. li. xix. c. vltimo. Eg. li. ii cap. v.

B



Aio per dolum interempto qui regnauerat annis tribus mensibus sex rapit in regno ab eo exercitu qui rome erat Claudius. Senatus autem referẽtibus cõsulibus Ignatio Sergio Satranillo alias Saturnillo & pomponio secũdo mandat tribus vrbanis legionibus vt essent presidio ciuitati: & ipse frequens in capitoliũ deuenit: quia propter imanitatẽ Gaij bellum agi cum Claudio decernebat volẽs imperiũ ad optimates reducere: aut sicut olim fuerat ad regendum dignissime legerentur.

Gaio dolose interẽpto anno imperij tertio Claudius rapit ab exercitu ad imperiũ cõtradicẽte Senatu qui belũ cõtra Claudium ꝓpter Gaij immanitatem agere decreuit.

¶ Accidit autẽ vt agrippas adueniret quem cũ & senatus in consiliũ & in castra Claudius euocasset. vt scilicet eo strẽnuo adiutore in quibus res posceret vteret: vidẽs Agrippa Claudium iam esse opibus cesarem ad eũ perrexit. Quem ille illico legatũ ad senatum misit indicantẽ suũ propositum: quoniã primo quidem inuitus ab exercitu raptus sit & iniquũ esse si militum ergastudia tam religiosa desereret: immo iam tutã aliter suam nõ esse fortunã. Iam eñ ad inuidiam satis fore: q̃ sit in regnum vocatus. Deinde amministratũ ire paratum esse in rempublicã non vt aliquis tyrannus sed vt presul benignus. Sufficere sibi quippe honorem nominis de singulis autem negocijs cõmunẽ omniũ stare sententiam. Nam & si natura nõ esset modestus: locuples tamen moderandę potestatis exemplum Gaij morte esse propositũ. Quę cum detulisset Agrippas: respondit curia quasi quę exercitui & bonis consilijs fideret nolle subire voluntariã seruitutem.

Rñsio senatus Claudius iterũ Agrippã ad senatũ misit. Notanda ſñia. Senatus ad cidium vadit.

¶ Sed accepto patrũ responso Claudius rursus misit agrippam nũciantem eis quoniã non posset adduci vt eos proderet quorũ confessu in imperiũ esset accitus. Inuitum se autem initurũ esse pugnã aduersum eos cũ quibus confligere minime vellet. Proinde eligendum esse extra ciuitatẽ locum in quo cõfligerent. Neq; enim sanctum esse propter illorum peruersitatẽ patriam ciuili cede fedari. At Agrippa quidem ista senatui nunciauit.

¶ Inter hęc autẽ vnus de his militibus qui cum patribus erant educẽs gladiũ. cõmilitones inquit qui

C bus pturbati causis parricidia perpetrare cupimus & cõcurrere aduersum propinquos nostros Claudium secutos: maxime cum habeamus imperatorẽ quem in nullo culpare possimus & ad quem cum iustis magis allegationibus q̃ cum armis egredi debeamus. Hęc dicens per mediã egressus est curiã: omnibus se militibus cõsecutis. Hoc exemplo optimates deserti: in magno mœtu esse cœperunt. Ac deiceps videntes sibi auersionem tutam non esse: iter secuti militum ad claudium transierunt. Recurrebant autem eis pro muris nudatos gladios ferentes: hi qui fortunę regis ambitiosius adulabantur. Et pene accidit vt progressi quinq; interficerentur ante scilicet q̃ militum impetũ Cesar agnosceret: nisi precurrens agrippas imminentis ei facinoris periculum nunciasset: quoniã nisi cohercuisset exercitum iam in sanguinem ciuium furentem: & confestim amissurus esset omnes per quos conspicuum

Claudius pacato militū ipetu recepit senatū Claudius agrippę regnū confirmauit paternū & multa alia donauit donationē patribus p̄cepit vt iciſam tabulis capitolio collocarēt & fratrem hęrodē ſimiliter muneribus donauit. Hęrodes rex calchidis moritᵉ duos hñs filios & Agrippa nepos rex ſuccedit. Cumānus iudeę procurator ſub quo tumultus cœperūt.&c.

esſet imperium.fieretq; ſolitudinis imperator. ¶Hæc audiens Claudius cōtinuit impetum militum: ſuſcepit autem in caſtris aduenientem ſenatum:& indulgenti honore complexus egreſſus cum patribus cōfeſtim obtulit deo victimas vt mos eſt pro imperio ſupplicasi. ¶Agrippam quoq; ptinus muneratur regno patrio omnia adijciens ei etiam illa quę auguſtus hęrodi donauerat. Trachonitidem ſcilicet & auranitidem:p̄ter hęc autem aliud quoq; regnum quod lyſanię vocabatur. Et populo q̄dem donationē hanc per edictum indicauit: patribus autem p̄cepit vt inciſam ereis tabulis in capitolio collocarent. ¶Donat autem etiam fratrem ſuum hęrodem qui gener eiuſdem erat Beronici iūctus regine calchidis. ¶Opinione autem celerius agrippę dati regni cēſus maximus affluebat. Qua ſane pecunia ille non in rebus abutebatur exiguis:ſed talem murum hieroſolimis circumdare cœpit: qualem ſi potuiſſet abſolui.ieſticacem prorſus obſidionem romanis oppugnātibus effeciſſet. Sed anteq̄ impleret opus deceſſit in cęſarea. ¶Regnauit autem annis tribus ante quoq; cum tetrarchiā regeret:aliſs tribus annis tenuerat poteſtatem.Reliquit vero filias quidem tres de cypro natas:beronicem mariannem ac druſillam.Filium autem ex eadem ipſa coniuge nomine agrippam qui nō nimis paruulus erat. ¶Tunc claudius regnum eius in prouinciam redegit. in cuius procuratione miſſus eſt Cuſpius fadus.Poſt hunc autem tyberium alexandrum Qui nichil de conſuetudine patria immutātes.gentem in pace tenuere. ¶Poſt hęc vero & hęrodes qui regnabat in calchide deceſſit.relinquēs de ſorore quidem ſua beronice filios ſuos duos bernicianum & hyrcanum. de priore autē marianne ariſtobolum.cuius frater mortuus fuerat ariſtobolus priuatus relicta filia Iotapata. ¶Hi quidem erāt ſicut ſupra dixi liberi ariſtoboli:qui fuerat hęrodis filius: Ariſtobolus autem & alexander nati fuerāt hęrodi de mariāne quos ipſe parens interfecit. ¶Alexandri autem poſteri in maiore armenia regnauerunt. ¶Poſt obitum autem hęrodis qui regnauit in chalchide agrippam filium agrippę claudius in auunculi ſui regno conſtituit Alterius autem prouincię ſuſcepit curam poſt alexādrum cumanus ſub quo oriri ceperunt tumultus Et denuo iudeos calamitas compręhendit.

D

Anti.li. xix.cap. viij.

Anti.li. xix.c.ix.

Anti.li. xix.ca.x

Anti.li. xix.ca.x

Anti.li. xx.c.v.

Anti.l·. xx.c.iiii

Anti.li. xx.c.iiii

E

Anti.li. xx. c.iiij

¶Agrippam Agrippę filium claudius auunculi ſui regno conſtituit & Cumanum iudeę procuratorē ſub quo tumultus cœperunt:ſeditionis vero occaſio fuit miles quidam poſteriora denudās. Triginta q; iudeorum milia ex mutua conculcatione occiſa ſunt. Stephanus quoq; Cęſaris a latronibus expoliatus eſt. Iudea quoq; milite ſacrę legis libros comburente ad Cumanum concurrit petens militis punitionem:qui militem ad ſupplicium iuſſit adduci.Seditio inſuper inter Galileos & Samaritas Galileo ad feſtiuitatem aſcendente occiſo oritur & Iudei relicta ſolemnitate & Cumano iuſticiam negligente in Samariam impetum Eleazaro & Alexandro ducibus fecerunt: & maximam facientes cedem vicos inflāmauerunt. Cumanus vero cum exercitu his qui vaſtabantur auxilium ferens plures occidit & aliſs veniam precantibus amicis cōdonauit. Samaritę autem Quadrato ſyrię p̄ſidi iudeos de priore violentia accuſant Iudei vero ſeipſos excuſabant. Quadratus itaq; ſeditionis auctores crucifixit & in Lydda.xvliȷ.iudeos a Samaritis accuſatos ſecuri percuſſit:& pontificem ſacerdotū aliorumq; iudeorum nobiles ſimiliter q; Samaritarum principes romam miſit ad Cæſarem.Claudius vero Agrippę precibus Samaritarum nobiles iuſſit interfici Cumanum exulari & celerem morte mulctandum remiſit hieruſalem.Fœlix iudeę p̄ſes deſtinatur & Agrippę auctum eſt regnum.

Capitulum vndecimum.

Occaſio ſeditionis miles turpiter poſteriora oſtendens.

Triginta iudeorū milia ex conculcatione mutua occiſa ſūt in feſto azimoꝝ.

CO nueniente quippe multitudine ad diem feſtum azimorum in hieroſolimam legione romana ſtante ſuper porticum templi milites ſemper cuſtodiebant feſtos dies: ne quid conuenientes populi nouare auderent. ¶Vnus ergo e militibus reductis turpiter veſtimentis inclinans poſteriora ſua obuertit ad faciem iudeorum: & ad hunc habitum vocem emittens ſimilem ſucclamauit. Ob quod factum tota cœpit multitudo conqueri: ita vt circumſtarent cumanum ad ſupplicium militem depoſcētes. Ex his autem inconſulti iuuenes & quaſi natura apti ad ſeditiones mouendas:in litem grauiſſimam proſiliebant hi continuo quippe ſaxa rapientes:percutiebant milites. Tunc cumanus veritus ne totius in eum vulgi impetus fieret: plures euocauit armatos. Qui cum eſſent porticibus immiſſi metus grauis icidit iudeis.Statimq; in fugam verſi relicto templo refugere cœperunt.Tanta autem per egreſſus de conſtipatione obtricio facta eſt:vt cōculcatione mutua ſuper triginta hominum milia conſumpta ſint.Facta eſt autem vniuerſę genti luctuoſa feſtiuitas & planctus per domos ſingulas perſonabat. ¶Succeſſit autem huic calamitati latrocinantiū tumultus.Iuxta bethoro quippe circa aſcenſum publicum ſtephanus quidem ſeruus cæſaris ſuppellectilem quandam vehebat:quę ab irruentibus diſcerpta latronibus eſt.Cumanus autem ad inquiſitionē mittens eos qui in proximis vicis veniſſent vinctos ad ſe adduci iuſſit:denuncians vt cōquiſitos latrones in vincula cōiȷcerent. Qua occaſione quidem militum in vico alio libros ſacrę legis offenſos diſcidit. atq; combuſſit. Iudei autem quaſi totam religionem inflammatam viderent; vndiq; confluxerunt.

F

Anti.li. xx.c.iiij

A velut machinamento aliquo ita in superstitionis attracti omnes ad vnam euocationem ad Cumanũ Cæsaream concurrunt precantes vt qui militum in tantam contumeliam deo legiq; eius intulisset nõ relinqueret eum impunitum. Ad hęc enim ille videbat multitudinem nequaq̃ quieturam nisi aliqua esset satisfactione sedata: adiudicatum militem per medium populum ad supplicium iussit adduci.
An. lib. 20. ca. 5 Sicq; iudei placatis animis recesserunt. ¶ Denuo autem galileorum & samaritanorum conflictus exoritur. In vico enim (quem gemma vocant) qui est in magno samariæ campo situs: quidam galileus de numero iudeorum ad festiuitatem ascendens interficitur. Ad quod factum multi ex galilea regione concurrerunt: vt cum samaritis cõfligerent. Horum autem nobiliores conuenerunt ad cumanum rogantes vt anteq̃ grauis calamitas oriretur transiret in galileam. Et in eos qui auctores essent homicidij vindicaret Cumanus vero his negocijs (quę habebat in manibus) postpones illorum petitiones sine effectu precatores remisit. ¶ Nunciato igitur hoc scidio hierosolymiam: omnis multitudo commota est. At relicta diei solemnitate in samariam vulgus impetum fecit sine duce vllo: nec cuiq̃ principium suorum retinenti acquiescens. Latrocinio autem eorum & tumultui quidam dynei filius eleazarus & alexander prærat: qui in grabathene regionis conterminos irruentes promiscuã edidere cedem. A nullius etatis exitio temperantes. Vicos autem inflammauerunt Cumanus autẽ hęc audiens adduxit secum vnam equitum alam quę vocatur sebastenorum: vt auxilio his qui vastabantur esset. Sicq; eorum multos qui eleazarum erant secuti comprehendit: plures quoq; interfecit ad reliquã autem multitudinem quę in vastandos samaritanorum fines irruerat. Principes gentis de hierosolymis concurrerunt: operticq; cilicijs. Et aspersis cinere capitibus precabantur vt ab incepto desinerent: nec propter exercendam in samaritas vltionem ad hierosolyme perniciem Romanos commouerent: miserentur autem patrię suę atq; templi filiorumq; & coniugum propriarum: neq; omnia pariter in dj serimen adducerent neq; ob vnius galilei vindictam cuncta disperderent. His acquiescentes iudei:
An. li. 20. c. 4. an. li. 20 capi. 6. ege. li. 2 capi. 6. a negocio recesserunt. ¶ Multi autem per idem tempus in latrocinia conspirabant: sicut solẽ insolentia crescere rebus quietis penq; omnem regionẽ agebantur rapine: & audaces quiq; vim reliquis afferebant. ¶ Tunc samaritarum primates ad quadratum qui syriam prouinciã procurabat. Tyrum venerunt vindicari de his qui regionem eorum depredati fuerant: postulantes. Presto autem fuerant etiam nobiles iudeorum. & Ionatas filius ananię princeps sacerdotũ obiecta diluens. allegabat initiũ quidem tumultus samaritas fuisse qui primi homicidium perpetrassent: causam tamen calamitatum
B postea secuturam prębuisse Cumanum: qui inter principia auctores cedis noluisset vlcisci. Tunc quadratus vtranq; partem interim distulit dicens. Quoniam cum ad ipsas regiones venisset singula diligenter inquireret. Deinceps vero procedens cęsaream: eos omnes quos Cumanus vinctos reliquerat: in crucem sustulit. ¶ Inde cum liddam venisset: de vno audiuit samaritanorum querelas: & iudeorum decem & octo viros quos cognouit pugnę fuisse participes securi percussit. Duos autem pontifices sacerdotum Ionatam & Ananiam eiusq; filium ananum & nõnullos alios iudeos nobiles cęstinauit ad cęsaream: similiter autem & samaritarum nobilissimos quosq;: precepit quoq; Cumano & celleri tribuno Romam nauigare: reddituros claudio rationem pro his quæ in regione gessissent.
¶ His ita compositis: a lidda ascendebat hierosolymam. Et inueniens multitudinem festiuitatẽ azimorum celebrantem: sine vlla conturbatione antiochiam redijt. ¶ Romę autem cęsar auditis allegationibus cumani & samaritarum (aderat autem etiam agrippas iudeorum causam magna intentione defendens) siquidem & Cumanum multi potentium aderant pronuncians aduersus samaritas. Tres eorum nobilissimos iussit interfici. Cumanum autem iussit vrbe discedere. Cellerem vero vinctũ hierosolymam mittens iudeis ad supplicium tradidit: vt per vrbem tractus capite cederetur. ¶ Post hęc
Anti. li. 20. ca. 6 C foelicem pallãtis fratrem destinauit ad iudeos: qui & eorum prouinciam cum samaria & galilea curaret. Agrippam vero de calchide in regnum maius transtulit: tradens ei illam quoq; prouinciam quæ foelicis fuisset. Erat autem ista trachonitidis & Batanea & Gaulanitis. Addidit etiam regnum lysanię & tetrarchiam quam varus rexerat.

¶ Claudio anno imperij sui. xiiij. mortuo Nero successit in imperio qui immanissimus fratrem suũ vxorẽq; & matrẽ interfecit: & ad vltimum hystrionum opera peruenit. Hic armeniam minorem Aristobolo herodis filio dedit: & Agrippę regno quattuor addidit vrbes. & reliqua iudeę foelici prę fidi qui Eleazarum latronum principem romam misit: alioq; latrones crucifixit. Sed his latronibus purgata regione Sicarij die claro in media ciuitate homines interficiebãt. Primusq; ab illis Ionathas pontifex occisus est (his enim maxima latrocinandi erat temeritas: arsq; latendi). Tunc quoq; Seductores quidem & hypocritę minus ciuitatem vexauit q̃ sycarij hij enim populum seducentes in solitudines signa deum promittentes ostendere ducebant & occidebãt quos foelix interfecit. Egyptius insuper pseudo propheta. triginta millia hominum ducens in montem oliuarum voluit (depulso Ro-

Milite Sacrę legis libros cõburente tota iudea ad Cumanũ cõcurrit militẽ petẽtes non relinquere impunitũ q illũ ad suppliciũ iussit adduci.

Iudei (relicta solemnitate & Cumano iusticiam negligẽte) in Samariã impetuz fecerunt eleazaro & alexandro ducibus & maximã faciẽtes cedẽ vicos inflammauerũt. Cumanus aũt cũ exercitu his (q vastabant) auxiliũ ferens plures occidit & alijs veniã (precãtibus amicis, condonauit Quadratus seditiõis auctores crucifixit & in Lidda. xviij. iudeos a Samaritis accusatos securi percussit & põtificem sacerdotũ & alios iudeos nobiles similiter & Samaritanũ principes romam misit ad Cęsarem.

manorum preſidio) populo dominari ſed (ipſo cum paucis fugiente) multi a Fœlice compræhenſi in vinculis traditi ſunt. Quidam & populo afflictionem inducentes mortem his (qui Romano populo voluiſſent obedire) comminabantur. Seditio iterum circa cęſaream inter Syros & Iudeos pro ciuilitatis equitate. Fœlix autem (dato edicto vt contumaces ab vrbe diſcederent) multos non parentes interfecit. Poſtea vero non pacata ſeditione vtriuſq; partis nobiles miſit ad Neronem: huic feſtus ſucceſſit poſt quem Albinus iniquiſſimus latronibus fauens eius enim iniuſticia & auaricia (qui latronũ quaſi princeps erat) ſeditioſorum creuit audacia Indigni enim officijs honorabantur quod futurę captiuitatis maximum fuit ſeminarium. D

¶ Capitulum duodecimum.

Claudio anno imperij ſui. xiiii. mortuo Nero ſucceſſit. Facinoroſa Neronis ímanitas q fratrẽ ſuũ vxorẽ q; & matrem interfecit &c.

IPſe autẽ cęſar per annos tredecim menſes octo dies triginta. Amminiſtrato imperio romano deceſſit ſucceſſorem regni Neronẽ relinquens: quẽ ſuadelis Aggrippinę vxoris ſuę in imperiũ coaptauerat. Et quidẽ cum legitimũ haberet filium britannicum ex meſalina natũ priore ſcilicet conjuge. & octaniam filiam quã ipſe priuigno collocarat Neroni: ſuſceperat autem ex agrippina antoniam. ¶ At Nero quidem quẽadmodum per magnitudinẽ fœlicitatis & opus abuſus ſit fortuna: & qualiter fratrẽ ſuũ atq; vxorem matremq; interfecerit poſt quos in omnes proximos immanitatem ſuam cõuerterit atq; ad vltimum per amentiam ad hyſtrionum opera ſcenamq; peruenerit: quoniam ſcio eſſe & narratione moleſtum tacitus prętĕrire melius puto. ¶ Cõuertar autẽ ad narrãda quę ab eo aduerſum iudeos geſta ſunt. Minorem igitur armeniam regendam Ariſtobolo Hærodis filio. Regno autem Agrippæ quatuor vrbes addidit cum agris ad ſingulas pertinentibus: in iudea ſcilicet regione Abelam & Iuliadam in galilea autem Taricheam & Tyberiadam. Reliqua aũt iudeæ fœlici procurãda dedit. ¶ Hic principem latronũ eleazarum qui per annos viginti regionẽ fuerit dẽpdatu. Alioſq; multos cũ eo cœpit vinctoſq; Romam direxit. Alioſq; quos in crucem ſuſtulit latronum. Vel incommunione ſceleris deprehenſorum popularium fuit pene multitudo innumerabilis. ¶ Sic autem regione purgata: aliud genus latrocinantium in hieroſolyma oriebatur (Hi autem ſycarij vocabantur) die claro & in media ciuitate paſſim quoq; interficientes. Potiſſimum vero diebus ſolemnitate feſtiuis. Immiſcebãtur vulgo: & ſicas ſub veſte geſtantes. his diuerſos quoſq; interficiebãt: ac deinceps collapſis hominibus illi inter reliquos de ſcelere querebantur. Qua fraude extra ſuſpitionem manebant: diuq; latuerũt. ¶ Primus igitur ab eis Ionatas pontifex interficitur. Poſt hunc autem plurimi quotidie cedebantur: atq; ipſis calamitatibus moleſtior timor ciuitatem pręmebat. Sicut enim in medio bello per ſingula momenta omnes mortem operiebantur. Circumſpiciebãt autem eminus quoſq; appropiãtes. neq; amicis ſuis fidere poterant: dum tamen in mediis ſuſpicionibus atq; cuſtodijs nichilominus interficiebãtur. Tanta erat latrocinantium temeritas: & ars quędam latendi. ¶ Ad hęc autem etiam alia malorũ facta collectio eſt. cede quidem abſtinentium. ſed conflijs magis impiorum. Quę pars non minus q̃ ſicariorum fœlicitatem vrbis ſtatumq; corripit. Seductores quoq; homines & circũuentores ſub ſpecie religionis nouis rebus ſtudendis vulgum inſanire fecerunt. Nam egrediebantur in ſolitudines promittentes deũ ſigna eis oſtenſurum libertatis. Contra quos fœlix (videbantur quippe ſemina defectionis eſſe) mittens equites atq; pedites armatos: magnam multitudinem interfecit. ¶ Maiore autem plaga iudeos afflixit ęgyptius: q̃ pſeudo prophetes. Aduenies quippe in prouincam magus cũ eſſet prophęte opinionem ſibi arrogans triginta ferme milia hominum congregauit. quos vana ſeditione deceperat & circumducens eos de ſolitudine in montem qui vocatur oliuarum. Inde in hieroſolymam nitebatur aſcendere: depulſoq; romanorum preſidio in populares excere dominationẽ. Vtebatur autem ſtipatoribus qui ad id facinus conuenerant. Preuidit ſane eius impetum fœlix: & occurrens cum romanis armatis quos etiam iudeorum reliqua multitudo iuuabat: iniit conflictũ. Et ægyptius quidem cum paucis fugit. plurimi autem qui cum eo fuerant: comprehenſi vinculis traditi ſunt reliqua multitudo in regiões proprias diſperſa eſt. ¶ Compreſſis porro his etiam ſicut febres in egro corpore rurſus pars altera tumeſcebat. Vagi enim quidam & latrones collecti multis afflictionem inducebant & quaſi ad libertatem vocabant mortem apertiſſimam comminantes his qui romanorum principatui obedire voluiſſent. Vt vel reluctantes auerterent eos qui ferrent ſpontaneam ſeruitutem. Diſperſi ergo per totam regionem diripiebant quorumq; potentium domos eoſq; inſuper trucidabant Inflammabant etiã agros ita vt deſperatione eorum tota iudea protinus impleretur. Et hęc quidem pugna in diem gratius augebatur. ¶ Alter autem tumultus ortus eſt circa cęſaream inter iudeos ſcilicet qui ibi permixti habitabant & ſyrus ſeditione commota. Hi ſiquidem poſcebãt vt eorũ fieret ciuitas iudeum eius fuiſſe conditorem dicentes. Erat autem rex hęrodes. Emuli vero conditorem quidem confitebantur iudeum. Ipſam vero ciuitatem fuiſſe gentilium vindicabant. Neq; enim

Anti. li. xx. c. vi. Ege. l. 2. capi. 6.

antiq. li. xx. c. vi.

Anti. li. 20. c. 6. ege. li. 2 capi. 6.

E

Anti. li. 20. ca. 6

Eg. l. 2. capi. 7

F

Anti. li. 20. ca. 6 ege. li. 2. capi. 8.

Quidã afflictionem ppłe cõminabãt his q romano principatu voluiſſent obedire,

Seditio circa cęſareã inter ſyros & iudeos ꝓ ęqtate ciuilitatis.

A illic ſtatuas & phana poſſe conſtitui: ſi ad iudeos eam conditor pertinere voluiſſe. Ob has ergo cauſas inter ſe populus vterq; iurgabat. Procedebat autem vſq; ad arma contentio. & quotidie audaces quiq; ad cõfligendũ partes alterutrũ profiliebant. Neq; enim iudeorum ſeniores cohibere tumultus gentis ſuę poterant: & græcis turpiſſimũ videbatur iudeis inferiores videri. Pręſtabant autem hiſ qui dem diuitiſs & corporum iuribus. Greci vero auxilio militum. Magna ſiquidẽ pars Romanę manus de ſyria illo fuerant congregata: & quaſi cognati ad auxiliandum erant parati ſyris. Prefecti autẽ militum curabant comprimere tumultum & pugnaces quoſq; comprehendentes taureis vlciſcebantur ac vinculis. Neq; tamen ſupplicia comprehenſorum impedimentum aut reliquis timorem inferebãt immo magis hoc ipſo in ſeditionis irritabantur augmentum. ¶ Tum demum fœlix minaci edicto prȩcepit contumaces quoſq; vrbe diſcedere. non parentium autem immiſſis militibus interfecit non paucos quorum etiam ſubſtantię direptæ ſunt. ¶ Poſt hęc quoq; cum videret ſeditionem manere: nobiles vtriuſq; partis elegit & ſuſcepta legatione miſit ad Neronem pro his que ſibi competere arbitrarentur acturos. ¶ Succeſſit autem feſtus: & hos qui maxime infeſtabant prouinciam ſolicite per ſecutus latronum plurimos comprehendit atq; interfecit. Verum ſucceſſor huius albinus non eodem more negociſs prefuit. Neq; enim fuit malignitatis ſpecies quam ille preterierat. Deniq; non cauſis ciuilibus furabatur & diripiebat ſubſtantias ſingulorum. neq; ſolum tributorum additamentis in cõmune gentem grauabat: ſed etiam quos ob latrocinia vel decuriões ciuitatum comprehẽderunt. vel qui a prioribus iudicibus in cuſtodiſs erãt relicti. accepta a cognatis eorum pecunia liberauit. & is ſolum qui non dediſſet in carceribus quaſi nocentiſſimus remanebat. ¶ Per idem tempus quoq; qui res renouare cupiebãt in hieroſolimis creſcit audacia: ex quibus ſane qui erant opulenti albinum largitione redimebant. vt eis tumultum mouentibus non indignatetur. Pars autem popularis qui non ſatis gaudebat quiete albini: partibus iungebatur. Vnuſquiſq; ergo improborum cohorte propria circumdatus. Ipſe quidem quaſi princeps latronũ & tyrannus eminebat. ſtipatoribus vero ſuis ad direptionem mediocrum abutebatur. Ita fiebat vt hi quidem quorum vaſtabantur domus tacerent. Illi autem qui extra incommodum ſtetiſſent: motu ne ſimilia paterentur quęrelis deterrebant Immo & B officiſs ambiebant eos quos conſtabat dignos eſſe ſupplicijs. In commune autem omnium fuerat intercepta fiducia & erat tunc multiplex dominatio & ſemina captiuitatis futurę iam ab illo tempore ſpergebantur.

¶ Ceſtius Florus Albini ſucceſſor peſſimus Albinum per ſui comparationem optimum fecit videri. Iudei namq; propter eius maliciam patrias ſedes relinquentes fugiebant. Ceſtio quoq; gallo Syrię procuratore hieroſolimam veniente occurrens illi multitudo illum deprecabatur vt florum eijceret. Hic enim vt iudei a romano recederent imperio ſedulo in dies augebat calamitates. Exordiũ namq; iudaici belli anno Neronis duodecimo: & Agrippe regni decimoſeptimo menſe Mayo ſumptum eſt. Iudei namq; ſynagogã in cęſarea habentes prope agrum gentilis quemvolentibus emere iudeis dñs agri vendere recuſauit: ſed ibi tabernas edificauit quod maxima ſeditionis cauſa fuit: die namq; ſabbati Cęſarienſi iuxta ſynagogam alites imolante iudei ira accenſi maximũ fecerunt tumultũ. quem locundo ſedare volenti Cęſarienſiũ preſſo violentia iudei libros legis ſtatim rapientes in Narbatha ſeceſſerunt: & eorũ primates ad Florũ in Sebaſtem conquerentes venerunt quos comprehẽſos iuſſit vinciri. Florus quoq; omnimode bellum inflãmans decem & ſeptem talenta de ſacro theſauro pro cęſare petit auferri: vnde cõmotus populus in eũ maledicta iaciebat: hic itaq; cũ exercitu veniẽs hieroſolẽ (cum tñ Cęſaream pacificare debuiſſet) timorem cõcuſſit populo ei obuiam vt eius leniret impetũ: venienti quẽq; diſcedere precepit. Poſtridie vero conueniẽtibus omnibus iudeis ſedens pro tribunali eos qui in eum maledicta dixerant iubet pducere. Quiq; iudeis humillime veniã petentibus forũ venaliũ rerum deſtruere: & ſibi obuios militibus iubet trucidare. Multoſq; nobilium iudeoꝝ verberibus laniatos crucifixit. Sexcenti namq; & triginta vno die in hieruſalẽ per Florum ſunt interempti.

C

Capitulum tertiumdecimum.

Cum ſane eiuſmodi morum fuiſſet albinus: tamen ſuccedens ei Ceſtius florus optimũ eum per comparationem ſui fecit videri. Ille ſiquidem plura occulte & cum fraude nocuerat: ceſtius vero iniquitates ſuas in vniuerſam gentem tam palam quaſi gloriaretur exercuit: ac velut non ad regendam prouinciam ſed ad penas damnatorum carnifex miſſus neq; rapinarum vllum morem neq; afflictionum pretermiſit. In miſeriſs autem crudeliſſimus erat: in turpibus vero impudentiſſimus. Neq; enim quis illo amplius offendit fallacia veritatem neq; commentus eſt callidiores nocendi vias. Huic ſiquidem virium illatis diſpendiſs lucra querere exiguũ viſum eſt ſed totas ſimul diſpoliabat vrbes & labes populis inferebat. non ſolum voce per totam regionem edicens liberum eſſe omnibus latrocinari: dum ipſe prędarum acciperet portionem. ¶ Deniq; ob illius auari-

Iudei ditiores greci militũ auxilio fortiores.

Fœlix dato edicto vt cõtumaces vrbe recederẽt multos nõ parẽtiũ iterfecit poſtea vero nõ pacata ſeditiõe vtriuſq; ptis nobiles miſit ad neronem.

Albini iuſticia & auaricia ſeditioſorum creuit audacia & ipſe quaſi priceps latronũ erat.

Indigni officiſs honorabanꝰ qđ fuit ſemiatio futurę cãptiuitatis. &c.

Ceſtius florus ſucceſſor Albo peſſimus Albinũ p cõparatiõẽ optimũ fecit videri.

Propter Flori maliciam iude patrias ſedes relinquentes fugi ebant.

ciam contigit totam pene deſeri regionem: ita vt plurimi ſedes patrias relinquentes ad externas pro D
uincias commigrarent. Donec autem in ſyria ceſtius gallus prouinciam regebat: neq; auſus quiſpiam
iudeorum eſt aduerſum florum ad eum mittere legatos. Cum vero inſtante azimorum ſolemnitate/
ipſe hieroſolymam veniſſet. occurrens multitudo quæ tricies centenorum milium fuit precabantur/
vt gentis ſuę calamitatibus ſubueniret: & peſtem illam prouincię florum vt eiſcerent clamitabãt. Qui
tamen cum ſub populi ore eſſet & gallo aſſiſteret non ſolum nichil mouebatur Sed voces illas etiam
deridebat. Ceſtius tamen compeſcens impetum populi & edicens q; deinceps placatiorẽ eis florum
redderet. egreſſus eſt antiochiam. Deduxit autem eum vſq; ad ceſaream florus eludens mendacijs &
iudeorum genti bellum ſedulo comminiſcens: quo ſcilicet ſolo iniquitates ſuas occultum iri poſſe cre-
debat. Pace ſiquidem permanẽte habiturum ſe apud ceſarem accuſatores iudeos: verum ſi defectio- Anti. li.
nem negociatus fuiſſet maiore vtiq; malo abdicendam a ſe eſſe inuidiam peccatorum minorum. Igi xx. ca. ix
tur vt gens a romano abrumperetur imperio: ſedulo in diem augebat calamitates. ¶ Per idem tẽpus
apud neronem ceſarienſes gentiles vectores extitere: decretum iſtud conteſtantes litteras attulerũt.

Exordiũ Iudaici belli: anno duodecimo Neronis imperij & regni Agrippę decimoſeptio mẽſe Maio:

Perq; hoc bello iudaico dabatur exordium duodecimo ſcilicet anno regni neronis: ſeptimo decimo
autem regni agrippę menſe maio Ad magnitudinem autem excitatorum de eo malorũ nequaq̃ ido
neas cauſas habuiſſe deprehenditur. ¶ In ceſarea ſiquidem habitantes iudei habebant ſynagogã ꝓ
pe agrum cuius erat dominus gentilis quidam ceſarienſis: & frequenter quidem egerant vt ad eorum
ius illa poſſeſſio iungeretur multis partibus maius precium q̃ res meruerat offerentes. Dominus au-
tem loci non ſolum preces deſpexiſſe contentus: ſed ad maiorẽ dolorem edificauit in loco tabernas
ita vt anguſtum eis tranſitum & prorſus coartatum relinqueret. Primum igitur feruẽtiores aliqui iu-
uenũ proſilientes edificationem vetabant. Cum vero florus hos cohibendo prohiberet: non haben-
tes iudeorum nobiles quid agerent/inter quos erat iohannes telones inflectunt florũ oblatione octo
talentorum vt edificationem vetaret. Ille autem ob accipiendum tantummodo rem/ promittens ſe
cuncta facturum. accepta pecunia ſtatim a ceſarea egreſſus eſt. venitq; in ſebaſte ſeditioni tribuẽs fa-

Die ſabbati (ceſariẽſi iuxta Synagogã alites immolante) iudei ira accẽſi maximũ fecerunt tumultũ/ quẽ locũ do ſedare voleti ceſarienſiũ violentia preſſo iudei ſtati legis libros rapiẽtes ſe ceſſerũt in Narbatha & eorum primates ad florũ in Sebaſtẽ venerũt cõqueren tes quos cõprehenſos vinciri iuſſit.

cultatem: quaſi qui pugnę ſpacium iudeorum ſummatibus alias primatibus vendidiſſet. ¶ Sequenti E
autem die quę apud iudeos ſabbatũ eſt/cum plebs ad ſynagogam coiſſet. ſeditioſus quidam ceſariẽ-
ſis vas ſamium ante eorum ingreſſus ponens. alites immolabat. Hoc factum iudeos incohercibiliter
accendit. Et legem ſuam quippe contumeliam pertuliſſe. & locum ipſum dicebant fuiſſe pollutum.
Pars autem iudeorũ quę erat conſtantior atq; moderatior denuo iudicibus eſſe conquerendũ rebat
Seditioſi autem & iuuentute turgentes iudei effundebantur in litem. Stabant autem ad confligẽdum
parati etiam ceſarienſium tumultuoſiores: Ex conſilio quippe directus fuerat qui pro ſynagogę fori-
bus immolaret. Sicq; continuo eſt pugna commiſſa. Interueniens autem Iocundus qui ad prohiben-
dum erat relictus prefectus equitum vas illud quidem (quod fuerat poſitum) iuſſit auferri/ & tumul-
tum ſedare pergebat. Cum vero ſuperatus eſſet pre ceſarienſium violentia: iudei ſtatim libros legis ra
pientes receſſerunt in Narbatha: Regio quedam eorum hoc nomine appellabatur: direpta a ceſarea
ſtadijs ſexaginta Primates autem eorum duodecim cum iohanne in ſebaſte ad florum venerunt. de
his quę acciderant conquerentes & vt auxilio eſſet rogabant quãuis reuerenter & tunc eum de octo
talentis ammonentes. Ille vero illico compreheſos eos vinciri iuſſit: arguens cur leges de ceſarea au-
ferre auſi fuiſſent. Pro hoc ſibi apud hieroſolimitas grauiſſima iurgia naſcebantur: verũtamen adhuc
indignationem ſuam frenabant. ¶ Florus vero quaſi ad hoc operam ſuam locaſſet vt bellum inflam-
maret miſit ad ſacrum theſaurum vt inde decem & ſeptem talenta auferrentur: quaſi eam pecuniam
impenſa ceſaris flagitaret. Tunc vero ſtatim inuaſit populum multa confuſio: cõcurrentes ad templũ
maximis vocibus nomen ceſaris appellabant: vt a tyrannide flori liberarentur orantes. Quidã autem F
ſeditioſorum in florum iaciebant maledicta vltima: & caniſtrum circumferentes ſtipem eius nomine
poſtulabant: quaſi inops & miſerrimus talibus indigeret auxilijs. His autem omnibus nichil eſt a cu-
piditate deterritus. Sed multomagis ad depredandum eſt irritatus. ¶ Deniq; cum debuerat ceſareã
venienſ ignem belli illic naſcentis extinguere cauſaſq; tumultuum ſubmouere. pro quo etiam merce-
dem pactus acceperat: cum tamen exercitu equitum atq; peditum hieroſolimam contendit vt roma
nis armis ad quę volebat vteretur: ac timore & minis vrbem nudaret. Tunc populus vel lenire eius i-
petum volens obuiam militibus proceſſit. cum ſolitis vtiq; fauoribus & Florum honorare officijs pa-

Florus cũ exercitu hierlm venit cũ tñ ceſareã debuiſſet pacificare tiorẽ pplo cõcutiens. Cui ppls obuiã veniens vt eius leniret ipetũ & eum paratus honorare iubet diſcede

ratus. Illevero premittens cum equitibus quinquaginta centurionem nomine capitonem diſcedere
eos iuſſit. neq; eum in quem tam grauia maledicta ieciſſent. falſo honore denuo deluderent. Oporte-
re quippe eosſi viri ſunt fortes animoq; conſtantes: etiam in preſentem effundere contumelias: nec
ſolum eos in verbis: ſed etiam in armis amorem libertatis oſtendere. ¶ His dictis: exterrita multitu-
do ſimul etiam equitibus qui cum capitone venerant in medium vulgus irruentibus diffugerunt: an-

A te quã florum ſalutarent aut militibus officia conſueta redderent. Diſcedentes igitur in domos cum metu atq; humilitate peruigilẽ duxere noctem. ¶ Florus autem tuno quidẽ deguit in regia: poſtridie vero aduerſum eos extructo tribunali ſublimius reſedit. Conueniẽteſq; ſacerdotũ principes & ciuitatis vniuerſa nobilitas aſtiterũt tribunali. His præcepit florus vt omnes qui maledicta in eum ſuccla maſſent, ptinus dederent. edicens in ipſos eſſe (niſi reos produxerint) vindicandum. Ad hęc reſpondent iudei. populũ quidem pacifica queq; ſentire. illis vero qui errauiſſent in verbis veniam cõferendam poſtulabant. In tantam ſiquidem multitudinem nichil eſſe mirandum offendi aliquos temerarios: & per ętatem inſpicientes. Eſſe autem impoſſibile eorum qui deliquerint diſcrimen agitari: cum & ſingulos nimirum pœniteat: & per timorem ſint ad negandum parati debere tamen illum ſi conſuleret gentis quieti. & vellet romano imperio ſeruare vrbem magis propter multos inoxios dare veniam etiam paucis delinquẽtibus: q̃ propter paucos improbos perturbare multitudinem tantam bonorum. ¶ Ad hęc vero ille magna indignatione inflammatus: militibus exclamauit vt forum rerum venaliũ quod erat in ſuperiore parte ciuitatis diriperent ac paſſim obuios trucidarent. Illi vero ad lucri ſui cupiditatem addita auctoritate rectoris non ſolum illum diripuerũt locum in quem fuerũt immiſſi: ſed vniuerſas inſilientes domos interficiebant habitatores. Fuga autem erat per angiporta omnia: & cedes eorum qui comprehendebãtur. ¶ Direptionis quoq; ſpecies nulla prẽteriebatur. Multos autẽ nobilium etiam cõprehendentes adduxerũt ad Florum. quos ille verberibus laniatos: in crucem ſuſtulit. ¶ Deniq; omnis numerus illo interfectorũ die cum paruulis & mulieribus (neq; enim vel lactentibus pepcerant, fuit ſexcenti & triginta. Grauiorem autem faciebat calamitatem videri noui tas romanę calamitatis. Quod enim nemo vnq̃ prius tunc Florus auſus eſt: vt viros ſcilicet equeſtris ordinis pro tribunali flagellis cederet. ac patibulis affigeret. Quorum & ſi origo Iudea: tamen Romana dignitas erat.

re ſed & minis fugere coactus eſt & noctẽ duxit ppli multitudo pugilem. Petũt iudei veniam. &c.

Florus militibus forum venaliũ rerũ diripere ac obuios trucidare iubet.

Sexcẽti & triginta vno die p florum in hieruſalẽ occiſi.

¶ HIC IOSEPHVS Antiquitatum libros terminauit: concludens libro & capitulo vltimis Florum cauſam fuiſſe quia iudei bellum contra romanos aſſumerent.

Additio.

B ¶ Beronice Agrippę regis ſoror ipſo abſente militum videns iniquitatem miſſis nunciis Florum deprecabatur: vt ceſſaret a cede ſed neq; interfectorũ multitudine neq; prẽcatricis nobilitate q̃euit ſed etiam aduerſum reginam efferatus eſt. Hæc enim hieroſolimam vt vocata redderet venerat mos enim eſt his qui pro morbo vel aliis neceſſitatibus implicantur orare per triginta dies anteq̃ immolent hoſtias abſtinereq; a vino & capillos radere. Quem morem exercẽs Beronice his diebus nudipes ante tribunal ſtetit deprecans Florum: ſed nichil obtinuit. Clamantẽ autem contra Florum populum primates iudeorum pacificauerunt. Sicq; multitudine ſedata Florus doloſe cõuocatis iudeorum nobilibus petit vt populus obuiam procedat militibus de cęſarea venientibus. Mandatq; Florus militibus non ſalutare iudeos obuiantes: ſed in eos ſi quippiam petulanter fuerint locuti, vti armis. Sacerdotes autem & leuitę ſacra vaſa proferentes populum precabantur vt templi cuſtodirent honorem: neq; romanos contumelijs incitarent. Populus itaq; ſacerdotum hortatu obuiam militibus veniens eos ſalutat, quibus nichil reſpondentibus ſeditioſiſq; quibuſdam iudeis contra Florum ſuclamantibus maxima eſt facta iudeorum cedes.

Eg. li. i. ca. viii.

¶ Capitulum quartumdecimum.

Agrippa rege abſente beronice eius ſoror militũ vidẽs iniquitatẽ florꝫ (miſſis nũcijs precabat vt a cede ceſſaret.

DEfridem tempus rex quidem Agrippa Alexandriam erat profectus vt Alexandrum qui ægyptum procurabat miſſus a Nerone: iure hoſpitis conueniret. Germanam autem ſuam Beronicem hieroſolymis inuentam & iniquitatem militum videntem grauis pro hoc angor inuaſerat: & frequẽter quidem prefectos equitum ſuorum cuſtodeſq; corporis mittens ad florum: precabatur vt a cede deſineret. Ille vero neq; in multitudinem interfectorum neq; in nobilitatem precatricis ſed tantum in lucra ſua quę de rapinis congregarentur aſpiciens contempſit annuere: impetus autem militum etiam aduerſum reigam efferatus eſt. Non ſolum quip C pe ſub oculis eius obuios quoſq; mulctabant atq; trucidabant. ſed etiam ipſam niſi confugiſſet in aulam interfeciſſent. Ibi autem peruigilem noctem cum intenta cuſtodia egit: verens vtiq; irruptionem militum. Venerat autem hieroſolimam. vt vota deo ſolueret. ¶ His enim qui morbo vel alijs neceſſitatibus implicantur. mos eſt orare per triginta dies anteq̃ immolent hoſtias: abſtinere quoq; vino & capillos radere. Quem morem beronice regina illis exercens diebus nudipes etiam ante tribunal ſtetit deprecans florum & prẽter qꝫ nullo honori habita eſt & etiam de vita ſua periclitata eſt. Hęc autẽ facta ſunt ſextodecimo die menſis maij. ¶ Poſtridie autem conueniens multitudo in forũ quod erat in ſuperiore parte ciuitatis, confluens magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant, querebantur. Potiſſimum autem inuidioſe in florum voces erant. Quod veriti primates quoq; & pontifices, diruptis veſtibus, & viritim ſingulos compręhendentes poſtulabant vt ab his verbis quorum cauſa mala

Agrippa rege abſente beronice eius ſoror militũ vidẽs iniqtatẽ florꝫ (miſſis nũcijs precabat vt a cede ceſſaret.

Mos iudeorum pro neceſſitatibus orare p triginta dies.

Clamãtẽ ppłm cõtra florũ pacificãt primates iudeoꝝ. &c.

Florus doloſe cõuocatis iudeoꝝ nobilibus petit vt ppl's obuiam ꝓcedat militibus de Cęſarea venientibus. &c.

illa pertulerant) deſinerent: neq; in maiorem indignationem florum mouerent Sicq; ſedata eſt multitudo tam reuerentia precantium q̃ ſpe q̃ nequaq̃ in eos vltra florus ſeuiret. ¶ Ille autem videns tumultum fuiſſe compreſſum angebatur: & denuo eum inflammare cupiens: pontifices cum nobilibus aduocauit. Itaq; vnum ait argumentum fore. quod nichil vlterius de nouandis rebus populus cogitaret ſi obuiam procederet militibus de cęſarea venientibus. Veniebant autem duę cohortes. Qui cũ conuocaſſent populum ad occurrendum mandat florus centurionibus vt nullam ſalutationem rederent obuiantibus iudeis Ad quod ſi offenſi petulanter quidpiam eſſent locuti: ſtatim in eos vterẽtur armis. Pontifices collectam multitudinem in templo precabantur vt occurrerent romanis: & ante graue incommodum cohortes ſolemniter ſalutarent. His hortationibus ſeditioſi quiq; abnuebant: & ob interfectorum dolorem reliqua multitudo iungebatur audacibus. ¶ Tunc vero & omnes ſacerdotes omneſq; leuitę ſacra vaſa proferentes ornatumq; templi cytariſtę etiam & cantores cum muſicis organis procedebant ante multitudinem & obnixiſſime precabantur vt illum templi honorẽ cuſtoditum eſſe vellent: neq; ad direptionem vaſorum ſacrorum romanos contumelijs incitarent. Erat autem videre ipſos ſacerdotum principes ſparſis; cinere capitibus & pectora diruptis veſtibus nuda monſtrãtes nominatim ſingulos quoſq; nobilium compellere: ac denuo in commune multitudinem precari: ne ob modicum peccatum patriam ſuam ꝓderent his qui direptioni eius inhiarent. Quam enim vtilitatem vel militibus eſſe de iudeorum ſalutatione tribuendam. vel illis que acciderant correptionem: ſi in preſenti prodere ceſſarent At contra ſi officioſe ſuſciperent ſolẽniterq; venientes auferri floro occaſionem pugnę. ipſos vero ſaluare patriam ſuam: ac prouidere ne quid vltra quam pertulerant experirentur. His addunt quoniam paucis ſeditioſis ſi tanta multitudo iũgatur. quo magis ad pacificum conſilium ſuam debuerant auctoritatem tranſferre. ¶ Tali hortatu multitudinem inflectentes. etiam ipſos ſeditionis auctores quoſdam quidem minis. quoſdam autem ſui reuerentia mitigarunt. ac deinceps precedẽtes cum quiete omni populo ſequente militibus obuiã prodierũt iamq; cominus factus ſalutauerunt. Illis autem nichil reſpondentibus: ſeditioſi iudeorum aduerſum florum cuius hęc fierent conſilijs ſucclamauerunt Confeſtimq; milites comprehendentes eos cedere fuſtibus adorſi ſunt: atq; in fugam verſos perſequentes equites perculcabant. Corruebant autem multi quidem cum a romanis cederentur: plures autem cum ſe mutuo propellerent. In ipſis autem portis grauis facta compreſſio eſt: & vno quoq; pręuenire alterum cupiente tardior fuga cunctis fiebat: collabentium vero erat durus interitus. Suffocato enim conflatu miſeri diſperibant. & neq; ad ſepulturã quanq̃ proximis ſuis cognoſcendus remanebat. Inruebant autem pariter milites imoderate eos quos comprehendiſſent cedentes & per ingreſſum qui Bezetham vocatur detrudebant multitudinem trãſire cupientes: vt antoniam & templum obtinerent. Quos etiam florus cõſecutus eduxit de regia eos qui ſecũ erant: & in arcem tranſire nitebatur. Fruſtratus tamen eſt eius impetus.

Sacerdotũ hortatu ppl's obuiã venięs militibus eos ſalutat qbus nihil rñdẽtibus ſeditioſiſq; iudeorũ cõtra florũ ſucclamantibus maxima facta ẽ iudeorũ cedes.

¶ Florus (Iudeis romanos ſaxis per tecta obruentibus) ab vrbe hieroſolima recedens relicto ibi preſidio venit Cęſaream. Qui impudenti mẽdacio Iudeos apud Ceſtium Gallum accuſauit quibus & Beronice excuſantibus & quę facta fuerant referentibus Gallus Nepolitanum tribunum pro inquirenda veritate ad Iudeam miſit: & ipſe Agrippę circa Iamniam occurrens: ad quem etiam iudeorum principes Flori inhumanitatem conuenerunt cauſas itineris indicat Agrippas autem licet Florum increparet inuectionem ſuam in iudeos quorum maxime miſerebatur volens eorum frenare motus tranſtulit Populus vero Agrippę & Neapolitano cum lachrymis venienies hos vt genti conſulerent depręcabãtur. Neapolitanus itaq; Agrippę ſuaſu ciuitatem ingreditur qui populi iudeorum cõuerſationem & mãſuetudinem cognoſcens redijt ad Ceſtium. vulgus vero regem precabatur aduerſus Florum legatos mittere ad Neronem: quod Agrippa prudenter Florum accuſare imperatori inuidioſum putauit. deſpicere vero Iudeos in bello comniotos non expedire cernebat. Igitur aduocata concione Agrippa in iſto preſente Beronice ſorore in domo Aſamoneorũ orationem habuit.

Capitulum quintumdecimum.

Iudei contra romanos ſaxis ꝓtecta obruebãt.

ONuerſus quipge aduerſum eos populus repugnauit: & per tecta euadentes obruebant ſaxis romanos. Qui cum ſuperne ſagittis venientibus vincerẽtur nec poſſent defendere multitudinem quę per anguſtos artabatur ingreſſus ad reliquum ſe exercitum qui erat in regia receperunt ¶ Seditioſi autem verentes ne ſuperueniens denuo Florus templum occuparet per antoniam ex templo aſcendentes porticus a templo per Antoniam continentes interciderunt: quatenus auariciam flori deſperatione compeſcerẽt. Nam cum diuinis inhiaret theſauris progq; hoc in antoniam tranſ redi niteretur. vbi interciſas porticus vidit: ab impetu quieuit. Et cõuocans ſacerdotum principes atq; curiam. ſe quidem ait vrbe digredi: preſidium tamen apud eos relinquere quantũ ipſi voluiſſent. Ad hęc illis reſpõdentibus nichil nouandum fore ſi vnam tantum relinqueret

Florus ab vrbe hieroſolima recedẽs relicto ibi ꝑſidio venit cęſaream.

A apud eos cohortem, dum non illam (quę cum ciuibus paulo ante conflixerit) ob ea ſiquidem quæ pertulerunt populum illis militibus infeſtum eſſe cohorte ſicut precabantur mutata: cum reliqua manu cęſaream regreſſus eſt. ¶ Aliud autem denuo pugnę conſilium comminiſcens retulit ad Ceſtium & iudeos defectionis comminatus eſt impudenti mendacio illos perpetraſſę dicens quęcūq; eos pertuliſſe conſtabat: nec ſane principes hieroſolimorum quę geſta fuerāt tacuerunt. Sed & ipſi & beronice ad ceſtium de his quę in vrbe egerant retulerunt. Ille autem ſuſceptis litteris partis vtriuſq; q̄d facto opus eſſet cum principibus deliberabat. Et quibuſdam quidem videbaꝫ cum exercitu in iudeam debere ceſtium ire. & aut vindicare defectionem (ſi fuerit admiſſa) aut magis fidos redderet iudeos. eorumq; accolas. Ipſi tamen magis placuit aliquem de ſuis pręire: qui & negocia & conſilia iudeorum poſſet ei fideliter nunciare. ¶ Direxit ergo tribunum neapolitanū. Qui ab alexandria reuertēti agrippę circa lamniam occurrēs. vel a quo fuiſſet directus / vel quas ob cauſas indicat. ¶ Quoq; loci etiam iudeorum pontifices & reliqui quiq; nobiles eorumq; curia adeſſe curauerant: vt ſcilicet circa regem officia nouarent. Poſtea vero q̄ illum congrua humanitate coluerunt. conqueſti ſunt q̄ potuerunt fle biliter de calamitatibus ꝓpriis. & inhumanitatum explicauerunt flori. ¶ Quam licet argueret agrippas, tamen vt ducis auctoritati competebat inuectionem ſuam in iudeos tranſtulit. quorum maxime miſerabatur. volens ſcilicet eorum frenare motus vt per hoc ipſum q̄ viderent nichil iniurię perpeſſi. ab vltionis deſinerent appetitu: Ad hęc ergo quicūq; egregiſ erant. & ꝓpter ſua prędia deſiderabant quietem. intelligebāt regis redargutionem eſſe plenam benignitatis Populus autem hieroſolimorum ſexaginta ſtadiis obuius ꝓgreſſus: officioſe agrippam & neapolitanum ſuſcepit. Lamentabant tñ interfectos cōiuges mulieres Quarum plāgoribus reliquus quoq; populus ad lamēta cōuerſus p̄cabaꝫ Agrippā vt genti conſuleret. ¶ Succlamabant etiā neapolitano vt ingrederet vrbem: videretq; quæ eſſent a floro geſta. Et ita oſtendebant forum quidem deſertum domoſq; vaſtatas. Deinceps vero p Agrippam ſuaſerunt Neapolitano. vt is cum vno tantum famulo vſq; ad ſyloam totam circuiret ciuitatem: quatenus ipſis cognoſceret oculis: iudeos quidē omnibus aliis parere romanis: ſoli autem Floro aduerſari propter magnitudinē in eos crudelitatis. ¶ Ille igitur cum circuiſſet vrbē: & manſuetudinis populi ſufficiens documentum teneret: aſcendit in tēplum: quo etiam multitudinem conuocauit

B Et cum plurimis verbis fidem eorum circa romanos collaudaſſet multa etiam ad conuerſationem pacis hortatus. adorauit deum eiuſq; ſancta in eo tamen conſiſtens in quo licebat: per religionem loco. Sicq; ad ceſtium regreſſus eſt. ¶ Vulgus autem iudeorum ad regem pontificeſq; conuerſus petebat vt legati aduerſum florum ad Neronem mitterentur. neq; de tanta cede tacentes ſuſpitionem ſuę defectionis p̄berent. Viſumiri quippe eos principes capiendorum armorum fuiſſe: niſi p̄uenientes oſtē diſſent illum eſſe qui dediſſet exordium. Conſtabat autem non eſſe multitudinem quieturam ſi legationem aliquis impediſſet. Ad hæc agrippa ordinari quidem legatos qui florum accuſarent inuidioſum putabat: deſpicere autem iudeos in bello commotos neq; ſibi expedire cernebat. Aduocata igiť cōcione Agrippa in Xyſtum & ſuggeſtum conſtituens germanam ſuam Beronicem in Aſamoneorū domo (ea ſiquidem Xyſto imminebat contra ſuperiorem partem vrbis: nam Xyſto templum erat pō te coniunctum) eiuſmodi orationem habuit.

¶ Oratio regis Agrippę populū iudeorū / ad quietem pacientiā & pacem adhortantis: hic enim orationem diuidens / exiguam belli materiā oſtendit: colendamq; poteſtatem / & non exaſperandam amonet. Nihil enim (inquit) ita plagas cohercet ſicut pacientia quę pudorem indicit violantibus. Motum enim bellum difficile ſine magnis calamitatibus ſuſtinere & amouere. Qui vero ſemel ſubictus eſt: & deinceps deficit contumax ſeruus magis q̄ libertatis amator appellaꝫ. Eos ergo romanis parere hortaꝫ / quia eorum parentes & reges pecunia / corporibus & animis meliores primi paruerunt. Exem

C pla etiam adducit / quia etiam fortiſſimi populi romanis ſunt ſubditi. Atheniēſes (qui Xerxen ſuperauerunt) ſeruiunt Romanis. Lacedemonij / Macedones / Britannia in acceſſibilis Romanis eſt ſubiugata / quingētę aſię ciuitates / Henyochi / Colchi / Taurorum gentes / Boſphorani / Meothicę gentes / Bythinia / Capadocia / Pamphilia / Lidia / Traces / Illirij / Dalmatę / Galli (quos natura multis cinxit munimentis / Alpibus & Occeano quiq; octoginta annis pugnauerunt) facti ſunt tributarij Romanis qui plura fortuna q̄ bellis obtinuerunt. Hiberos aurum apud eos naſcens a romanorum ſeruitute non potuit liberare / Luſitani / Armenia / & vltra Herculis columnas arma protulerunt romani. Pitenoſq; mō ter ſuę ditioni ſubiugarūt / Germani fortes (quos Rhenus terminus eſt) Romanis ſubditi ſunt / Britanni quoq; (quorum Occeanus murus eſt) Parthi etiā bellicoſiſſimi obſides mittūt romanis Oēs autē ſub ſole incolētes romanorū veneraꝫ arma Carthago inſuper ſub ſcipione corruit / Cyrenei / Marmoride / Syrtes terribiles / Naſamones / Mauri / Numide / Aethiopes / Romanorū victi fuerūt armis. Agrippa inſula vicina. Exēpla iudeis de romanorū potētia adducēs. egyptū ſcilicet cū vicinis ꝓuinciis (quorū termi-

Florus iudeos ipudēti mendacio accuſat apd ceſtiū gallū ſed ipſi & beronice ſeipos excuſantes quæ facta ſunt retulerūt. Ceſtius neapolitanū tribunū ꝓ inquirēdaveritate ad iudeā miſit & ipe Agrippæ occurrēs (ad quē etiā iudeorū principes flori inhūanitatē explicātes cōuenerūt. Ppſs Agrippæ & neapolitano obuiā cū lachrimis venientes (vt gēti cōſuleret) depcabāť. Neapolitanus ppſi iudeorum cōuerſationē & manſuetudinē cognoſcens rediſt ad Ceſtiū. Prudētia agrippę.

E.j.

nos incõmeabiles & munitiones ponit) mouet insuper Agrippa iudeos a bello desistere quia nullum cõtra romanos habebunt auxiliũ: bellũ quoq; gerere iudeorũ religioni, pbat esse contrariũ futurã quo super omnes iudeos in quacũq; manentes ciuitate prędixit calamitatem: miserationẽ quoq; ciuitatis templi, & sanctorum pręponit: sicq; orationem cum lachrimis pręsente sorore terminauit. Iudeis vero respondentibus q; nõ aduersus romanos sed aduersus Florum bella vellent mouere. Agrippa inquit opera vestra talia sunt qualia aduersum: Romanos pugnantium: mouetq; eos portius reparare cõbustas, & negata prius soluere tributa: cui acquieuerunt. ¶ Capitulum sextumdecimum.

Oño Agrippæ regis ppsm iudeorũ ad quietem & pacięt. ã adhortãis notanda.

SI quidem non viderem vos omnes ad pugnandũ cum romanis esse incitatos neq; populi puriorẽ sinceriſſimamq; partẽ pacẽ velle seruare. neq; processiſſe ad vos neq; cõsulere cõfi. sus essem. Superuacua quippe de vtilibus oratio est quãdo omniũ habitatorũ cõspirat ad deteriora consensus. Qm̃ vero aliquos quidem ętas malorum belli nescios facit quosdam vero inconsiderata spes libertatis. nõnullos vero auaricia succendit: & in confusione rerum capiendũ de inferioribus lucrum quemadmodũ ipsi ab hoc corrigant errore & non per paucorum improba cõsilia etiam boni desipiant existimaui oportere vt omnibus vobis in vnum coactis ea exponerem quę arbitror expedire. Perstrepat autẽ nemo: si non ea audierit quę ipsius fert libido His siquidẽ qui sunt ad defectionem irreuocabiliter incitati: licebit etiam post meos monitus in pristina manere voluntate. Mea autẽ etiam ad illos (qui audire cupiunt) intercipiet oratio: nisi ab omnibus vobis silentiũ prębeatur. Noui quidem qm̃ multi & iniurias procurantium, puincias & pręconia libertatis quasi tragice psequantur. Ego autem priusq; discutiam qui sitis & cõtra quos pugnam suscipere tentetis. primum separabo causas quas connexas putatis. Si enim violatores vestros cupitis vlcisci: cur libertatem magna laude sustulistis? Si vero istud ipsum seruire intolerabile ducitis superflua est aduersum rectores querela. Et illis siquidẽ vel moderatiſſime agentibus nichilominus erit turpe seruire. ¶ Considerate autem singillatim: & videte q; exigua sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa rectorum considerանda sunt crimina. Colere siquidem officijs: non exasperare oportet iurgijs potestatem. Cumvero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis: aduersum vos profecto eos quibus insertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quod antea clanculo & cum quadam verecundia nocebant palam vno confidenterq; populabuntur. Nichil autem ita plagas cohercet vt pacientia: & violatorum quies violantibus indicit pudorem. Facit autem eos (qui a romanis in prouincias diriguuntur) esse grauiter molestos. Non tamen etiam romani omnes violant vos neq; ipse cæsar (aduersus quem pugnare vultis) Neq; ex prącepto illorum improbus ad vos quisq; venit neq; possunt illi (quę in oriente geruntur) positi in occidente conspicere. Sed neq; facile ea (quę hic fiunt) illic audiuntur. Est autẽ importuniſſimũ: & propter exiguas causas cum tantis. & ea (de quibus quęrimur) nescięntibus velle cõfligere. Equidẽ nostrorum criminum cito erit futura correctio. Neq; enim vnus idem prouincię semper curam tenebit: & successores eius credibile est modestiores futuros: Motum autem bellum semel neq; deponere facile est absq; magnis calamitatibus: neq; sustinere. Libertatis vero dona scientibus: prouidendum atq; certandum est vt principio ea non careãt. Molesta est enim nouitas seruitutis: quam (ne vtiq; subeas) iustum suscipi certamen videt. Qui vero semel subiectus est & deinceps defici contumax magis seruus q; amator libertatis ostenditur. Tunc igitur oportuit omnia agere ne susciperentur romani cũ in prouinciam Pompeius intraret. Maiores vero vestri eorumq; reges pecunia corporibus animis multum vobis meliores Exigue parti virtutis romanę obsistere nequiuerunt. Vos autem qui hereditariam obedientiam suscepistis rebus autẽ omnibus ab illis qui primi paruerunt q̃ longiſſime inferiores estis & contra omne romanũ regnum obsistere posse arbitramini. ¶ Et athenięses quidem (qui ob grecorum libertatẽ quondã patriam suam ignibus tradiderũt) qui superbiſſimum illum Xerxen per terram nauigantem per mare vero ambulantẽ & cuius classem non caperet amplitudo pelagi: latiorem autem Europa exercitũ duceret (hunc inquã cum vna naui fugientem glorioſiſſime persecuti sunt. Circa paruam autem salaminam qui tantas opes asię confregere) nunc tamen seruiunt romanis: & illam regiam grecię ciuitatem ammaniſtrant Italię iussiones. ¶ Lacedemonij quoq; post Termophylas & Plateas & Egysilaum asiam persecutatum eosdẽ dños venerantur. ¶ Macedones vero qui adhuc pœne imaginantur libertatem Philippum viderunt cum Alexandro promittentem sibi orbis impium ferunt tamen rex mutationẽ: & adorãt eos ad quos fortuna migrauit. ¶ Alię quoq; gentes mille multo maiore. libertatem fiducia subnixe: cesserẽt tamen & obediunt. Vos autem soli seruire dedignamini his quibus videtis vniuersa esse subiecta. Cui militię? quibus confidentes armis? Vbi est classis vestra quę puagetur romanorũ maria? Vbi autem (qui expẽsis possint sufficere) thesauri? Cõtra egyptios forte aut arabas existimatis vos bellum mouere? Non circumspicitis romanorũ imperium? Non metimini vestram etiam ciuitatem a cõterminis gentibus frequẽter esse superatam?

Exigua belloꝝ materia.

Colẽda ptãs & nõ exalperãda Pacięntia plagas cohercet & pudorẽ indicit vio lętibus.

Motũ bellũ difficile ẽ sine magnis calamitatibus deponere &c.

Inducit iudeos parere romãis qa parentes eorũ primi paruerunt.

Exẽpla adducit Agrippa q etiã fortiſſimi ppli: subditi sũt romanis.

Lacedemonij subditi rõanis.

Macedones.

ege. li. 2. capi. 9.

ege. li. 2. capi. 9.

ege. li. 2. capi. 9.

A Illorum autem virtus per totum orbem inuicta percurrit.immo etiã hoc orbe plus aliquid queſierunt Neq; enim ſufficit eis ad orientem quidem totus eufrates:ad ſeptemtrionem vero Iſter:neq; in meridietenus ſolitudine libię perſcrutata:ne in occidentem gadyra alias Gades ſed vltra occeanum alium queſierunt orbem:& vſq; ad britannias inacceſſas prius arma & exercitum tranſtulerunt.Quid ergo? Vos ne ditiores gallis? Fortiores germanis? prudentiores grecis? Poſtremo plures eſtis omnibus in toto orbe degentibus? Quę vos fiducia aduerſum romanos erigit? Sed dicit aliquis. Seruire moleſtiſſimum eſt. At quantomagis grecis qui vniuerſis ſub ſole habitantibus videbantur nobilitate pręſtare & tam latam quondam prouinciam poſſidentes.nunc bis ternis faſcibus romanorum obediũt. Paribus autem macedones obſequuntur:qui certe multo vobis iuſtius deberent libertatem tueri.Quid autem quingentę aſię ciuitates.? Nunquid non abſq; vllo pręſidio vni tantũmodo rectori parent? & faſcibus cõſulis obſecuntur? Quid antem pergam enumerare henyochos & colchos & taurorũ gẽtem boſphoranos quoq; & habitantes circa ponti litora nationes? meothica ſq; gentes apud quas nimirum olim neq; domeſticus aliquis dñs naſcebatur.Nunc vero militum ſubijciuntur tantũ tribus milibus:& qua draginta naues longe innauigabile prius mare in pace cuſtodiunt.Quanta autem bitbynia? & capadocia? & pamphiliorũ genus Lydi quoq; & Cilites pro libertate dicere valerent.Tamen nunc ſine armis tributa pendunt. Quid autẽ traces quinq; diebus quidem in latum:ſeptem autẽ in longum cõmeabilem prouinciam poſſidentes aſperiorẽq; multo q̃ veſtra eſt. ac multis partibus fortiorẽ.altiſſimoq; gelu eos qui irruerent retardantẽ.Duobus millibus romanorum in pręſidio manẽtibus obſecuntur.Poſt hos illirij vſq; ad dalmatiã & hiſtriotenus incolentes.duabus tantũ legionibus obediunt.cũ quibus & ipſi impetus compeſcunt dacorũ Ipſi quoq; dalmatę qui iam multa pro libertate conati ſũt.ſæpiuſq; capti rurſum cum maioribus opibus rebellarũt: nunc ſub vna romanorũ legione agunt quietem. Ve-
B rumtamen ſi aliquos magnę cauſę ad defectionẽ incitare deberẽt:gallos potiſſimũ oporteret aſſurgere quos videlicet tantis munimẽtis natura cinxiſſet;ab orientali plaga alpiũ montibus:ab occidẽte vero occeano.Sed tali munitione gaudentes.trecentis & quindecim gentibus numeroſi fontes autem vt ita dixerim fœlicitatis domeſticę habentes oĩbuſq; bonis totum pœne orbẽ irrigantes:ferunt nichilominus vectigales eſſe romanorũ ac fœlicitatẽ ſuam in eorũ fœlicitate reponere:idq; ſane ipſum nõ per aiorum mollicies nec propter ignobilitatem parentũ quippe qui octoginta ãnos pro libertate pugnauerunt.Sed romanorũ ammirati ſunt.Horruerũtq; cum virtute fortunã qua illi plura ſępe obtinuere q̃ bellis.Deniq; ſub mille & ducẽtis militibus ſeruiunt:a quibus pene plures habuerant ciuitates Neq; hiberis naſcens in agris.aurum ad gerenda pro libertate bella ſuffecit:neq; tantũ per terrarum mariſq; ſpacia romanis diremptę gentes luſitani ſcilicet cantabrorũ armenia nec vicinus occeanus etiam accolis ſuis fragore terribilis ſatis fuit viucentibus romanis.Sed vltra columnas herculis protulerunt & ipſas nubes pitenorum montium egreſſi vertices ditioni ſuę ſubdiderũt romani. Atq; ita pugnacibus
Egt. li. gentibus tantoq; vt dixi ſpacio direptis:legio in pręſidio vna ſatis eſt.Quis veſtrum non audiuit multitudinem germanarum.Virtutem quoq; & magnitudines corporum vt arbitror ſepe vidiſtis.Siquidẽ vbiq; romani earum gentiũ captiuos habent.Sed illi quidem ita ingentem ſpacijs regionem incolentes.ſpiritus autem maiores corporibus gerẽtes:& animam quidem contemtricem mortis:indignationes autem vehementiores feris:nuc autem limitem rhenum habẽt & octo romanorum legionibus domantur & ſeruiunt quidem qui capti ſunt:reliqua autem gens eorum vniuerſa ſalutem in fuga non in armis reponit.Conſiderate autem etiam britannorum muros.qui hieroſolimorum confiditis muris.
C Illud ſiquidem circumdatur occeano:& pene non minor q̃ noſter orbis eſt. habitantes romani nauigantes redegerunt in dicionem ſuam:quatuorq; legiones tantę multitudinis inſulam tuentur.Et quid opus eſt plura dicere:quando etiam parthi bellicoſiſſimũ genus tantis prius populis imperantes.etiã magnis opibus circumdati obſides tamen mittunt romanis. Eſtq; cernere ſub ſpecie pacis ſeruiẽtem in italia pręcipuam orientis nobilitatem.Vniuerſis pene qui ſub ſole incolunt romanorum arma venerantibus vos ſoli bellum geretis. Neq; cartaginenſium conſiderabitis finem qui magno illo hannibale gloriantes & nobilitate phœnicum ſtirpe venientes tamen ſub Scipionis dextera corruerũt.Sed neq; Cyrenei lacedemone oriundi.neq; Marmoridarum genus vſq; ad dapſidem proiẽtum neq; terribiles etiam audientibus Syrtes Naſamones quoq; & Mauri & innumerabilis multitudo Numidarę alias Nomadũ virtutes ipediere romanas:ſed tertiam partẽ orbis terrarũ cuius neq; numerare quidẽ nationes facile eſt quę ſcilicet ab athlantico mari & columnis herculis vſq; ad rubrum mare infinitas numero & locis ęthiopes cõtinet:totam tamen ſuſceperit armis:& pręter fruges annuas quibus romanam multitudinem octo menſibus paſcũt alia quoq; vectigalia pendunt expenſas quoq; deuotiſſimi imperio miniſtrant:nichil de his quę iubentur ſicut vos contumelioſum putantes. Vna quidem illis tantum legio commoratur. ¶ Sed quid opus eſt longe petitis exemplis potentiam explicare Roma-

Romanorũ virtus iuicta per orbẽ percurri.&c.
Britannia romanis ſubiugata.
Quingentę aſię ciuitates romanis ſubditę.
Meothicę gẽtes quõdã ſine dño
Bithynia.
Capadocia.
Pamphilia.
Lydia.
Illirij.
Dalmatę.
Galli quos natura multis cinxit munimentis romanis tributarij octoginta tamẽ ãnis pugnauerũt
¶ Romani plura fortuna q̃ bellis obtinuerunt.
Hyberici aurũ.
Luſitani.
Piteni montes.
Germani fortes ſpiritus maiores corporibus habentes romanis ſubditi.
Rhenus fluuius terminus germanorum.
Britãnorum muri occeanus.
Parthi bellicoſiſſimi obſides mittunt romanis.
Carthaginenſiũ finis ſub ſcipiõe
Cyrenei.
Marmoride.
Syrtes terribiles
¶ Naſamones
Mauri. Nomades ſiue Numide. Aethiopes.

Exempla iudeis vicina de potentia Romanorum ęgyptus romanis tributaria cum vicinis prouincijs. &c.

A uocauit:tamq; poſtremis appoſiti multos necabant. q̄ vtraq; itineris parte vallata in tranſuerſos tela iactabant. & neq; in eos ſe retorquere a quibus tergo ſauciabant nouiſſimi audebant: quandam infinitam multitudinē inſequi exiſtimantes:& a lateribus inſtantiū vim repellere minime ſufficiebant/ cum ipſi quidem graues eſſent/ordinemq; interrumpere formidarent. viderent autē iudeos leues ad excurrendū faciles eſſe. Vnde eueniebat vt multa mala paterent:cum nichil contra inimicis nocerēt. Tota igiturvia perculſi deiectiq; agmine ſternebant donec multis occiſis in quibus erat priſcus ſextę legionis dux.& longinus chyliarchus & Emilius iocundus aulę prefectus vix in Gabao peruenerunt vbi caſtra prius poſuerant multis inſtrumentis amiſſis. Sic autē ceſtius biduum commoratus(inops conſilij quid ageret cum tertio die maiorem vidiſſet hoſtium numerum & omnium circum loca plena iudeis,tarditatem ſibi offuiſſe cognouit & ſi adhuc ibi maneret pluribus ſe inimicis vſurum. Itaq; pro cōpendio fugę cuncta quę militibus impedimento erāt amputari p̄cipit occiſiſq; tunc mulis atq; aſinis aliiſq; iumentis p̄ter illa quę ſagittas & machinamenta ferrent. Hęc enim velut vſui futura ſeruabat/ maxime quia timebat ne iudeis cōtra ſe capta ,p deſſent. bethoron verſus antecedebat exercitū. Et iudei latioribus quid locis minus inſtabant:contractis vero in anguſtias atq; deſcenſus qui diſceſſiſſent ab exercitu ,phibebant. Alij poſtremo ſuper agmen impingere. fuſaq; omnis multitudo per itineris iuga militem ſagittis operuit vbi etiam peditibus quo pacto ſibimet ſubuenirēt heſitantibus equitum periculū promptius erat. Nec enim ordinate viam ſuam perſequi poterant obſtātibus iaculis.& ne cōtra hoſtes irent ardui aſcenſus ,phibebant equitantibus inuij. Sed iaculatoribus autem tenebant rupes ac valles in quas deiecti qui aberraſſent conſumebant: nulluſq; locus aut fugiendi aut vlciſcendi rationē habebat. Itaq; incerti quid agerent ad vlulatus quos deſperati ſolent,fletuſq; conuerſi ſunt:quibus reſonabat iudeorum exhortatio cum clamore letantium pariter atq; ſeuientiū. Totuſq; pene qui obſeſſus fuit exercitus periſſet:niſi nox aduenuiſſet. Qua romani quidem in bethoron confugerunt. iudei vero obſeſſis circum omnibus locis eorum tranſitus cuſtodiebant. ¶ Deniq; vbi ceſtius aperto itinere deſperato iam de fuga cogitabat lectos prope ad quadringentos omnium fortiſſimos milites tectorum faſtigijs impoſuit. Hiſq; pręcepit vigilum qui in caſtris excubarēt ſigna clamare vt eo modo iudei omnem illic militum numerum manere arbitrarent. Ipſe autē cum ceteris ocio
B ſe vſq; ad triginta ſtadia progreditur. vnde mane iudei cum locum in quo romani tetenderant deſolatum vidiſſent/ in quadringentos a quibus decepti fuerant concurrerunt: & illos quidem ſine mora iaculis confecerunt. Mox autem Ceſtium perſequi properabant. Sed ille cum nocte non paruum itineris ſpacium peregiſſet/die quidem vehementius fugiebat. adeo vt mœtu perculſi milites machinas ſiue tormenta muralia itemq; baliſtas multaq; alia inſtrumenta relinquerent/ quibus tunc ablatis iudei rurſus contra illos qui ea reliquerant/vſi ſunt. Inſequendo autem Romanos. antipatridam venerunt. Deinde cum eos aſſequi non potuiſſent/inde redeuntes & machinas ſecū aſportarūt: mortuoſq; ſpoliarunt & prędam quę remanſerat collegerunt & pœana canentes in metropolim remearunt ſuis quidem paucis amiſſis Romanorum autem auxiliorum quinq; milibus ac trecentis itemq; nongentis & octoginta equitibus interemptis. Hęc quidē nouēbris menſis octauo die geſta ſunt anno duo-
C decimo principatus neronis. ¶ Poſt ceſtij vero caſus aduerſos multi nobilium iudeorum tanq̄ e naui peſſumitura ex ciuitate enatabant. Deniq; cuſtobarus & ſaulus vna cum philippo loachini filio q̄ princeps erat exercitus regis Agrippæ/inde dilapſi ad Ceſtium tranſfugerunt. Qui vero cum his in aula regia fuerat obſeſſus antipas fuga deſpecta quemadmodū a ſeditioſis peremptus ſit alias indicabimus. Ceſtius autem ſaulum & cęteros ad Neronem in achaiam miſit & propriam neceſſitatē indicaturos:& belli cauſas deriuaturos in ſtorum. Sperauit autem & iram in illum excitatum iri: & ſua pericula ſummouenda. ¶ Tunc autem damaſceni cede Romanorum cognita iudeos apud ſe degentes perimere ſtuduerunt. Et cum eos in publicis terminis collectos haberent namq; hi dolū propter ſuſpitiones meditabant facile quidem ſui conatus fore exitum putabant. Verebātur autem mulieres ſuas omnes ferre prę ter paucas iudaicæ religionis deceptas. Quare magna cura his fuit:eas celandi quid agerent:iudeorum autem decem milia quippe vt in anguſto loco atq; omnes inermes aggreſſi vna hora,ſine mœtu iugulauerunt.

¶ Iudei autem qui Ceſtium fugauerant in hieruſalem reuerſi Romanos quos ſbi inuenerunt ſibi vi & blandicijs ſociantes & in templo cōgregati plures belli duces elegerunt Ioſephum Gamonis filium & Ananum. Eleazarus vero quem propter ſuperbiam & tyrannidem/licet diues eſſet/ rebus non poſuerunt:paulatim ambitione & aſtutia ſua ſit populo vt ei in omnibus pareret duces hiſ fuerunt/Ieſus/& Eleazarus/ Ioſephus filius Symonis/ Manaſſes/ Iohannes eſſeus/& Iohannes Ananię filius/& Ioſephus/Mathię/Ioſephus autem cum in gallileam veniſſet indigenas ſibi conciliari ſtuduit ex illis prefecit regionibus ſeptnaginta prudentiſſimos ſeptemq; minorum litium ordinauit au-

eg.li.ij cap.xv.

eg.li.ij cap.xv.

eg.li.ij cap.xv.

eg.li.ij cap.xvi

eg.li.ij cap.xv.

Ceſtio vlterius recedēte multa iudeis paſſus eſt pericula.

Ceſtius oīa militibus quę fugæ erāt impedimēto amputari prę cepit.

Romanorū niſi noxveniſſet perijſſet exercitus ſed fugit quē p̄ſequūt iudei & quadringentos alijs vlterius fugiētibus occiderunt.

Redeūtes iudei machinas aſportant & mortuos ſpoliātes prędā quę remanſerat collegerūt redeuntes cū hymnis in hieruſalē paucis ſuoꝝ interemptis roma norū vero qnq; milibus.

Damaſceni cede romanorūco gnita iudeorum decē milia celātes a mulieribus quę fere oēs iudaicę erāt religionis occiderūt.

ditores & capitales causas ad se referre. Loca quoq; contra venturos Romanos muniuit Solis autem Sophoritis ciuitatem suam munire (quoniam pecuniosos videret & bellicosos) permisit Iosephus in- D
super e galilea quę duplex est super centū milia collectis militibus illos in militia instruxit: & plures prefecit agminibus. monet etiam milites a consuetis delictis scilicet furtis & rapinis abstinere & bonā conscientiam habere qua optime bella amministrant. Numeratur autem Iosephi exercitus eiusq; po nitur ordinatio Iosepho itaq; hoc modo galileam amministrante Iohannes quidā patrię insidiator nequitia omniū nobilissimus primū latro solitarius quadringētis animi magnitudine & corporis habi tudine bellorumq; peritia prestantibus sibi associatis galileam est depopulatus & hic callidissima frau de ditatus Iosephi medio multa contra eum confixit & q̄ res galileę romanis prodere disposuerat.

¶ Capitulum vigesimum quartum.

Iudei q̄ Cestiū fugauerūt hieru salem reuersi ro manos quos ibi inuenerūt sibivi & blādicijs soci antes plures bel li duces elegerīt Iosephū scilicet & ananum.

VI vero Cestium fugauerāt in hierosolimam reuersi quos adhuc Romanoꝝ studio sos inuenissent. partim vi partim etiam blandicijs sibi sociabant: & in templū cōgre gati plures bellum duces eligendos esse censebāt. Declaratus est igit Iosephus curio nis alias Gorionis filius & pontifex ananus omnia quę in ciuitate gerenda essent i peraturos: maximeq; vt ciuitatis muros exierēt. ¶ Filium namq; symonis Eleazaꝝ q̄uis romanoꝝ prędam & ereptas cestio pecunias. & insup his plurima etiā ex the sauris publicis in potestate haberet; tamen nullis necessitatibus prepositurūt: quia & ipsum tyrānidis superbia ferri viderent. eiusq; studiosos siue imitatores satellitū more versari: verum paulatim Eleaza rus ambitione pecunię itemq; astutia persuasit populo vt in omnibus sibi pareret. ¶ In Idumeam vero (quos mitterent) alios militum ducēs optarunt Iesum filium Assapha. alias Sapha vnum ex pō tificibus Eleazarū pontificis filium. Nigro autem mādauerunt qui tunc Idumeam regebat ex regio- E
ne trans iordanem posita genus ducens vnde peraytes cognominabat ducibus obtemperare. ¶ Sed ne alias quidē regiones omittendas putabant Namq; in hiericonta Iosephus filius Symonis: & trans flumen eufraten manasses Taphna. & Iohannes esseus Toparchias amministraturi directi sunt. Hinc autem Lydda & ioppe etiam erant additę & Emaus Gophnitice autem & acrabatine alias Acraba tene regionibus Iohannes Ananię filius rector designatus est & vtriusq; galileę Iosephus Mathię fi lius. Cuius autē āministrationi iuncta erat & gamala munitissima ciuitatum quę ibi fuerunt. Aliorum quidem rectorū pro alacritate & prudentia sua quisq; res sibi creditas āministrabat. ¶ Iosepus alias Iosephus autem cum in galileam venisset. primum cure habuit indigenarum sibi consiliare beniuo lentiam: multa scien s confici posse. licet in alijs peccauisset. Deinde considerato quia potētissimos g dem amicos haberet (si eos participes potestatis fecisset; omnem vero multitudinem. sibi pleraq; per indigenas & consuetos fieri pręciperet. septuaginta de senioribus eius gentis prudentissimos elegit: eosq; rectores totius galileę constituit: septem vero per singulas ciuitates minorum litium iudices or dinare: maiora negocia causasq; capitales ad se referre iussit. Nam septuagita dispositos per ciuitates quo iure inter se vterentur etiam quemadmodū extrinsecus vsi essent animaduertit. Certusq; in gali leā romanos esse venturos oportuna loca muro cingebat. hoc est Iotapata & bersabe & seloym. alias selanym necnon & caferetho alias perthico lapha & sychophetmōtem cui nomen est ytabirio & Ta richeas & tyberiada. Ad hęc autem circa genezaret lacum speluncas in ea quę inferior galilea vo cabatur muniuit. Superioris autem galileę achabarō & petram quę sic dicitur & iamniā & mero. In gau lanitide vero seleuciam & Sogemaim & gamala munitionem circundedit. ¶ Solis autem sephori ritis permisit vt murum sibimet ipsis fabricarent: quia eos pecuniosos esse & ad bellum promptos etiā sine pręcepto videret. Similiter autē etiam gyscalani iosephi iussis super se muro cinxit Iohannes leui filius. Cęteris autē castellis omnibus ipse iosephus intererat iubendo simulatq; opem ferendo. ¶ Qui F
& exercitum e galilea supra centum milia virorum comparauit: quos omnes vndiq; collectis armis veteribus instruebat. ¶ Deinde hoc maxime reputans Romanorū inuictam esse virtutem. q̄ edicto essent obaudientes rectoribus suis & armorum exercitationi operam derent. doctrinam quidem vr gente necessitate despexit parādi autem facultatem ratus regentium multitudine posse cōtingere ita vt romani solent diuisit exercitum: pluresq; fecit agminum principes diuersisq; militum generibus or dinatis alios decadarchis: alios chiliarchis subdidit & insup his rectores maiorū rerū āministratores ¶ Docebat oēs signoꝝ disciplinas: & prouocationes reuocationesq; buccinarū & principia cornuum & circūductiones: & quemadmodū oporteret laborātibus succurrere fortiores etiā cū defatigatis par tiri picula: quęq; ad fortitudinē animi corporisq; tolerantiā ptineret istituebat. Maxime vero eos eru diebat ad bellum vsq; quaq; romanorū referens disciplinam & q̄ cum viris essent pręliaturi qui &, viri bus corporis & animi obstinatione totū pene orbem terrę superarēt. His addidit quo pacto belli tem pore suis essent paritur i preceptis. Iam nunc periculum foret nisi consuetis delictis hoc est furtis, & la-

Iosephus in hie ricōte & manas ses & iohānes es seus & iohānes anaię filius & io sephus mathię.

Iosephus gali leę custos idige nas sibi cōcilia re studuit & ex illis p̄fecit regio nibus septuagi ta prudētissimos & septē minorū litiū ordiauit au ditores & capi tales causas ad se referre & loca cōtravēturos ro manos muniuit

Iosephus supra cētū milia e gali lea collectis mi litibus eos in ar mis instruxit: & plures fecit ag minū principes.

Docet milites bellorꝝ exercitiū

Ege. li. iij. c. iii.

Ege. lib. iii. c. ui.

Bella que optime administrant

A trocinijs & rapinis abstinuissent:sed neq; agentibus fraudem facerent.aut consuetissimorum damna proprium questum putarent. Illa enim bella optime amministrari:quorum milites bonam conscientiam gererent. Qui vero per se prauj fuissent: his non solum inimicos Sed etiam deum hostē futurū Multa in hunc modum ammouendo perseuerabat. Et iam quidem quantum prelio paratū esset conflatum erat. Nam septuaginta peditum milia & trecētos quadraginta equites.ac preter hoc etiā mercennarios quibus maxime frœtus erat habebat quattuor milia quingētos:necnon & sexcentos circa se electos custodes corporis atq; satellites. Exceptis autem mercennarijs facile ceteri milites a ciuitatibus alebantur. Namq; singule(quas enumerauimus)cum mediam sui partem mitterēt in militiam reliquos ad parandum eis victum tenebant: vt pars armis pars faciādi operis dirimetur.& armati se curitatem tependerent suggerentibus commeatum. ¶ Iosepho autem hoc modo amministrante ga

Exercitus Iosephi numerus.

Ege.l.3 ca.3. lileam:insurrexit quidem insidiator patrie a Gyscala ortus leui filius nomine Iohannes.callidissimus ac dolis preditus:& nequitia quidem nobilissimus omnium. Antea vero pauper & aliquātulum malicie sue impedimentum passus inopia. Facile mentiri paratus miruſq; fidem adhibere mendatio & qui fallaciam virtutem putaret.eaq; aduersus amicissimos vteretur:simulator humanitatis.& spe lucri appetentissimus cedium:qui semper quidem immoderata cōcupiuisset:spem vero leuioribus maleficijs aluisset. Latro enim erat sui moris ac solitarius. Deinde comitatum inuenit audacie.primo quidem paruum ampliorem autem proficiens. Cure autem habebat neminem ignarum ascisceret. Sed (qui & habitudine corporis.& animi magnitudine.bellatorumq; peritia præstarent)hos eligebat donec quadrigentorum virorum cateruam congregauit quorum plures ex tyriotū finibus & vicis erāt. Isq; omnem galileam depopulabatur.& multos futuri belli metu suspensos lacerabat. Hunc sibi iam

Iohānes prīe in sidiator neqtia omniū nobilissimuslatro primo solitarius (quadrigentis animi magnitudine & corpis hitudine pitiaq; belloruꝫ pstātibus sibi associatis)galileaꝫ depopulatus.

B dudum regendi milites cupientem & maiora desiderantem diu pecunie retardabat inopia. Cum autem videret Iosephum sua viuacitate letari persuadet ei primum vt fabricandi muri patriæ sollicitudinem committeret. In qua re magnos a locupletibus questus fecit. Deinde callidissima fraude composita velut oleo q̄ non agentibus suis tractatum esset. Vti caurent omnes apud Syriam Iudei vt ad confinia oleum mitteret deposcit. nummoq; tyrio(qui quattuor atticos facerēt)emptis quattuor amphoris.eodem precio amphorę dimidium venundabat. Cumq; galilea ferax esset olei maximeq; illo tempore magna vbertate redundaret.in ea loca vbi erat penuria solus multumq; mittendo infinitam summam pecunie cōgregauit Qui mox in eum versus est qui sibi hoc beneficium præstitisset. Deniq; existimans Iosephum disposuisse rectorem esse galileę futurū(quibus præerat)latronibus imperauit prædas vehementius exercere.quam multis rebus nouis per eas regiones excitatis aut insidijs alicubi rectorem perimeret sicubi ferret auxilium:aut si latrocinia negligeret,: ob hoc eum apud indigenas accusaret. Iamdudum autem rumores dissipauerat q̄ res galileę Iosephus romanis prodere cogitaret:multaq; in hunc modum ad eius perniciem comparabat.

Iohānes ditatus Iosephi medio contra ipm ad eius perniciem multa conflxit.

¶ Tunc itaq; quidem damaricarum vici custodes ptholomeum Agrippæ & Beronices procuratorem agressi multa ab eo abstulerunt quam prædam occulte non valentes amministrare ad Iosephū cōportauerunt qui(reprehensa eorū violentia)iussit restituere dominis vnde indignati raptores Iosephum proditorem accusauerunt. Vnde contra eum centum milia armatorum insurrexerunt. Multitudoq; apud Tarichcas cōgregata ipsum concremari debere proditorem acclamabat omnibus p̄ter

C quattuor Iosephi fugiētibus amicis. Iosephus vero tarichcas pacificauit rapinam ipsam in vrbis sue fortificatione reseruesse asserens expendēdam vnde orta inter Tarichcas & Tyberienses dissentione Iosephus eos increpat. Iosephus autem(duobus in eum milibus armatorum insurgentibus)eorū principes vocat vt secum ocioſe colloquerentur. Quos verberibus cruentatos patefaciens ceteros terrore(proiectis armis)conuertit in fugam. Vnde & iohānes crescente inuidia nouas moliebatur insidias. Hic enim simulato morbo Tyberienses contra Iosephum cuiat corrumpere. Sed Syla & insidias rescribente propere venit in Tyberiadem. Quem congregatis Tyberiensibus in amphiteatro iohānes fuisset interfici. Clamante vero populo ascendens nauiculam discessit suis mandans militibus vt parceret insidiatoribus. Iohannes autem(omnibus propter insidias in eum intuentibus)fugit & omnes galilei ad Iosephum aduersus iohannem confluebant. Et preconum voce statim ad Iosephū tria milia(dimisso iohanne)reuocata sunt.

Capitulum vigesimumquintum.

Eg.li.3. capi.3.

Quidā Phtolomeū agrippę & beronices procuratorem agressi multa ab eo abstulerunt quem prædem occul,

Taq; illo tēpore cū(quidā ex vico damaritarū in magno cāpo custodias agētes ptholomeum agrippę & beronices procuratorē aggressi omnes(quas ferebantur)farcinas abstulissent(in quibus erant nō pauce vestes preciose plurimoq; argentea pocula & secenti aurei:neq; hanc prędā occulte āministrare potuissent. Omnia tarichcas ad Iosephum cōportarunt. Ille autē reprehensa violentia quā regijs intulissent) reponi res ablatas apud aliquē eius ciuitatis potentissimū iubet: paratus eas dnis oportune re,

te nam potētes āministrare ad iosephū cōportarunt qui (eorū reprehensa violētia) iussit restituere dnis vñ indignati raptores iosephū proditorē accusant.

Iosephus.

Iosephi verba ad tarichеatas contra raptores & accusatores.

Seditio inter tyberiēses & tarichеas Iosepho ipsos increpātibus.

Iosephus (duobus armatorum milibus in eum impetū facientibus) vocat ad se nobiliores eorū vt secum ocioſe colloquerentur quos cruētatos verberibus patefaciens cēteros terrore i fugam (proiectis armis) cōuertit vne iocrescente inuidia alias moliebatur insidias.

mittere. Vnde maximum ei periculum comparatum est. Namq; raptores earum &(quia nullam partem accepissent) egre ferentes & prospicientes q; Iosephus cogitauerat laborē suum regibus cō donare, per vicos noctu dicurrunt: omnibusq; indicant Iosephum prodidisse. Eodem tumultu ciuitates proximas repleuerunt adeo vt centum armatorum milia contra Iosephum prima luce concurrerent. Deniq; multitudo in circo apud Tarichеas congregata plurima per iracundiam clamabat partim deponi partim concremari vociferens proditorem. Plęrosq; incitabat Iohannes & cum eo filius Samphiæ Iesus qui tunc magistratui præerat tyberiadis. Iosephi quidem amici & Satellites tantæ multitudinis in cursu perterriti omnes præter quattuor diffugierunt. Ipse vero dormiens prope (cum iam ignis admoueretur) exurgens: & mouentibus eum quattuor (qui remanserant) neq; solitudine sua neq; illorum (qui contra se venerāt) copijs perturbatus. in conspectu eorum prosilit (veste decissa infusor capite puluere: auersisq; post tergum manibus suæq; ceruici gladio annixo). Hec autem amicitiores ei maxime tarichеas ad misericordiam commouerant. Rustica vero plebs & finitimorū (quibus molestior videbatur) non sine maledictis eum iubebant publicas proferre pecunias: & facta proditionis fateri. Nam ex habitu eum opinabātur nichil eorum (de quibus nata fuerat suspitio) pœnitus negaturum: & impetrandę venię causa fecisse omia quę misericordiam prouocarāt. Ad illius ista humilitas consilium præstruebat & contra se indignantes arte circumueniens vt super his (vnde ira sceerentur) inter se ipsi discordarent omnia confessus est. Deinde (sibi loquendi facultate concessa) ego inquit has pecunias neq; Agrippæ remittere cogitabam: neq; in propria lucra conuertere. Absit enī vt amicum putem vnq̄ (qui vobis sit inimicus) aut questum ex re capiam quę vos communiter lederet. Sed quia videbam o tarichеate maxime ciuitatem vestram munitionis egere. & ad extruēda mœnia minus habere pecunię: timebamq; tyberiensium populum aliasq; ciuitates (raptis pecunijs) inhiantes. Pedetentim eas retinere decreui: vt vos muro circundarem. Si hoc non videtur: profero (quæ ablata sunt) & diripienda propono. Sin recte consului: bene de vobis meritū coercetis. Hęc tarichеate quidem ab eo dicta cum fauore receperunt. ¶ Tyberienses vero cū aliis deprauando: insuper etiā minitabantur. Vtriq; autem (relicto iosepho) inter se litigabant. Ille autem froetus iam sibi consentientibus (erant enim prope ad quadraginta milia tarachеatę) cum multitudine liberius loquebatur. multum in eorum temeritatem inuectus: ex presenti quidē pecunia tarichеa ait sese munienda. Cure aūt sibi fore similiter vt etiam cętere sint ciuitates tutę. Nec enim pecunias defore si concordare velint in eos vnde parandę sunt. vt non in eum moueantur qui parat. ¶ Itaq; dum illa multitudo (quæ decepta fuerat) quamuis irata recedebat: duo vero armatorum milia impetum in eum fecere cūq; se ille tecto ante recepisset: instabāt ei minitantes. Iterum autem iosephus in hos quoq; altera fraude vtitur Cumq; ad fastigium culminis euasisset (compresso dextera strepitu) nescire seait quid peterēt sibi prę stari: voces enim se non exaudire confusas. Omnia vero quę iuberent esse facturum si aliquos intromisissent qui secum ociose colloquerentur. His auditis illico nobiliores cum magistratibus ad eum ingrediūtur. Quos ille in ediū partes inductus clausa ianua tādiu verberauit: quoadusq; eorū intestina mudata sunt. Circunstabat autem interim populus existimans eos plixis allegationibus cōcertare: cū subito iosephus foribus patefactis eruentos eos dimisit. Vnde tāto terrore (q̄ minabātur) affecti sunt vt (proiectis armis) aufugerant. ob hoc iohannis etiā atq; etiam crescebat inuidia. aliasq; nihilominus insidias iosepho moliebatur. Morboq; simulato per epistolam postulauit: vt sibi medicinæ gratia tyberiensibus aquis calidis vti permitteret. Iosephus autem (nōdum ei suspectus erat insidiator) ad prę fectos ciuitatis litteras fecit: vt hospicium & vtensilia iohanni pręberent. Quibus ille potitus biduo post. cuius rei causa venerat agebat: & his fraude circūuentis. aliis vero pecunia corruptis vt iosephū desererēt persuasit. His autē cognitis syla (quem iosephus custodię præposuerat) propere de insidijs ei scripsit Atq; ille accepta epistola noctuq; itinere maturato) matutinus ad tybertiadem peruenit. & cętera quidem multitudo obuiam ei processit. Iohannes autem quāuis eum contra se venturum esse suspicaretur: tamen (directo quodam ex nuncijs infirmitate simulata quod lectulo detineretur) obsequijs sese defuisse mandauit. Tyberiensibus autē a iosepho in amphiteatri studium congregatis vt id eos quę sibi scripta fuerant alloqueretur missis armatis iohannes iussit eum interfici. Quos cum iam nudare gladios prospexisset populus exclamauit. Atq; ita cōuersus ad eius vocem iosephus vbi ferrū prope iugulo suo imminere prospexit in littus dissiluit ex tumulo excelso cubitis sex in quo verba faciens cum populo steterat: ascensaq; inde nauicula cum duobus satellitibus suis (quæ illic applicuerat) in medium lacum refugit. Milites vero eius raptis illico armis contra insidiatores irruebāt. Mox autem veritus iosephus ne bello intestino concitato propter paucorum inuidiam ciuitas consumeretur. Nuncium suis misit qui eos moueret vt proprię tantum saluti cōsulerent. neq; vero quemq̄ vel occiderent vel arguerent noxiorum. & illi quidem dicto parentes conquieuerunt. ¶ Qui vero circū

ciuitatē per agros habitabāt auditis insidijs & quis earum fabricator esset contra iohannē veniebant.
A Sed ille prius in gyscala patriam suam fuga receptus est. At galilei totis iam ciuitatibus ad iosephum confluebant & cū multa essent armatorū milia congregata qui se aduersus iohannē cōmunem insidiatorem adesse clamabant: vnaq; cum eo ciuitatem quę illum suscepisset ignibus tradituros. Ad ea iosephus probare quidem se eorū beniuolentiam impetum autem cohibendum esse dicebat. prudentia magis inimicos vincere cupiens q̄ perimere. His vero qui de singulis ciuitatibus rebellassent cū iohāne noiatim exceptis, quippe alacri animo suos quisq; populos indicabat pręconum voce denūciabat intra quinq; dies eorum qui iohannem non reliquissent patrimonia diripienda domosq; cum familijs exurendas. Et tria quidem milia statim ab eo reuocauit: qui profugi ante pedes eius arma proiecerūt

¶ Iohannes cum mille Syris iterum Iosepho insidias parans: eum de proditione accusat hierosolymis quod negligente populo magistratus clam iohanne pecunias vt congregatis mercennarijs bellum gerat contra iosephum miserunt. Et quatuor ciuitates statim missis quibusdam vt a Iosepho multitudinis auerterent beniuolentiam ad inimicos transierunt quas continuo sine armis recepit & captos quatuor duces remisit ad hierusalem. Iohanne timore in Ascalone latente. Tyberias iterum rebellauit similiter & Tarichęę dolo autem qui se deseruerant circumuenire cogitauit. Hic enim ne cōsilium proderetur clausis Tarichearum portis nauigat ad Tyberiadem cum septem scaphis. Alijs autem longius relictis erant ducente & triginta. Qui postq̄ Tyberienses minis & exprobrationibus increpauit decem Tyberiensium potentissimos in vnam nauiculam recepit: deide alios quinquaginta nobilissimos, vocauit demum nouis accusationibus excogitatis alios insuper & alios fœderis obtentu euocat & captiuos ducit omnes curiales: Tarichea. Clytus vero cuius ambas manus Iosephus iusserat abscindi ipso rogante vt vna sibi reseruatur sibi leuam truncauit: hoc modo iosephus Tyberiadem sibi sociauit: Sephorim quoq; militibus prędari permisit & omnia inde collecta: Sepheritis dedit popularibus. Iudei itaq; ab intestinis dissensionibus quiescentes aduersus Romanos instruebantur in armis. vniuersaq; erant plena tumultus statusq; iam periturę ciuitatis erat anteq̄ Romani venirent. Symon quoq; ad rapinas conuersus fugatur ab Anano. ¶ Capitulum vigesimumsextum.

B CVm reliquis autem prope mille siris fugitiuis trāstulit se iterum in occultas insidias ex apertis ac per nuncios in hierosolyma clam directos iosephum accusabat q̄ magnum exercitū collegisset: iamq; nisi preueniat ni Tyrannus metropoleos venturus esset. Verum ea populus quidem pręsciens negligebat: libere autem potentes nonnulliq; magistratuum clam pecunias ad cōparandos mercēnarios milites iohāni miserūt vt per eos bellū cū iosepho gereret. Decretūq; inter se cōceperunt: q̄ idem iosephus militum amministratione dicederet. Tamen id satis esse credebant ideoq; duo milia & quingentos armatos. & quatuor miserūt nobiles viros vite peritos filiū iosandrū & ananiā saduci. & symonē & iudam ionathi filios oēs eloquentia validissimos vt eorū scilicet munitu auerteretur a Iosepho beniuolentia multitudinis & siquidē ipse spōte sua veniret paterētur eū rationē reddere cōtenderet: velut hoste vterētur. Amici autē iosepho militē quidē ad eum venturū esse prescripserūt causam vero nō indicauerūt: qm̄ secretū fuerat inimicorū eius cōsiliū. Vnde factū est vt quia precauere nō potuit: quatuor stati ciuitates ad inimicos trāsierēt: hoc est sephoris & gabra: & gyscala: tyberias quas tn̄ cōtinuo sine armis recepit. Captos autē cōsilijs quatuor duces armatorūq; fortissimos remisit ad hierusalē cōtra quos populus haud mediocri indignatione commotus. & ipsos & a quibus prędmissi fuerant interfecisset nisi ante fugissent. Iohannē vero iā intra muros ascalō
Ege li. iij. ca. iij. Iosephi timor custodiebat & paucis diebus post iterū tyberias rebellauit. habitatoribus eius Agrippā implorātibus regē. Et cū ille cōstituto die ad eos nō venisset: pauciq; romani equites ibi tū cōparuissent a iosepho alienati sunt. Hisq; apud tarichęas cognitis stati defectio cōstituta est. Cū vero cūctos iosephus misisset milites frumētatū neq; solus egredi contra destitutores neq; se continere patiebatur metuēs ne dū ipse tardaret ante ciuitatē regij trāsgrederētur. nec em̄ postero die obstāte sabbato quic
C q̄ facere poterat. Dolo autē qui se deseruerāt circūuenire cogitabat. Et portas quidē tarichearū claudi iussit ne quis consiliū suū illis proderet cōtra quos suscipiebatur. Oibus autē scaphis quas i lacu reperit cōgregatis ducēte autē & trigita fuerūt quaterniq; nautę nō āplius singulis inerāt mature ad tyberiadē nauigat. Cūq; tacito ab ea distaret spacio vt facile videri nō posset manibus scaphis in salo relictis septē ipse solus inermes satellites secū habēs ꝓpius vt cōspiceretur accessit. Quē cū inimici adhuc maledicētes ei ex muro cōspexissent: metu perterriti & scaphas armatorū esse plenas existimātes arma proiciūt: manusq; supplices agitātes vt ciuitati parceret precabantur. Iosephus autē postq̄ multis eos minis atq; exprobrationibus castigauit primū q̄ bello cōtra ppl'm romanū suscepto intestinis dissensionibus vires suas ante cōsumerēt inimicorūq; vota cōplerent: deinde q̄ securitatis suę curatorē de medio tollere properarēt. ciuitatemq; non erubescerent sibi claudere qui eam muro cinxisset non

Ioh. fugit oibus ꝓpter insidias cōtra eum irruentibus omnesq; galilei ad iosephū cōfluebant aduersus iohā &c. Præconu; voce stati tria milia a Iohan. reuocata sunt ad iosephū

Ioh. cū mille Syris iterū insidias parans iosephū accusat hierosoly. proditorē (qđ populo negligēte) magistratus clā pecuias ioh. vt mercennarijs bellum cōtra iosephum gereret miserunt.

Quatuor ciuitates stati quia iosephus cōciliu; contra se factu; prǽcauere non potuit trāsierūt ad inimicos quas tamen cōtinuo recepit sine armis & captos q̄tuor duces remisit ad hierm, &c

Iosephus Tyberienses increpat

Decē tyberienſes ad ſeuenientes Ioſephus in vnā nauiculam recepit deide alios quinquagīta nobiliſſimos venire iuſſit demū nouis ac cuſationibus excogitatis alios iſuper aliosobtētu fœderit euocas & captiuos caute ducit tariche as oēs curiales. Sephorim militibus pmiſit dēpdari & oia inde collecta dedit popularibus ſephoritis. Multi tumultus & ātēq; Romani venirēt ſtatus erat pīturę vrbis. Symon ad rapinas cōuerſus fugatur ab anano

repudiaturum ſe ait ſi qui ſibi ſatiſfacerent: quibuſq; interuenientibus amicitiam cum ciuitate firmaret. Itaq; ſtatim ad eum decem tyberienſium potentiſſimi tetenderunt. His autem in vnā receptis naui enlam piſcatoriam. & procul abdutis alios quinquagīta curiales maxime notiſſimos venire iuſſit ve luț illi quoq; fidem ſibi prębere deberēt. Deinde nouas accuſatiões alias cauſationes excogitās alios inſuper atq; alios obtentu fœderis euocabat: & gubernatoribus nauium repletaruȝ mature taricheas vt recurrerent imperabat quoſq; adduxiſſent in carcerem collocarent: donec omnem curiam quę ſex centos habebant viros duoq; milia popularium comprehenſam i tarícheas ſcaphis abduxit. Reliquis autem vociferantibus clytum quandem eſſe maxime defectionis auctorem iramq; ipſius pœna illius prębantibuo faciare. Nullum quidem ioſephus volebat occidere: ſuorum vero ſatellitum quendam. Lenyn egredi iuſſit qui clyti manus abſcideret. Cum vero his prę timore ſolum ſe globo inimicorum commiſſurum negaret eaq; cauſa indignari ſtantem in ſcapha ioſephum clitus videret ipſumq; velle deſcendere ac de ſe ſupplicium ſumere vt ſaltem ſibi vnam manum concederet rogabat neq; abnuēte hoc ioſepho dum modo alteram ſibimet clitus ipſe prębſcideret. Educto ille dextra gladio leuā ſibi truncauit. Tantus eum timor ioſephi inuaſerat. Ita tunc ioſephus vacuis ſcaphis & ſatellitibus ſeptem populo capto rurſus tyberiadem ſibi ſociauit. ¶ Paucis diebus poſt cum etiam ſephorim defeciſſe inter alias reperiſſet militibus eā deprędari permiſit omniaq; inde collecta popularibus dedit ſephoritis. Nam & captos rapinarum damno corrigere voluit: & redibitione rerum rurſus eos ad beniuolentiam reuocare Hactenus apud galileam motus erat. Iamq; ab inteſtinis diſſenſionibus quieſcētes aduerſus romanos inſtruebantur. Hieroſolymis autem ananus pontifex & potentiores qui non cum romanorum parte ſentirent muros inſtaurare properabant multaq; bellica inſtrumēta. perq; omne oppidum ſagittę aliaq; arma fabricabantur. Exercitationibus autem omnis manus iuuenum operanda bant: erantq; vniuerſa plena tumultus magnaq; triſticia mediocres occupauerat multiq; futuras clades proſpicientes fletum cohibere non poterant: infeſtaq; pacem cupientibus omnia vi debantur. belli autem incentoribus quę & illis placerent ex tempore fingebantur ſtatuſq; iam tum quaſi perituręi uitatis erat anteq; romani venirent. Anano autem autem apparatū belli cura fuit negligere & ſtudio ſorum quos emulatores vocabant amentiā ad vtiliora conuertere. Qui tamē victus eſt & quis illius finis fuerit in poſterioribus explanabimus. At in acrabiathena toparchia gyore filius Symon multis nouarum rerum cupidis congregatis ad rapinas conuerſus non ſolum domos locupletum perturbabat: verum etiam corpora verberibus conficiebat. Iamq; tum certum erat incipiens tyrannidem. Aba nano autem miſſis aduerſus eum militibus magiſtratuū ad latrones qui erant magade cum his quos habebat effugit. Ibiq; manens donec ananus & alij eius inimici perempti ſunt Idumeam cum cęteris populabatur adeo vt magiſtratus eius gentis propter cedium multitudinem ad prędarum aſſiduitatem collecto milite vicos preſidijs tuerentur. Ft Idumeę quidem res ita ſe habebant.

Ege. li. iii. ca. iij

Ege. li. ij. c. iij.

¶ Explicit Liber Secundus

¶ Incipit Liber Tertius De Iudaico bello.

¶ Nero cognitis in iudea rebus geſtis ſuperbiam ſimulans: ducis negligentiam accuſabat. & veſpaſianum cuius in militię exercitio maxima erat ſtrennuitas ad regendos exercitus mittit i ſyriā. qui ex Achaia protinus Titū filium miſit in Alexandriā legiones & auxilia congregaturum. Capitu. primū.



Nero (cognitis i iudea geſtis rebus) ſuperbiā ſimulās ducis negligētiam accuſabat. &c.

Veſpaſianus ſolū aptus ad bellū cōtra iudeos agēd vir i armis exercitatus qq; heſperiā romāo ppl'o placaſſet & britanniā mittit ad regendos exercitus in Syriā.

Eronē aūt vbi res apud iudeā nō pſpere geſtas accepit. latēs quidē quod neceſſe fuit cū timore ſtupore inuaſit. Aperte aūt ſuperbiā ſimulās vltro etiā indignabatur: magiſq; ducis negligētia q̄ virtute hoſtiū quę cōtingerāt facta eſſe dicebat: dicere reputās propter imperij pōdus triſtiora contēnere. Viderit; malis oībus ſuperiorem animū gerere. Veruntamē curis arguebatur mētis eius perturbatio cū deliberaret; cuinam cōmotum cōmittere alias crederet orientē. qui vna & iudeos rebellantes vlciſceretur proximaſq; his nationes ſimili modo correptas ante caperet. Inuenit ſibi ſolū veſpaſianū his neceſſitatibus parem. & quī tanti belli ſuſcipere magnitudinem poſſet. Virū ab adoleſcētia vſq; ad ſenectutē bellis exercitatū: & qui populo romano iam pridē placaſſet heſperiani germanorū tumultu concuſſam armiſq; ante illud tēpus incognitam britanniā vindicaſſet. Vnde patri quoq; ipſius claudio præſtiterat vt ſine proprio ſudore triumphare. Itaq; his velut oībus frœtus nero etatemq; illius cū pericia ſtabilem cernens obſideſq; fidei liberos eorūq; filiorū vigorē manus eſſe paternæ prudentię iam tum fortaſſe de tota republica deo aliquid ordināte mittit eū ad regendos exercitus in Syria conſtitutos multis pro tempore blandimentis atq; obſequijs animatū: qualia neceſſitas imperare conſueuit. ¶ Ille autem protinus ex achaia vbi cum nerone fuerat. titū

Ege. li. iij. ca. ij.

Veſpaſianus Titum ſibi habuit

A quidem filium ſuum dirigit Alexandriam vt inde quintã itemq; decimam legionem moueret ipſeve ro tranſmiſſus helelſpontum terreno itinere Syriam peruenit ibiq; Romanas vires multaq; a vicinis gentibus auxilia congregauit.

Veſpaſianus ex achaia ritũ filiũ mit i alexãdriã legiões & auxilia congregatu rum.

¶ AEGESIPPVS circum hunc locum Libro ſuo.iij.ca.ij.loquitur de Petro & Paulo apoſtolis tunc Romę degentibus qui Neronem Symonis magi dolis deceptum aduerſũ gabuerũt patefactis namq; magici maleficijs eoq; a volatu corruente mortuo Nero dolens tanti caſtum amici indignatus queſitis cauſis chriſtianos perſequi iuſſit & captis Petro & Paulo apoſtolis alter cruce alter gladio necatus eſt.

¶ Iudei inſperata fœlicitate contra ceſtiumelati Aſchalonem ſibi ciuitatem ſemper inuiſam cum exercitu inuadũt tres duces Nigrum peraitam Sylam & Iohannem eſſeum habẽtes anthonius vero perfectus hos ab vrbis ingreſſu fortiter refrenauit qui plus indignationi q̃ conſilio tribuentes cõ fuſibiliter victi fuerunt eorumq; perempti ſunt decem milia cum duobus ducibus Iohanne & Syla cę teris ſaucijs cum nigro fugientibus Quiq; tanta cede eorum incitata audacia iterum (congregatis viribus) aſcalonem inuadentes ſine belli peritia victi fuerunt octoq; eorum occiſa milia alijs cum Nigro fugientibus in turrim quam Antonius iuſſit inflammari Niger vero in ſpecu triduo ſeruatus ſe ad ſepulturam querentibus oſtendit.

Iudei inſperata fœlicitate elati cũ exercitu aſcalonẽ iudeis ſẽp inuiſam ciuitatem inuadunt.

Eg.l.iij capt.i.

Capitulum ſecundum.

AT iudei poſt malã ceſtij pugnã inſperata fœlicitate ſublati aimorũ impetus cohibere non poterant: ſed tanq̃ fortunna eos exagitante partiti bellũ vlterius ꝓcedebant (Deniq; ei quãta fuit (magnu pugnaciſſima cõgregata) aſcalonẽ petierũt (Ea ciuitas antiqua ſeptingẽtorũ & viginti ſtadiorũ ſpacio ab hieroſolimis diſtans & iudeis ſẽper iuiſa. Quę res fecit: vt etiam tunc primis eorum incurſibus ꝓprior videreť. Tres aũt viros agreſſiõis duces hẽbãt & corporibus & prudẽtia p̃ſtãtiſſimos nigrũ paitã & ſylã babiloniũ & iohãnẽ eſſeũ Aſcalon ei validiſſimo quidem muro cincta fuit: ſed vacua pene preſidijs. Vna cum cohors eam peditum & vna equitum alta tuebatur: quibus ꝓfectus erat antonius. Illi quidem multa ira velocius itinere peracto quoniam ex propinquo venirent preſto erant. Antonius vero nec enim eorum fore impetum neſciebat: equites iam ex ciuitate eduxerat: & neq; multitudinem veritus vel audaciam primas hoſtium coitiones fortiter ſuſtinuit: murumq; properantes aggredi refrenauit. Itaq; iudei quiq; cum peritioribus imperiti & pedites cum equitibus. Cum ſtipatis autem inordinati leuiterq; armati cum inſtructis pluſq; indignationi q̃ conſilio tribuentes. Cum morigeris & nutu rectoris omnia facientibus dimicaturi: facilis erat aduerſarijs labor. Nam vt ſemet eorum primæ ab equitibus turbatę ſunt acies fugam petunt: & murum verſus a tergo ſeu rgentibus incedentes ſuimet ipſi hoſtes erant: donec omnes incurſibus equitum victi per totũ cãpum diſperſi ſunt: qui fuit plurimis totuſq; habilis equitantibus. Quod quidem romanos iuuit vt magna cede iudeos proſternerent. Nam & fugientes præuertendo torquebant & quos occupaſſent curriculo trenſſigẽdo infinitos peremerunt. Alij vero alios quocumq; ſe vertiſſent circundatos exagitantes: facile iaculis opprimebant. Et iudeis quidem propria multitudo per deſperationem ſalutis ſolitudo videbatur. romani vero licet bello pauci eſſent: rebus tamen ſeccundis animati etiam ſuperfluę reſiduiuidebantur Et illis quidem res aduerſas ſuperare certantibus dum cito pudet fugere mutariq; fortunam ſperant. Romanis autem in his quę proſpere agerent minime laborantibus ad maiorem vſq; diei partem pugna pertracta eſt donec iudeorum quidem perempti ſunt decem milia duoq; duces. Iohannes & Silas. Cęteri vero & pleriq; ſaucij cum nigro (qui vnus reſtabat ex ducibus) in ciuitatem Idumee (quę calis dicitur) confugerunt. Nonnulli etiam tunc Romanorum in illo prælio vulnerati ſunt. ¶ Sed non iudeorum ſpiritus tanta clade ſedatus eſt. Multoq; magis dolor eorum incitauit audaciam. Et coincidantes quantum ante pedes mortuorum iacerent priſtinis fœliciter geſtis ad plagam alterã illiciebantur. Deniq; paruo tẽpore intermiſſo (quod ne curandis quidem vulneribus ſatis eſſet (cunctiſq; aggeratis viribus maiore cum indignatione multoq; plures aſcalonem recurrebant: eadem ſe propter imperitiam ad alia belli initia comitante fortuna. Etenim cum antonius (qua tranſituri fuerant (poſuiſſet inſidias ex improuiſo in eas dilapſi & ab equitibus circũdati. priuſq̃ ſe ad pugnã cõponerent iterũ ſuper octo milia ꝓcubuerũt: cęteri vero oẽs aufugerũt. Cũq; hic Niger multis dũ fugeret (magni animi facinoribus demõſtratis (& qm̃ hoſtes inſtarent in turri quãdã tutiſſimã cõpellũtur alicuius vici cui nomẽ Badezel al's Bezedel (Antonius vero ſuis (ne vl' moras circũ turri (quę (inexpugnabilis eẽt (diu tenerent. vel ducẽ hoſtiũ fortiſſimũ viuũt relinquerẽt (& ignẽ muro ſupponũt: turriſq; inſtãmata romani quidẽ exultãtes recedũt quaſi etiã Nigro conſũpto. Ille autẽ in caſtelli ſpecus itimũ ex turri ſaltu dimiſſus euaſit triduoq; poſt (ſocijs cũ fletu eum ad ſepulturũ inueſtigantibus (ſeſe oſtendit: gaudioq; inſperato repleuit omnes iudeos tamq̃ dei prouidentia dux eis in poſterum reſeruatus.

Eg.l.iij ca.iiij.

perẽptiiudeoꝝ decẽ milia cum duobus ducibus Iohãne & Silas ſęteris ſaucijs cum nigro fugientibus

Eg.l.iij cap.iij.

¶SCITOPOLIS A ROMANIS recipit præsidium.

¶Vespasianus Antiochiam Syriæ metropolim & tercium iter omnes(quę in Romano sunt orbe)locum tenentē exercitum duxit cui Agrippa& Sephoritæ occurrerunt quibus poscentibus equitum & peditum dedit munitiones/Sephoris enim maxima est galileę ciuitas / Due autem sunt galileę superior & inferior quarum situs dimensio & ciuitates describuntur Galilea semper periculis restitit galilei enim pugnaces sunt ab infancia Galilea quoq; fertilis & populosa vt breuissimus vicus habeat super quindecim milia colonorum Galilea varijs arboribus consita abundeq; irrigatur.Samaria quoq; inter iudeam & Galileam/quę natura a Iudea nihil discrepat/Ambę enim fertiles earumq; pecora præter alias lactis abundant vtraq; virtus referta Samarię aūt situs & dimēsio describuntur.iudea quoq;/in cuius medio est ciuitas hierusalē quę a nōnullis vmbilicus terrę appellatur/vndecim sortes quarū pria hierm regnū est,diuiditur huius descriptionem & dimensionem hic inuenies. D

Capitulum tertium.

Vespasianus antiochiā syrię metroli & tiuz iter oēs/que i romano orbe sūt locū tenētē exercituz duxit cui agrippa & sephoritæ occurrerunt quibus dedit equtuz & peditum munitionem.

Duplicis galileę situs & descriptio.

Carmelus mōs.

Hyppeon.

Samaria Scitopolis.Hyppenę Gadara.

Galilea inferior

Galilea superior

Galilea sēp belli periculis restitit pugnacesgalilei

galileę fertilitas

Galilea ppl'osa.

vtbreuissimusvicus hēat supra xv.mil. colōrū

Galilea varijs arboribus concita

Galilea abunde irrigata.

Galileę longitudo & letitudo.

Sāarię quę iter iudeā&galileāsīta est situs & descriptio que natura iudea nihil discrepat ambe fertiles.&c.

¶T Vespasianus antiochiē exercitū ducēs/quę Syriæ metropolis est/magnitudine,simul aliaq; fœlicitate sine dubio tertiū inter oēs/quę i romano orbe sunt/locum obtinēs vbi etiā aduētu suo regē agrippā cū omni manu propria offenderat prestolari ad ptholomaidē properabat.In hac autem ciuitate occurrerūt ei sephorim ciues oppidū galileę colētes.soli mēte pacata qui'tā suę salutis ,quidētia solicitī q̄ romanorū virtū gnari etiā/priusq̄ Vespasianus veniret/Cestio gallo fidē dederant dextrasq; iuxerant & præsidiū militare susceperāt.Itaq; & benignissime duce suscepto alàcri animo etiā cōtra gentiles suos auxilia promiserant.Quibus interim Vespasianus tutionis causa poscentibus equitum peditumq; tantum numerum tradidit quantum obstare posse arbitrabatur incursibus:si quid iudei cōmouere tutassent. Non enim minimū esse videbatur futuri belli periculum auferri ciuitatem sephorim Galileę maximam & in loco conditam tutissimo totiusq; gentis futuram præsidio. ¶Duę sūt autem Galileę/quę superior & inferior appellantur/Eaq; phœnice & Syria cingunt. Discernit vero ab occidente Ptholomais territorij sui finibus quondam & galileorum nunc autem mons tyriorum carmelus cui coniuncta Gabaa ciuitas Hypeon. hoc est equitum / quæ sic appellatur/ex eo q̄ equites ab Herode rege dimissi coloni eo deducebant a meridie autem Samaritis scytopolis vsq; ad flumen iordanem ab oriente vero Ieppa alias Hyppene & gaddaris.Sed & gaulanitide diffinitur:quæ etiam regni Agrippæ fines sunt.Septentrionalis autem tractus eius . Tyro itemq; tynorum finibus terminatur.¶ Inferioris quoq; galileę fines q̄ longi sunt ex tyberiade vsq; ad zabulon cui vicina est in locis maritmis Ptholomēsiū ciuitas propaganturlatitudine autē patent ex vico Zalochy. alias Zaloch qui in magno campo situs est vsq; ad bersaben.Vnde etiam superioris galileæ latitudo incipit vsq; ad bacavicum qui terram dirimit tyriorum.Longitudo vero eius a Thella vico iordani proximo vsq; ad berothe tenditur.¶ Sed cum tanta sunt vtræq; magnitudine tantisq; alienis gentibus cinctę:semper tamen oibus belli periculis restiterunt.Nam & pugnaces sunt ab infantia galilei & omni tempore plurimi:neq; formido vnq̄ vicos eorum aut pœnuria regiones illas occupauit quoniam totę opimę & fertiles sunt omniumq; generum arboribus consite: vt etiam minime agricolandi studiosos vbertate sui prouocent Deniq; excultę suntab icolis totę:nec pars vlla est earum ociosa. Cum & ciuitates ibi crebrę sunt & vbiq; multitudine vicorum propter opulentiam populosa vt qui sit breuissimus supra quindecim mllia colonorum habeat:prorsus vt si quis etiam magnitudine minorem galileam dixerit q̄ trans flumē regionem:viribustamen eam pertulerit:Hec enim omnis est in opere assidueq; fructuum ferax vt illa quę trans flumen est licet multo maior sit plęraq; tamē aspera atq; deserta est:& nutriendis fructibus mansuetis inhabilis.Galileę vero mollicies & ingenium fructuosum campos habet cum varijs arboribus consitos:tunc maxime oliuetis & vineis & pa'metis excultos.¶Irrigatur autem abunde montanis torrentibus aut fontibus a quę perennis.Quotiens illi syrio estuante defecerint.Et longitudo quidem eius a macheronte in pellam:latitudo vero a phisodelphia vsq; ad iordanem.Et pella quidem/quam supra diximus/septemtrionalis eius tractus:occiduus vero iordanis meridiana autem moabites regio terminat. Ab oriente autem arabia selbonitide.necnon & philadelphia itēq; gerasidis clauditur.¶Samarītis aūt regio iudeā quidem & galileā sita est. Incipiēs eni avico in planicie posito cui nomen est gennaye alias Genea i acrabathenā desinit Toparchiā sed natura nichilab iudea discrepat.Nā & vtręq; mōtuose sunt & campestres agroq; colendo molles atq; opimę:necnon& arboribus plenebomisq; tā silueſtribus quā manſuetis abundant.eo q̄ sint naturę aridę imbriūq; satis habent.Dulces autem pereas multimodis aquę sunt boniq. graminis copia: p̄ter alias earū pecora lactis abūdāt: quodq; maximū virtutis atq; opulentię specimē est vtraq; viris referta ē.His aūt finitimus ē anaathat al's Amathvicus/q etiā borreas appellatur/iudeę limes a septē

Ege.li. iij.c.b.

Ege.l.j. ca.v.i

Ege. li. iij.c.vi.

A trione. Meridiana vero pars eius ſi in longitudine metitare adiacenti vico arabum finibus termina-
Ege.li. tur cui nomẽ iordane. ¶ Et iudeę latitudo ex iordane flumine vſq; ad iopen explicatur. Media ve-
iij.c. vj ro ciuitas eius eſt hieroſolima Vnde quidem nonſine ratione vmbilicum eius terrę id opidum voca-
uerunt. Sed nec maritimis quidem iudea delicijs caret: a ptholomaida vſq; locis extenta maritimis
¶ In vndecim autem ſortes diuiſa eſt. Quarum prima eſt regnum quod obtinet hieroſolimorum ci-
uitas: prę cęteris inter omnes accolas eminens veluti caput in corpore: Alijs quoq; poſt hanc tophar
thię ſunt diſtributę. Cophna eſt ſecunda & poſteaaccabatam deinde taphna alias Thanna & lydda
itemq; amineus alias Ammaus & pelle & Idumea & agada alias ẽgade & herodium & hiericus poſt
quas lamnia & Ioppe finitimis preſunt & preter hanc gamalitica & gaulanitis & bachanea & traconi
tidis: quę etiam regni agrippę ſunt partes. Eademvero terra incipiens ex monte libano & fõtibus ior
danisvſq; ad tyberiadi proximum lacum latitudine panditur Ex vico autem (qui appellatur Arphas
& qui ad iuliada oppidum longitudine tendit: & habitatur ab incolis iudeis & vna ſyriſq; permixtis.
De iudea quidem & quibus eſſet cincta regionibus q̃ maxime potui breuiter expoſui.

Iudeę latitudo i cuiusmedio ẽ ci uitas hierl̃m quę a nõnullis vmbi licus terrę appel latur.

¶ Ioſephus contra ſephorim impetum faciens magnum in Iudea bellum accendit infirmior: inuentus Sephoritis: Romani namq; continue agros depopulãtur: & interfectis pugnantibus imbel-
les ad ſeruitutem redigebant. Galileaq; tunc igne plena erat & ſanguine. Tytus vero de Alexandria cum exercituveniens patrem in ptholomaide inuenit. Romanorum autem exercituum ſub veſpaſia-
no & Tyto numerus & ordo declaratur. Antiochi quoq; & Agrippę & Soemi & Malchi arabię re-
gis: Laudatur Romanorum prudentia qui ſeruos in militia etiam pacis tempore inſtruebant. Medita tio namq; eorum nichil a contentione differt. Camporum vbi caſtra ponebant deſcriptio: Fabrorum quoq; multitudo exercitum ſequebatur. Machineq; eorum in promptu ſunt portę in caſtris vici & ta lis eſt tabernaculorum ordinatio vt repentina videatur eſſe ciuitas ibi locus cenæ & prandij atq; ſom ni buccinę enim tempus vigilandi ſignificant & dormiendi. Sicq; ad inuicem principes ordinantur, vt ſummus ſignum donat & precepta ſubiectis proferenda. Tubę quoq; ſonus quid agere debeant milites inſtruit. Caſtraq; recedentes incendunt ordinateq; incedunt & recedunt pedites, vtroq; latere
B ſicas ferunt: ſiniſtra tamen longiore dextra pedites vero duces cuſtodes cum armis viaticum tridui portant vt parum interſit inter onuſta iumenta & pedites Equitum vide arma Agmen autem cui ſors accedit (ſemper antecedit. Omnia enim cõſulte faciunt ideo raro peccant legis non ſolum deſertiões ſed minimę negligentię capite plectuntur Termini inſuper Romani imperij ponuntur.

¶ Capitulum quartum:

eg.li.iij ca. vij. QVod autem veſpaſianus miſerat auxilium ſephoritis. hoc eũ equites mille. ſexq; milia pe-
ditum (placido eos regente Chiliarcho caſtris in magno campo poſitis bifariam diuidun-
tur: & pedites quidem in ciuitate ipſius tuende cauſa: equitatus vero in caſtello degebat
Vtriq; autem aſſidue prodeundo & circa eam regionem loca omnia curſando magnis in-
commodis Ioſephum: eiuſq; ſocios quamuis quietos afficiebant: & præterea ciuitates extrinſecus depredabantur quorumq; conatus (ſi quando excurrendi habuiſſent fiduciam repellebant. ¶ Sed
eg.li.iij cap.vij Ioſephus quidem aduerſus ciuitatem impetum fecit ſperans eam poſſe capere: quam ipſe anteq̃ a ga
lileis deſiſteret ita muris cinxerat: vt Romanis quoq; eſſet inuicta. Vnde etiam de ſpe decidit: cum & vi & ſuaſu infirmior ſephoritis fuiſſet inuentus. Magiſq; in iudea bellum accendit. oRmanis inſidi-
as indigne ferentibus & propterea nec die nec nocte ab agrorum depopulatione ceſſantibus ſed paſ ſim diripientibus quicquid rerum in his reperiſſent. Qui tamen cum mortem pugnantibus ſemper inferrent imbelles ad ſeruitum capiebant. ¶ Ignisvero & ſanguis galileam totam repleuerat: Neq; quiſq̃ expers eius acerbitatis aut cladis eratvnã ſalutis ſpem habebant in ciuitatibus fugienies. quas
C Ioſephus murorum ambitu communierat. ¶ Tytus autem Alexandriam tranmiſſus ex Achaya. Cicius q̃ ſperabat per hyemen manum quidem militum cuius cauſa directus fuerat, ſuſcepit compe
eg.li.iij ca.viij. dioſoq; vſus itinere. mature ad Ptholomaidam peruenit. Cumq; ibi patrem ſuum reperiſſet. Duo-
bus quæ ille ſecum habebat agminibus, Erant autem nobiliſſimę quinta & decima legiones, Iun-
xit etiam, quam ipſe ab duxit, quintamdecimam. Eas autem ſequebantur etiã decem & octo cohor tes. Quibus acceſſerunt ex Cæſarea quinq;. vnaq;que ala equitum: alę quinq; Syrorum itidem equi tum. Decem autem cohortum ſingulę mille pedites habebant. In cæteris vero tredecim ſeſenti-
pedites: & centeni viceni equites erant. Satis autem Auxiliorum etiam a regibus congregatum eſt ¶ Antiochus enim: & Agrippa: & Soemus bina milia peditum. Et Sagittarios equites mille præ-
buerunt. Cum Arabiæ quoq; rex malchus prætermilia quinq; peditum equites mille miſiſſet quo-
rum maior pars erant: Sagittarij: vt tota manus computata cum regijs decem milia circiter pedi-
tum equitum colligeret: præter colones, qui plurimi ſequebãtur, & meditationi bellicę aſſueti nihi l

Exercitusveſpa ſiãi ordo i ſepho ri g m̃tum ioſe phum & ſocios vexabant.

Ioſephus cõtra ſephori ipetũ faciẽs magnũ in iudeabellũ accẽ dit ifirmior iuẽ tus ſophoritis.

Tytus citius ex alexadria cũ ex ercituveniẽs pa trẽ i ptholomai de inuenit.

Antiochi agrip pę & Soemi ex ercitus & malchi Arabiæ regis.

a pugnacissimis aberant/q; tempore quidem pacis dominorum exercitationibus interessent belli autem pericula cum ipsis experirentur. & neq; peritia neq; viribus a quoq̃ nisi a dominis vinceretur. D

Laudat romãorũ prudẽtia qui seruos in militia istruebãt etiam pacis tempore.

¶ Qua quidem in re nimis ammirandam qui existimauerit Romanorum prouidentiam ita seruos instituentium: vt non solum vitę ministerio. Sed etiam belli necessitatibus vtiles sint. Quod si quis eorum aliam quoq; respexerit militię disciplinam profecto cognoscet tantum eos imperium non for tunę munere: sed propria virtute quesisse. Armis enim vti non ex bello ceperunt. neq; solum / si ne cesse sit / manus mouent cum in pacis ocio cessauerint: sed veluti armis natura coherentes nullas ex

Romanoꝝ meditatio nõ differta vera cõtẽtione.

ercitationis inducias nec tempora præstolantur. Meditationes autem eorum nihil a vera conten tione discrepant: sed in dies singulos militum quisq; omnibus armis tamq̃ in procinctu positus ex ercetur: quo etiam facillime prælia tolerant. Necenim vel ordo neglectos eos a consueta dispositio ne dispergit: neq; mœtus aut sumptus remouet: aut lassitudo. Vnde sequitur vt semper superent quo non itidem confirmatos inuenerint. Nec errauerit siquis eorum meditationes conflictus esse dixe rit sine sanguine: contraq; prelia meditationes essecum sanguine. Nec enim cursu capi sunt hostibus

Romani maxĩe in militia exercitati:

faciles: sed quocunq; in hostilem terram irruperunt ante castrorum munitionem nunq̃ prælium su munt. Quę quidem non leui operæ neq; in ęquo loco erigunt: nec omnes inordinate describunt: sed / siquidem inequale solum fuerit / contemplantur. Quattuor vero angulis eorum dimensio desi gnatur. Nam & fabrorum multitudo & ferramentorum copia / quæ vsus extructionis poposcerit / se quuntur exercitum. Et interior quidem castrorum pars tabernaculis distribuitur ambitus autem eo

Cãpoꝝ vbi castra metãt rõani descriptio

rum extrinsecus muri fac em præfert. Ordinatis etiam turribus pari spacio dispositis. Quarum in

Fabroꝝ multitudo Romanorũ sequũt exercitũ

terualla telis atq; balistis alijsq; machinis saxa intorquentibus. Omnibusq; instrumentis missili um complent. Vt cuncta scilicet iaculorum genera in promptu sint. Ex omni autem muri parte quat tuor portas edificant: tam iumentis a itu faciles quam ipsis si quis vrgeat intro currentibus latas. In

machinę rõanorũ i prõptu sunt

tus aũt castra vici spaciꝭ interpositis dirimunt: mediaq; tectorum tabernacula collocant. & inter hæc

quattuor portæ

ducis maxime diuũ templo simillimum prorsus vt quasi repentina ciuitas quædam existat. Forumq; & opificum ꝓfationes. Et sedes militum primatibus ordinumq; principibus vbi / si qua sit inter alios

Vici in castris.

ambiguitas / indicent. Ipse vero ambitus & omnia quæ in eo sunt multitudine simul: & scientia fa

Tabernaculorũ ordiatio vt videatur ciuitas.

bricantium opinione citius communitur. Quia / si res vrgeat / fossa extrinsecus cingitur depræsꝭ sa cubitis quattuor. pariq; spacio lata. Armis autem sepți per contubernia cum decore atq; ocio in ten toriꝭs agunt. Omnia quæ ab his ordinate etiam alia cauteq; per contubernia experiuntur ve uti si lin gno aqua ve opus sit aut frumento. Hic enim cena vel prandium cum voluerit in potestate cuiusq; est

E

Locus cenę prãdi / & somni intẽtoriꝭs.

Simul autem sommus est omnibus. & excubias & vigilandi tempora buccinę significant. neq; enim est omnino quicq̃ quod sine edito geratur. ¶ Mane autem principes quidem ad centuriones illive ro ad Chyliarchum conueniunt salutatum. Cum quibus ad summum omnium ducem vniuersi ordi num principes. Ille autem his signum dat aliaq; ex more precepta: proferenda subiectis. Quę qui dem etiam cum in acie sunt agentes citius parent: vt si res exigat incursibus eius: itemq; reuocatio

Ordo principũ quoꝝ sumus signũdabat & ꝑcepta proferenda subiectis.

nibus vniuersi pariter obsecundẽt. ¶ Cum autem castris egrediendum est: tuba indiciũ facit nemo q; ociosus est sed vel solo nutu moniti tabernacula colligunt: omniaq; ad profectionem instruũt. De inde iterum tuba vt sint parati significat. Illi autem / cum mulos & iumenta farcinis ornauerint velut in

Castra recedentes incẽdũt

cursili certamine signum expectant. Castra vero incendunt: & q; sibi alia munire sit facile: & ne quã do hostibus eadem vsui sint. Attamen tertio quoq; tubæ signo indicant vt exeatur vrgendo aliqua

Modus recedẽdi & incedẽdi.

ex causa morantes. ne quis ordinem deserat dextraq; ducis preco astans ter / si ad bellum parati sint

peditesvtroq; latere ficas ferũtsinistra longiore dextra.

voce patria percunctatur. Illiq; totiens alacri & magna voce paratos esse respondent interrogantẽq; prẽueniunt & marcio quidem repleti spiritu cum clamore dextras erigunt. Deinde ociose & cum om ni decore progredientes ambulant: suum quisq; ordinem velut in bello custodiens. ¶ Pedites autẽ toracibus & galileis sepți & ex vtroq; latere ficas ferentes. Leuus autem gladius multo est longior cũ

F

dexter mensuram palmæ non excedat. Qui vero ducem stipant lecti pedes scuta & lanceas portãt

Equitum arma

cetera manus hastas & clipeos longos seramq; & corbem & sarculam: & securim. Necnon habenam & falcem & catenam triduiq; viaticum vt parum interfit inter onusta iumenta & pedites. ¶ Equiti bus autem ad dexteram gladius longior est & contus in manu: transuersusq; ad equi latus clipeus ter naq; super pharetram vel amplius dependent lata cuspide iacula: nihil ab hastis magnitudine diffe rẽtia. Cassidas vero & torachas peditibus similes hñt nulloq; armorũ genere discrepãt & in his equi tũ lecti q circũ ducẽ morãtur. ¶ Agmẽ aũt semper cui sorte id obtigerit antecedit. Talia quidem sunt

Ægæ. li. iij. c. vi.

Agmen semper cui sors accidit / antecedit.

Romanorũ itinera & mãsiões: itemq; armorum varietas Nihil vero nec in ꝑliꝭs in consultũ aut subi tum agunt. sed omnia semper secuntur facta sentẽtia opusq; abhibetur ante decretis. Vñ aut minime peccãt: aut si peccauerunt facilis est errati correctio. Fortunę autẽ successibus meliores cõsiliorũ etiã

A ſi aliter ſucceſſerint(arbitrantur euentus quaſi bonum quidem fortuitum'illiciat vt diuina prouidentia non eſt credatur quę vero ante cogitata fuerint(etiam ſi aduerſus caſus exceperit/bene iam meditatos exibeant ad cauendum:ne idem rurſus eueniat. Et bonorum quidem fortuitorum nō is auctor ſit(cui cōtigerint/triſtiū totū vero qđ inoxis acciderit/ſaltem qđ rectum cōſiliū cœperit videatur eſſe ſolatio ¶ Armorum quidem exercitatione comparant: vt non modo corpora ſed animi quoq; militum fortiores ſint. Maior autem illis eſt ex timorediligentia. Iamq; legis apud eos non deſertores ſolum verum etiam minimę negligentię capitalesſunt duceſq; magis q̄ leges ipſe terribiles. iamq; bonos honorando redimunt:ne in coherſendis noxijs ſint crudeles. Tanto autem obſequio rectoribus parēt & vt in pace ornamento ſint & in acie corpus vnum totius conſpiciatur exercitus. ¶ Sic eorum copulati ſunt ordines ita circum duces ſunt mobiles. & acutis auribus ad precepta oculiſq; ad ſigna. & ad opera manibus. Vnde facere quidem ſemper ſtrennui ſunt pati vero tardiſſimi. Nec ē vbi præliantes aut multitudinem hoſtium aut conſiliaſenſere ducum:aut difficultatem regiouum. Sed ne fortunæ quidem ſuccubuerunt. Nam & eam certiorem eſſe putant victoriam. Quorum igitur actus ex conſilijs iſipiūt deliberātes. adeo ſtrenuus paret exercitus Quid mirū ſi eufrates ab oriēte & occeanus ab occidente.itemq; a meridiano tractulybię fertiliſſima regio a ſeptentrione rhenus & hyſter ſunt imperij limites cum minorem eſſe poſſidentibus poſſeſſionem recte quis dixerit. ¶ Hæc ergo profecutus ſum non tam propoſito laudandi Romanos q̄ ſolacio deuictorum. & vt nouarum rerum'cupidos deterrerem. Fortaſſe autem ad experientiam proderunt bonarum artium ſtudioſis: romanę inſtituta militię neſcientibus. Redeo tamen vnde digreſſus ſum.

legis nō ſolū deterriōes ſed minimę negligētię capite plectunt ordiatio militū.

Rōani ipſi ſmi. cā ,ppt quā apd p̄dixerit auctor de romanis.

¶GALILEA a Romanis inuaditur.

¶Veſpaſiano cum tyto filio in ptholomaide excitū ordinate placidus ab eis miſſus galileam inuadit maxima interēpta multitudine deinde in Iotapata impetū facit quē iothapatā cōgreſſi recipiunt & eius exercitū ſeptē occiſis multiſq; ſauciatisi fugā vertert veſpaſianus vero ordiato exercitu ex ptholomaide ,pficiſcit in galileā auxiliatores quoq;/qui leuius armati eſſēt/& ſagittarios perire iuſſit ad repētinos incurſus hoſtiū cohibendos &c. Qui in finibus galileę caſtra mœtatus milites vna cohi
B bebat ordinādo exercitū & galileorū expectā do penitētiā Ioſephus vero ,ppe ſephori caſtra poſuit ſz añq̄ hoſtes oīno cōſpicerēt ſuis fugiētibus ip̄e cū paucis relictis fugit i tyberiadē veſpaſianus āt gada rēſiū ciuitatē prio ipetu capit & cūctis ēt puberibus occiſis/ipſā cū vicis icendit Ioſephus itaq; magis mori eligēs q̄ patriā ,pdere hieroſolimis fideliter de rebus in galilea geſtis reſcribit vt/ſi fœdus cū Romanis placeret/cito mādarēt:aut ſi beliādū dignū eſſet mitterēt eyercitū Veſpaſianus aūt Iotapatā excidere cupiēs/qui mōtuoſū iter aſperūq; coequarēt tmiſit.

¶Capitulum quintum.

eg.li.iij ca.vuj ix.

Veſpaſiano cuꝫ filio tyto i ptholomaide exercitū ordināte p.a cidus iuadēs galileā maximā iterimitmltitudinē & deide i iothapathāipetūfecit quē Iothapatēi recipiūt & eius exercitū ſeptem occiſis mltis in fugā verterunt. hecathōtarthię

VEſpaſianus quidēvna cū filio ſuo tito in ptolomaide interim degēſordinabat exercitū. At vero galileā perſuaſerat placidus.vbi maximam eorum/quos comprehendiſſet multitudinē interemit. Hęc autē fuit galileorū imbellior turba aimiſq; deficiēspugnaciſſimos aūt vidit ſēper i ciuitates cōfugere quas Ioſephus cōmuni erat in ioto
C pata/quę omniū tutiſſima erat/impetū vertit:exiſtimans eā repentino agreſſu captū iri magnāq;& ſibi ex ea re apudalios rectores gloriā cōparādā&illis commodum ad reliqua maturius explicāda. quaſi metu ceſſuris aliis ciuitatibus/ſi quęvalidiſſima eſſet occupatā vidiſſēt. Mltū tñ opinione deceptus eſt. Iotapateni enim / cum eius impetum preſēſiſſēt prope ciuitatem aduenientem excipiunt congreſſiq; cum romanis ex improuiſo plurimi & ad pugnā parati necnon & alacres/quippe vt pro ſalute patrię itemq; coniugum liberorumq; dimicantes / in fugam eos vertunt. multoſq; ſauciant/ſeptem ſolum interfectis/quia neq; ſolū inordinate pugna diſceſſerunt ſeptiſq; vndiq; corporibus leuiter fuerant vulnerati cum iudei quoq; magis eminus iaculari. q̄ manus conſerere iermes cum armatis conſiderent. Ex ipſis autem iudeis tres ceciderūt:paucis p̄terea ſauciatis. Placidus tamen q̄ impetu ciuium languidior inuentus eſſet auffugit. ¶ Veſpaſianus
eg.li.iij ca.vj. vero ipſe galileam cupiens inuadere ex ptholomaide proficiſcitur:ordinato militum itinere/ſicut romani conſueuerunt/ Auxiliatores enim qui leuius armati eſſent/itemq; ſagittarios preire iuſſit ad repentinos incurſus hoſtium cohibendos:& vt ſuſpectas atq; oportunas ſiluas inſidijs ſcrutarentur Cū quibus erat etiam romanorum armata portio equites peditesq;. Eos aūt ſequebātur de ſingulis hec athontarchijs deni equites & pedites armaturam ſuam ferentes: menſuraſq; caſtrorum. Poſt hos ſtratores viarum ibant qui aggeris maligna corrigerent. ac deuia complanarent: ſiluaſq; obſtātes preciderent:ne perplex itinere fatigaretur exercitus. Deinde ſuas itemq; ſubiectorum ſibi tectorum ſarcinas & tuitionis cauſa multos. cum his equites ordinauit. Poſt quos ipſe veniebat. lectos pedites equiteſq; necnon & lancearios ſecum ducens: equitumq; p̄terea ſuorum agmine comitatus.

Stratores viarū veſpaſiāi locus in exercitu & cuſtodia

De singulis autem turmis proprios centum & viginti equites deputatos habebat. Hos sequebantur D
qui expugnandis ciuitatibus machinas & cętera tormenta portarent. Deinde rectores itemq; prę-
fecti cohortibus chiliarchi stipati lectis militibus. & post hos circum aquilam signa alia / quæ omnibus
apud Romanos agminibus pręest / q; & vniuersarum auium regnum habet & validissima / Itaq;
illam & principatus insigne putant omniq; victoriæ quoscunq; bello petierint Sacras vero signorum
effigies itidem sequebantur coruicines & post eos acies in latitudine senis digesta militibus hisq; ad-
herebat ex more quidam ethacontarchus disciplinæ atq; ordine custos Serui autem singulorũ agmi
num cincti cum peditibus erant mulis aliisq; iumentis aduehentes militum sarcinas. Omnium vero
agminum postrema erat centenaria multitudo eamq; armorum coactores sequebantur armati, pe-
dites. equitumq; non pauci. Itaq; peracto itinere vespasianus cum omni exercitu ad fines galileę pue
nit: ibiq; positis castris quamuis promptos ad bellum milites continebat vna & ostendendo exerci-
tum / qui alias quo hostes moetu percelleret / spaciumq; idulgendo pœnitudinis / si quis ante prælium
voluntatem mutaret / Nihilominus autem murorum instruebat obsidium Ita q; multos quidme rebel
liones fugere vel solus fecit ducis aspectus moetum vero vniuersis incussit. Iosephus enim eiusq; so-
cij qui non longe a Sephorym castra posuerant. Vbi bellum appropinquare cognouerunt. Et iam Eg.l.3
iamq; romanos secum prælio congressuros: non modo ante pugnam. Sed anteq̃ hostes omnino com c.viii.
spicerent fuga dissecti sunt. Cũ paucis autem relictis Iosephus vbi se aimaduertit neq; ad excipiẽdos ix.
hostes sufficientem manum habere iudeorum animos confidisse ac si fides his haberetur. pleroſq; li
benter ad hostes defectum ire. iam cum quidem omni bello quiascebat: quam longissime autem peri
culis abesse decreuit: abductisq; / qui secum remanserant / in tyberiada confugit. ¶ Vespasianus autez E.l.iij.
gadarensium ciuitatem aggressus primo impetu capit. q; eam pugnaci multitudine vacuam reperis. c.viij.
sed. Deinde hinc transgressus interius cunctos etiam puberes interficit: cum Romanos odio gentis & ix.
cladis memoria / quam petulerat Cestius / nullius etatis misericordia cõmoueret. Incendit autem non H
solum ciuitatem. Sed etiam omnes circum vicos & municipia quædam pœnitus desolata nonnulla
vero quorum habitatores ipse cœpisset. ¶ Iosephus autem / quam tuitionis coaptauerat ciuitatem /
Ipse moetu repleuit. Nam tyberienses nunq̃ eum nisi de omni bello desperasset / fugam in versum ire
credebant. Neq; in hoc eos volnntatis eius fallebat opinio. videbat enim res rudeorum quorsum eua
derent vnamq; illos viam salutis habere si propositum mulauisset. Ipse vero / quamuis sibi speraret
a Romanis veniam tribuendam / mori tamen sæpe voluisset. q̃ / prodita patria / cum dedecore animi
stationis sibi credite apud illos fœliciter agere a quibus fuerat missus. Decreuit igitur hierosolimam E.l.iij.
primatibus quemadmodum sese haberentes cum fide perscribere / ne vel nimis extollendo vires ho- cap.ix
stium timiditatis postmodum argueretur: vel minus aliquid nũciando fortasse cœpti. etiam pœni-
tenteslad ferociam reuocaret / atq; / si fœdus eis placeret / cito rescriberent: aut si bellandum esset dignũ
contra Romanos exercitum mitterent. Ille quidẽ / hac epl'a scripta / mature dirigit qui in hierosolimã
litteras ferret. ¶ Vespasianus aũt iotapatam exscindere cupiens / nã in eã plurimos hostiũ refugisse co
gnouerat / & præterea validissimũ hoc eorum esse receptaculũ / præmittit pedites cũ equitibus qui, mõ
tanũ iter coequarent. saxis asperũ ac peditibus quoq; difficile: omnino vero equitibus inimicũ Et hoc
quidem qua triduo secere / quod iussum est / lataq; aperuerunt exercitui viam.

¶ IOTHAPATHA Galileę ciuitas vigesimo primo Maij a vespasiano obsessa est & qua
dragesimo septimo / qui & Kalendarum Iulij / expugnata.

¶ Iosephus in Iotopatam ex Tyberiadeveniens abiectorum spiritus erigit quod Vespasianus
cognoscens / hoc quodamtransfuga ei nunciante / placidum statim misit: ciuitatemq; iubet circumual-
lare quem sequenti die cum toto exercitu secutuseſt quem videntes Romani perturbãtur. sed ea res
in salutis desperationem fecit audaciores. Iosephus namq; contra iudeos magnum fecit & quantum
Iudeos desperatio tantum Romanos pudor incendebat multis hinc & inde occisis & sauciatis. Iota-
patani vero / Romanis diebus quinq; ab aggressiõe non cessantibus / hostium vires non formidabant F
Vespasianus autem & cum natura loci simul & iudeorum audacia certandum putans / aduocatis re-
ctoribus / aggregerem / qua parte murus facilis erat accessui / fieri mandauit quibus iudei operantibus
maximum faciebant impedimentum: sed contra eos machinas iussit applicari. Iosephus quoq; erecto
aggere / conuocatis fabris / murum iubet altius extolli & contra iacula bouum coria iudibus extẽdi mu
rusq; ad viginti cubitorum altitudinem est erectus Capitulum sextum. E.l.iij.

Vinto autem die / qui maij mensis vicesimus & primus erat: prior. Iosephus in Iotapata cap.ix
ex Tyberiade venit: abiectoſq; iudeorum spiritus erigit. Cum vero transitum eius vespasi-
ano quidã transfuga nunciasset. vtq; mox ciuitatẽ peteret incitaret. veluti cũ ea totã iudeã
capere posset / si iosephũ subiugasset / hoc ille nuncio proxima fœlicitate percepto dei, qui

Machinarij. Chiliarchi. Agla auiũ regia romanoꝝ signũ Sacrę signo effi gies. cornicines. Serui agminum aduehentes militũ sarcimas.

Gadara ciuitas. prio ipętu euer sa. Vespasianus ga darẽsiũ ciuitatẽ prie ipetu capit & cũctis ẽt pube ribusoccisis ciui tatẽ cumvicis in cendit.

Iosephusaio fo eis mori magis e ligẽs q̃ patriã, p dere fideliter re scripsit hieroſoli mamvt si fœdus placeret rescre berẽt cito aut si bellãdũ esset di gnũ mitterẽt ex ercitum.

Iosephũ venisse i iotapata quod transfuga vespa no nũciãte stati

A dentia factum ratus.vt qui hostium prudentissimus videretur vltro se etiam in custodiam traderet voluntariam/statim quidem cum equitibus mille placidum mittit:vnaq; decutionem primum ebuciũ tam manu q̃ prudentia virum insignem circumuallare ciuitatem iussit.nec clam inde Iosephus elaberetur. Postero autem die cuncta manu comitatus ipse consequitur:& post meridiem vsq; acto itinere ad Iotapatam peruenit.abductoq; in septemtrionalem eius partem exercitu:in quondam tumulo castra ponit distãte ab oppido stadijs septem.Cõsulto autem q̃ maxime conspici ab hostibus affectabat.vtviso attoniti turbarentur.Quod etiam factum est.Eosq; tantus stupor inuasit:vt muros egredi nullus auderet.Atromanos quotidie ambulando fatigatos ciuitatem aggredi statim piguit. Ob eandem causam duplici acie circumdato oppido tertio extrinsecus agmen equitum posuerunt omnes Iudeis exitus obstruentes. Sed ea res illos in salutis desperationem audaciores effecit qp̃ pe in bello nichil est necessitate pugnacius.Itaq; postridie impetu in muros facto : iudei primo quidem locis suis manentes/Romanis castra ante muros habentibus/resistebant.Posteavero quam vespasianus sagittarios & fundibulares alias fundibulatores omnemq; iaculorum multitudinem adhibitam missilibus in eos vti permisit.atq; ipse cum peditibus in aduersum collem/vnde murus inexpugnabilis erat/niti cœpit:tunc ciuitati metuens Iosephus & cum eo cuncta iudeorum multitudo prosiluit omnesq; in romanos pariter irruentes procul a muris eos deterruerunt multa manu simul & audacia patrando facinora neq; minora tamen patiebantur q̃ faciebant.Nam quantum ipsos salutis desperatio tantum pudor incendebat romanos.Et hos quidem peritia cum fortitudine:illos autem dulce iracundia ferocitas armabat.Deniq; cum toto die pugnatum fuisset:prælium nox dirimit. In quò romanorum plurimis sauciatis tredecim interfecti sunt.Iudeorum autem cum sexenti essent vulnerati :septem & decem ceciderunt:nichiloq; minus postridie romanis iterum irruentibus occurrũt multoq; fortius restiterunt.ex eo fiduciam nacti.qp eos pridie præter spem sustinuerant. Sed eos quoq; pugnaciores reperti sunt qp eorum iracundiam pudor incenderat:vinci credentium nisi citovicissẽt. Itaq; per dies quinq; romanis minime ab aggressione cessantibus.etiam Iotapatanorum excursus augebantur.muriq; fortius oppugnabantur:& neq; iudei vires hostium formidabant neq; romanos difficultas oppidi capiendi lassabat. ¶ Etenim Iotapata paulominus in rupes est tota.ex alijs quidem partibus vndiq; vallibus immensis præceps:vt earum altitudinem oculis deprehendere cupientium
B aspectus ante deficiat. Abvnavero tantum boreę parte adiri potest vbi per transuersum lacus desinẽtis montis edificata est.Quodquidem ipsum Iosephus muro ciuitatis fuerat amplexus quo inaccessa esset in hostibus superiora cacumina.Alijsvero circum montibus tecta/priusq; in eam peruenirẽt/a nullo poterat conspici.Iotapata autem sic erat communita.¶ Vespasianus autem &cum natura loci simul certandum putans & cum audacia iudeorum incipere obsidionem alacriter statuit. Aduocatisq; rectoribus sibi subditis de agressu deliberabant. Cumq; aggerem fieri placuisset/q̃ parte murus facilis erat accessui/totum ad comparandam materiam misit exercitum.Oppidoq; propinqs mõtibus excisis:magnaq; vi lignorum & lapidum congregata:scutisq; minoribus siue ancillibus ad vitãda iacula desuper missa pervalles dispositis/sub eorum defensione aggerem construebant.nulla autem vel minora noxa telorum quæ de muro iacerentur. His autem alij terram ex propinquis tumulis eruentes:sine intermissione suppeditabant.Cunctisq; trifariam distributis:nullus erat ociosus.
At iudei super eorum tegmina saxa ingentia.& omne telorum genus curabant immittere. Quæ licet minime penetrarent.magnus tamen strepitus & horribile impedimentum erant operantibus.
Tunc igitur Vespasianus machinis missilium circumpositis/erant autem omnes centum quinquaginta alias sexaginta.in eos/qui super murum astarent/iussit tela contendit. Simulq; ex bastilis lanceæ
C procurrebant saxaq; tormentis ingentia mittebantur.igniq; & sagittarum frequentissima multitudo quæ non solum murum sed etiam totũ intra iactum earum spacium iudeis inaccessum fecerũt. Arabum enim sagittariorũ manus & iaculatores.itemq; fundibulatores omnes &machinę telis operabãtur.Neq; tamen his iudei/ne desupervlciscerentur/quieti erãt sed excurrendo per cuneos more latronum tegmina operantium dissipabant.nudatosq; feriebant: vel/si quando illi cessissent/aggerem dissipabat.vallorumq; munimenta cum ancillibus igni tradebant.donec Vespasianus cognito huius incommodi causam ex distributione operum contigisse.qp interiecta spacis iudeis locum aggrediendi prębberent/adunauit tegmina.Coniunctisq; viribus pariter obreptiones hostium prepeditę sunt.
¶ Erecto autez promemodum aggere.paulosq; minus æquato propugnaculis indignum esse ratus Iosephus nichil cõtra moliri/quod oppido saluti foret/conuocat fabros.murum altius iubet extolli. Cum illi iam multis obstantibus iaculis minime edificare posse firmarent.hanc eis defensionem excogitauit.Sudibus fixis per eos bonum coria extendi præcepit/quę missos tormentis lapides sinuata susciperent/quibusq; repulsa tela cętera dilaberẽtur/& ignis humore langueſceret/His autem fabros

placiduq; misit. & circũuallare iubet citatẽ & sequẽti die cũtoto exercitu sequitur.

Iudei viso romanorũ exercitu/perturbantur.&c.

Nihil i bello pugnatius necessitate.

Iosephus maximũ cõtra romanos ipetũ fecit q̃ tũ ei dispatio iudeos tm̃ pudor romãos incendebat mꝛis exvtraq; parte sauciatis & occisis.

Quinq; diebus romãis ab agressiõe nõ cessantibus iotapatani hostiũ vires non formidabãt &c.

Vespasiani cõsiliũ qp cũ loci natura pugnandũ/sit aggerẽ/q̃ pte murus facilis erat accessui/fieri mandauit iudei vero horribile operãtibus impedimẽtũ faciebãt cõtra quos machinas iussit applicari.

Iudeorum dilligẽtia in impediẽdo romanos.

Iosephus erecto aggere murum cõuocatis fabris iubet altius/extolli&cõtra iacula bañ coria su-

appositis, illi murum die noctuq; operando adviginti cubitorum altitudinem erexerunt crebris etiã turribus in eo constructis, pinnis q; validissimis aptatis. Quę quidem res romanis iam intra ciuitatẽ se esse credentibus magnum somnium comparauit: tam Iosephi mollitione q̃ oppidanorum obstinatione perterritis.

dibus extẽdi & mutuo ad. xv. cubitorũ altitudinem est erectus

¶ Vespasianus hostiũ audacia & calliditate irritatus ciuitatẽ obsidere statuit vt rerum inopia eã reddere cogerentur. Iudei vero frumenti copiã hñtes salis & pœnuriã paciebãtur. Ideo Iosephus potus mensurã ministrabat quod eis ampliorẽ mouebat cupiditatẽ. Ipse aũt caute vestimenta aquis diuersa p muros suspẽdere iussit ex quo romanis meror simul & timor fuit cũ tãtũ aquę viderent eos ludibrio cõsumere quos potu indigere credebãt. Dux itaq; belli quia pœnuria ciuitatẽ capere nõ posset iterũ arma parat. Iosephus aũt victualibus habendis p quandã deuiam vallẽ vicinis iudeis nuncios misit mandãs eorũ terga sub canum similitudine regivelleribus: Iosephus vero tũc cum obtimatibus de fuga tractabat multa allegãs ad sui tuitionẽ: ipse tamẽ (pueris senibus & mulieribus cũ infãtulis pedes eius flendo ãplexis eũ p̃cantibus) cõi ciuitatis armatus desperatiõe manere statuit. Qui & tũc magnũ cõtra romanos fecit ipetũ. Vnde vespasianus militibus cõfusis fugereq; paratis impetum p̃cepit declinare nichil desperatis fortius esse affirmans.

Vespasianus hostiuz audacia & calliditate irritatus ciuitatẽ obsidere statuit vt rerũ inopia cogerẽtur reddere.

¶ Capitulum septimum.

eg. li. 3. cap. x.

AT Vespasianus & calliditate cõsilij & hostiũ audacia magis irritabatur quẽ (recepta ex munitione fiducia) romanos vltro incursabãt inq; dies singulos p̃lia cateruatim. & cuiuscũq; modi latrocinales doli: & eorũ quę casus obtulisset rapinę aliorũ / aliorũq; incẽdia fiebãt: donec vespasianus / retento a pugna milite / statuit obsidere ciuitatem: vt eam vsui necessariorum pœneria caperet. Aut eni coactos inopia sibi supplicaturos: aut si ad finem vsq; in eadẽ pertinacia durauissent fame cõsumẽdos eius habitatores putabat: multoq; facilioris pugnæ fore si post interualum rursus anxius incubuisset. Itaq; omnes eorum exitus asseruari precepit. ¶ Illi autem frumẽti quidem aliarumq; omnium rerum intus habebant copiam pręter salem. A quę vero pœnuria / quia neq; fons erat intra ciuitatẽ: & ymbre contentis eius habitatoribus rara est in illo contractu estiuis mensibus pluuia / Quo tẽpore obsessũ etiam hoc vehementius afficiebãtur quod arenti alias arcendæ siti fuerat excogitatum: quodq; fieri ac velut omnes aquę iam defecisset egre ferebant. ¶ Iosephus eniz cum & ciuitatem videret abundare aliis rebus. forteq; animovinos esse: quo longiorem romanis obsidionem faceret q̃ sperabãt: iam cum potus mensuram ciuibus ministrabat. Illis autẽ cõseruari quenã pœnuria grauius esse videbatur: ampliorem q; cupiditatem mouebat ius bibendi liberum non haberent: ac velut ad extremam sitim peruentum esset / labori cedebant. Hoc autem modo affectos romanos latere non poterat / qui eos exaduerso colle transmurum invium confluere locum & aquæ menſurã / aspicere prospectabant / quo etiam balistarum peruenientibus telis plurimos occidebant. ¶ Vespasianus qdẽ nõ multo post / exhaustis puteis / ipsa sibi necessitate traditũ iri ciuitatem sperabat. Iosephus aũt vt hãc vt eius spẽ frãgeret iussit quãplurimos p murorum pinnas dimersa vndis atq; humida vestimenta suspendere vt omnes repente aqua perfluerent ex quo meror simul romanis ac timor erat: cum tautum aquę viderent eos ludibrio consumere quos potu indigere credebant. ¶ Deniq; dux belli etiam ipse / quia pœnuria ciuitatem posse capere desperasset / iterum consilium ad vim atq; arma conuertit / iudeis quoq; id maxime cupientibus / namq; nec se nec ciuitatem saluam fore credebant / pluſq̃ fame & siti perirẽt / mortem bello optabant. ¶ Iosephus tamen propter hoc etiam aliud consilium / quo sibi copia pararetur per quandam vellem deuiam propterea q; minus curiose habita; a custodibus / excogitauit. Mittendo enim per occiduas eius partes litteras ad / quosvellet / iudeos extra ciuitatem degentes ab his omnia vsui necessaria. & quę in ciuitatem defecerant accipiebat mandato commeantibus vt plærumq; ad excubias reperent terga velleribus tecti quo siqui eos noctevidisset canum similitudine falleretur. Idq; factitatum est: donec eius fraudem vigiles senserũt. vallẽq; cinxerunt.

Iosephus cautę vestimẽta aq; sdi mersa p muros suspẽdere fluẽtibus vndis iussit ex quo romanis timor fuit. &c.

eg. li. cap. x.

¶ Itaq; tunc Iosephus non diu ciuitatem sustinere posse prospiciens suamq; salutem parit si vellet remanere / desperans: cum optimatibus defuga tractabat. Verum id populus sensit & circumeum fusus / ne sese negligeret / precabatur in quo solo recumberent. Ipsum enim saluti esse ciuitatis remanentem: velut omnis eius causa alacri essent animo certaturi. Quod si etiã capiantur eundem fore solacio. Decere aũt illũ neq; inimicos fugere: neq; amicos deserere aut quasi ex naui tẽpestate oppressa dissiliri qui ad eam tranquillo marivenisset. Ipsum enim magis demersurum esse ciuitatem cũ iam nemo audebit hostibus repugnare si discessisset cui confiderent. Iosephus autem quod sibi caueret occultans illorum commodo se exitum parare dicebat. Nam intra ciuitatem manendo neq; seruatis grande aliquid se profuturum & si caperentur vna cum his esse frustra periturum tobsidione vero liberatus extrinsecus eis magno emolumẽto fore. Mature eni congregatis ex territorio galileis alio,

Iosepho cũ optimatibus de fuga tractãte ppls eũ manere precabatur.

Iosephus ad populum.

A bello romanos ab eorum ciuitate reuocaturum. Nunc autem non videre quid apud eos residens vtilitatis afferret nisi q; romanos ad obsidionem magis incitaret vt se capere magni penderent: quem si fugisse cognouissent multum essent de obsidionis impetu remissuri. Non flexit his populũ Iosephus sed hoc se circumsistere magis incendit. ¶ Deniq; pueri & senes itemq; mulierculę cũ infantibus flẽtes ad pedes eius accendebant. Eumq; omnes complexi tenebant & vt fortunę socius sibi remaneret cũ vlulatibus supplicabãt nõ iuidia salutis eius/quãtum ego arbitror/sed proprie. Nichil enim mali remanente Iosepho existimabant esse passuros. Ille autem si quidem paruisset hec preces eẽ ratus custodiam vero/si per vim cogeretur/multum enim ex intentione discessus etiam querelarum miseriam fregerat. remanere statuit. communiq; desperatione ciuitatis amatus. & nunc tempus eẽ dicẽs pugnam incipere cum spes nulla salutis est pulchrum vitam pacisci pro laude. ac forti aliquo patrato facinore in memoriã posteritatis occumbere: ad opera se cõuertit: cuj pugnacissimis egressus disiectis custodibus vsq; ad romanorum castra excurrebat: & nunc pelles aggeribus impositas sub quibus

eg.li.3. capi.2. tendebant discerpere: nunc operibus ignem immittere. posteroq; die similiter ac tertio: & per aliquot dies ac noctes bellando non laborabat. ¶ Sed vespasianus/romanos his excursibus male affectos aspiciẽs/nã & terga dare iudeis putabat/& fugientes insequi armorum pondere tardabantur/cũ iudei semper aliquid agentes priusq; paterentur in ciuitatem refugerent/armatis imperat/ vt eorũ impetũ declinarent/nevel cum hominibus mortis auidis manum consererent. Nichil enim esse fortius desperatis: restringi autem illorum impetus si proposito careant: quasi flammam si materiam nõ inueniat ad hoc oportere romanos cautius quererevictoriã agendę possessionis causa: non ex necessitate bellantes. Per sagittarios autem arabum & syrię fundibulares: per quę saxa tormentis emissa: plerumq; repellebat iudeos. Nulla enim telorum machina quiescebat. Illi autem his quidem male acceptis cedebant verum eminus missa intra factum subeuntes seuius Romanis instabant: cum neq; corpori neq; animę parcerent sed pervim vtrimq; pugnarent/suorũ quisq; laborãtibus subueniẽtes.

Pueri senes & mulierculę cũ infãtibus pedesis sephi flẽtes ãplexi eũ manere ꝑcabantur. &c.

Iosephi cõtraromãos maximus impetus.

Vespasianus militibus violẽtia iosephi cõfusi & fugere patisi udeorũ ipetũ declinare iperat dicens nihil fortius desperatis.

¶ Vespasianus/muris aggeribus fere equatis/arietem ciuitati precepit applicari. Aries eni bellica machina est impetuosa cuius hic ponitur descriptio. Iosephus vero/concussis arietis ictu mœni-
B bus clamanteq; populo/saccos paleis repletos contra arietis impetum dimitti iussit. Romani vero cõtis falces ligauerunt quibus saccos inciderent. Sed Iosephus ignis auxilium applicans. Romanorum machinas pessumdedit. Et eleazarus iudeis eleuato saxo & dimisso fregit arietem: sed tandẽ sagittis confixus interijt. Post hunc duo fortissimi fratres super Romanos prosilientes illos in fugam verterunt. Iosephus quoq; igne machinas obruebat. Vespasiano autem in planta sagittavulnerato turbati. Romani ad eũ cõcurrunt: & primus Tytus timẽs patri. Sed ipe vulneris dolore bellũ in Iudeos seuius incitauit: Iudeis validissime repugnãtibus. Arietis aũt ꝓhatur violentia ex his quę illa nocte contigerunt. Caput namq; cuiusdã pcussi auulsum est eiusq; ad tertiũ stadiũ veluti funda excussa ẽ caluaria. Muri quoq; ãbitus sanguine pleni erant & cadaueribus. Maximaq; ibi fuit cedes: muros tamen machinarum ictibus corruentes. Iotopateni munierunt.

¶ Capitulum octauum.

eg.li.3. capi.2. Gitur Vespasianus vltro se existimans longitudine temporis hostiumq; incursibus obside ri. cum prope iam muris aggeres æquarentur: arietem admouere precepit. ¶ Fit autem aries immensa materia malo nauis assimilis: cuius summum graui ferro solidatum est in arietis effigiem fabricatum/vnde etiam nomen accepit/ Dependet autem funibus medius ex trabe alia velut ex trutina palis vtrimq; fultus bene fundatis. Retrorsum autem magna viroruꝫ multitudine repulsus. his demq; simul rursus impellentibus missus in fronte prominente ferro mœnia
C percutit. Nec est vlla tam valida turris aut murorum ambitus adeo latus vt/& si priores ictus fortiter sustinuerit/assiduos vincat. Ad huius periculum rei duci romano transire placuit. vi capere oppidum præparati/quoniam pernicioſa videbatur obsidio/iudeis minime quiescentibus. Itaq; Romani quidem balistis. cæterisq; missilium machinis vt facilius ferirentur/qui de muris obstare tentassent/proprius adhibitis vtebantur neq; sagittarij ac fundibulares longius aberant. Cum ergo ea causa nemo auderet muros ascendere. id si arietem applicabant gradibus desuper itemq; pellibus septum tam pro sui defensione q̃ machinæ. Et primo quidem ictu mœnia concussa sunt clamor/ vero opidanorum velut iam capti essent maximus factus. Iosephus autem eundem locum sæpe feriri. neq; multo post murum disturbatum iri prospiciens. quo commento vim machinę paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis confertos/qua semper impetum arietis ferri Viderent: dimitti iussit ex muro. vt eo modo scilicet ictus errareꝫ aut etiam exceptavulnera laxitas frustraretur. Quæ quidẽ res multum romanis morę attulit. Nam quocunq; hij machinam conuertissent: contra illi qui supra murum stabant palearum traducentes saccos ictibus supponebant nichilq; muros repercussiõe lede

Vespasianus muris aggeribus fere equatis arietẽ ꝑcepit ciuitati applicari.

Aries

Iosephus cõcussis arietis ictu mentibus clamãte q; populo. Saccos paleis repletos contra arietis impetum iussit dimitti

romãi vero cõtis falces ligauerẽt q bus saccos icide rent.&c.

bant donec etiam romanis aduersus hoc aliud machinati sunt. Proceres enim contis exhibitis: in his summis falces quibus saccos abscinderent alligarunt. ¶ Cum autem hoc modo efficax arietis opus ex tinsset ac murus/quia recens erat edificatus/ictibus cederet: quod reliquum erat Iosephus eiusq; soci ad ignis se auxilium contulerunt: accensumq; totum/quod aridę fuit materię/tribus ex locis pariter inflammarunt. vnaq; machinas & pro pugnacula romanorum & aggerens concremarũt. Illi vero non sine malo subueniebant: audacia simul eorum territi: & ne adiumento essent flãmis proruẽtibus impediti: quę aridum nactę fomitem: & prętereà bitumen ac picem. necnon etiam sulphur opiniõe citius volitabant operaq; romanorum multo labore curata vnius horæ spacio pessunderant. ¶ Hic etiam vir quidam iudeus p̃dicatiõe dignus ac memoria iuentus est Samei filius. Eleazarus/cui Salib alias Saab galileę patria fuit/Is enim saxum ingens alte sublatum tanta vi ex muro dimisit super arietem: vt machinę caput abrũperet: idq; ex medijs hostibus saltu ad eos delatus deferret nulloq; mœtu reportaret ad murum. Postremo/tanq̃ signum quo tela mitterent hostibus positus nudo corpore/ quinq; sagittarum vulneribus fixus est. Earumq; nulla respecta vbi murum ascendit/ vnde iam videri ab omnibus poterat eius audacia/ibi constitit contractusq; dolore plagarum cum ariete decidit.

Eleazarus iudeus eleuato saxo & dimisso fregit arietẽ sꝫ tãdẽ sagittis fixus.&c.

Ege.li. iij.c. ij.

¶ Post hunc fortissimi extiterunt duo fratres Netiras & philippus devico romy galileę. Qui cum super milites decimæ legionis profiluissent tanto impetu viq; transgressi sunt. vt & aciem romanorum prorumperent. quosq; aduersum ierant omnes in fugam verterent. ¶ Præter hos autem iosephus quoq; & cætera multitudo raptis ignibus machinas & refugia cum operibus quintæ itemq; decimæ eiusq; terga dederat legionis incendunt. Cęteri autem qui mox consueti sunt & instrumenta & omne genus materiæ obruerũt. ¶ Rursus autem romani post meridiem erectum arietem ad eam muri partem (quæ pridem quassata fuerat) appulerunt: ibiq; defensorum eius quidam vespasiani plantam sagitta percussam leuiter vulnerat: quoniam teli spacio defecisset. Maximam tunc id perturbationem romanis fecit. His enim (qui prope aderant) viso sanguine perterritis. per omnem fama currente exercitum. relictaq; obsidione plęriq; cum stupore atq; formidine ad ducem belli cucurrebant: & ante oẽs titus aderat metuens patri. Vnde contigit vt & beniuolentia circa rectorem & filij perturbatio cõ funderet multitudinem. Facile tunc pater & timore filium: & perturbatione liberauit exercitum. Superato enim dolore vulneris & ab omnibus qui sui causa pertimuerunt conspici studens bellum in iudeos seuius incitauit. Nã velut vltor quisq; imperatoris omne periculum adire cupiebat & clamore alius alium adhorantes murum petebant. Iosephus autem cum socijs/licet assiduis balistarũ itemq; tormentorum ictibus caderent nequaq̃ tamen deterebantur a muro. Sed & flammis & ferro & saxis eos appetebant qui arietem protecti palmis impellerent. Nichil autem aut parum proficiebant. cum sine intermissione procumberent in conspectu hostium positi. quos ipsi cõtra videre non possẽt. Nã & suis ignibus collucentes/tanq̃ si dies esset/certum erat hostibus signum/quo tela dirigerẽt/machinisq; procul non apparentibus missilia cauere non poterant. Ergo propterea nõ tam balistarum q̃ iaculorum vi multi simul confringebantur alias transfigebãtur missaq; machinis saxa & murorũ pinas auferebant: & frangebant angulos turrium. Virorum autem nulli tam fortiter constipati erant. vt non vsq; ad extremam aciem saxa magnitudine acviolentia sternerentur. ¶ Sciet aũt aliquis huius machinę vis quantum valeat ex his quę illa nocte cotigerunt. In muro cuiusdam ex circunstantibus Iosepho saxo percussi caput auulsum est: eiusq; ad tercium stadium veluti funda excussa caluaria. inter diu quoq; pregnantis feminę transiecto alias sectovtero ad dimiduum stadiũ infans abactus ẽ. Tãta tormento vis erat. Ergo machinis terribilior erat ipetus. & missiliũ strepitus. Crebro aũt mortui cũ mortuos deijcerent sonabant. & acerbissimus quidẽ intus excitabatur mulierũ clamor alias tumultus extrinse cos autem occumbentium gemitus concrepabat. Totiusq; muri ambitus ad quez pugnabatur sanguine perfluebat. Iamq; ascendi poterat congestione cadauerum. Montibus autem resonantibus multo amplius his horror ex clamoribus ascendebat: nec quicq̃ illi nocti defuit: quod vel auribus vel oculis terrorem posset incutere. ¶ Plurimi quidem pro iotapata decertantes fortiter ceciderunt/ plurimi sauciati sunt & tamen vix circa matutinas vigilias murus assiduis ictibus machinarum cessit. Tumq; illi quidem corporibus atq; armis septi: eam partem/quę deiecta fuerat/priusq̃ romani põtes apponerent munierunt.

Eleazarus iudeus eleuato saxo & dimisso fregit arietẽ sꝫ tãdẽ sagittis fixus.&c.

Duorum fratrũ audacia q super Romãos p̃siliẽtes illos in fugã verterẽt iosephus quoq; igni machinas obruebat.

Ege.li. iij.c. ij.

Ege. li.3. ca. xij.

E.

Vespasianus/ supatovulneris dolore/bellũ i iudeos seuius incitauit.

Repugnatio validissia iudeorũ.

Ege.li.3. ca. xij.

Arietis violẽtia probatur.

Muri ãbitus sãguine pleni & cadaueribus.&c.

F

Maxia i iotapata cedes muroſq; machinarum ictibus corruentes munierunt.

¶ Vespasianus recreato exercitu ipsum mane ad occupandam ciuitatem ordinat: quo cognito Iosephus etiam suum ordinauit. fatigatos & senes versus integrum murum collocans. In collapsa vero parte validissimos/in quibus & ipse fuit/collocauit ipsosq; ad certamen pro patrię tuitione incitat. Vulgus autem ociosum pueri & mulieres: viso Romanorum exercitu/quasi capta ciuitate/vlulatu cõsonuerunt. Sed iosephus mulieres/ne suos effeminarent viros/intra domos incluſit: tacere iussas vnde Iosephi socij præceptorum memores audaciores facti sunt. Iosephus quoq; his rerũ angustijs

A consilio neceſſitatis adhibito:Romanos feruenti oleo deſuper infuſo impugnare iubet:quod ſub armatura fluens corpus exurebat:nec incendij fuga erat.Sed neq; Romanis virtus in aduerſis rebus neq; Iudeis prudentia defuit.Iudei namq; pontiũ Romanorũ tabulata fœno greco decocto profundentes eorum progreſſum deceperunt.Vndeveſpaſianus milites multa in hoc bello mala pepeſſos reuocat quorum non paucis obtruncatis perplures ſuntvulnerati:die xx.menſis Iunij Et tres turres ferro circundatas iaculatoribus & ſagittarijs plenas ſuper aggeres erigi iubet & hij /qui intra erant/ muri defenſionem coacti ſunt deſerere.

¶ Capitulum nonum.

QUane autem Veſpaſianus ad occupandam ciuitatem iam ducebat exercitum ex nocturno labore paululum recreatum idemq; cupiens decõuulſa muri parte alios ꝓpugnatores adducere.equitum quidem fortiſſimos equis diſpoſitos tripharíam collocat. vt tecti armis dirutum latus vndiq; obſiderent:cunctoſq; præ manibus ferrent quod ſi pontes ad mœnerí cœpiſſent:ipſi priores introirent.Poſt illos autem peditesvalidiſſimos ordinauit.Reliquamvero equitum multitudinem ſecundum muri ſpacium per montana loca diſtendit ne quis fugiens excidium ciuitatis lateret Deinde qui hos ſequerentur conſtituit ſagittarios paratas ſagittas habere iuſſos fundibulares quoq; ſimiliter & appoſitis machinis alijs autem integris muri partibus ſcalas applicare ꝓcepit.vt qui eos prohibere tẽtaſſẽt deiectæ partis defenſionem relinquerẽt: cæteri oĩbus ſimul telis oppreſſiviolentia irrumpentium cederent.¶ Ioſephus autem/hoc conſilio cognito/per murum quidem integrum labore fatigatos itemq; ſenes diſpoſuit quaſi ledi non poſſent .In partevero collapſa validum & potentiſſimum quemq; ſenoſq; ante omnesviros in quibus & ipſe fuit:ad picula ſubeũda ſortitus eſt.Hiſq; precepit vt agminum vlulatibus/ne mœtu quaterentur/aures obſtruerent. contra ſagittarumvero multitudinem communiti protegerentur deſuper ſcutis:paulatimq; recederent. donec ſagittarijs pharetras exinanirent.Sivero pontes a romanis apponerentur ipſos proſilire mandauit:atq; hoſtibus perſuaſit & eorum inſtrumentis reſiſtere.Vnũquẽq; vero ita certare debere non quaſi conſeruandam tueretur ſed quaſi perditam iam patriam vindicaret:atq; oculis ſuis proponere mactari ſenes ac liberos coniugeſq; ſuas propemodum ab hoſtibus capi:vimq; futuræ cladis iam

B nũc collectã in auctores eius effũderent.Ita quidẽ invtroq; diſpoſuit.¶ Ciuitatis autem vulgus ocioſum mulieres ac pueri/poſtq̃ oppidũ triplici acievidere circumdatum/nullus enim ad pugnã tranſlatus fuerat a cuſtodijs.ſtrictiſq; gladijs ad partem muri deiectam hoſtes inſtare.armiſq; montana loca omnia deſuper collucere:atq; arabum quendam ſagitrarijs tela ſuggere/tũc extremo vlulatu/qua ſi captavrbe/conſonuerunt:nonvt impendere mala ſed vt adeſſe iam crederes.Quare mulieres Ioſephus/ne miſericordia ſuorum animos effeminarent/intra domos cum interminatione concludit ſilere iuſſas.ipſe ad partem muri quæ ſibi obtigerat tranſiit.Et pontes quidem applicantibus animũ nõ intẽdit ſed cũ ſpeculabatur impetũ ſagittarum.Simul autem ac tubicinesvniuerſorum agminum congregati ſunt.& grauiter infremuit exercitus.Signoq; dato miſſis vndiq; ſagittis obſcurari lux cœpit.Ioſephi ſocij memores præceptorum & aduerſus clamorem obſtructis auribus: & contra ſagittarumvulnera corporibus communitis/cum admouerentur pontium machinæ/ipſi eas curſu/& antecq̃ hoſtes pedem in his ponerent/occupant eoſq; aſcendere nitentes prælio deterrebant varia manuum itemq; animi facinora demonſtrantes:& ne vel in extremis calamitatibus deteriores illi viderentur qui ſine periculo contra ſe fortis eſſe curabat:nec prius a romanis diuellebantur q̃vel caderẽt vel occiderent.Qui Romanis deſilientibus cõfiſtu iam liberi facillime tela dirigebãt.¶ Itaq; iudeis perpetuo dimicantibus cũ nec:vñ mutarent ꝓpugnatores haberet deſeſſis aũt aſſidue ſubſtituerẽt proq; his/quosviolẽtia repuliſſet/alij ſuccederẽt inuicem ſe adhortari latera copulant.protectiq; Romani deſuper longioribus ſcutis in expugnabilis globus effecti ſunt.toraq; acievelut vno corpore repellendo iudeos in muro iam pedem ponebant:cum Ioſephus his rerum anguſtijs conſilio neceſſitatis adhibito/mira eſt enim hominis natura machinis excogitandis cum deſperatione ſtimulatur/ feruenti oleo ſuperfundi milites iubet:ſcutorum coniunctione defenſos.Id aũt iudei multi qui & paratum haberent.& plurimum cito romanis infundunt.ipſis autem lacunis in eos miſſis calore bullientibus.Hæc res ardentium romanorum aciem diſſipauit:& cum dolore ſeuiſſimo deuoluebãtur a mu

C ro.Si quidem facile a vertice ad pedes vſq; ſub armatura oleum per totum corpus fluebat:carnemq; non ſecus ac flamma depaſcebatur quod natuta facile caleſceret: ſeroq; pro ſui pinguedine refrigeſceret.Toracibus autem & galileis illigatis.incendij fuga non erat.Nunc autem ſalientes nunc incuuati dolore de pontibus decidebant:ad ſuos autem contra nitentes tuto recedere non poterant:quoniam facile ab inſequentibus capiebantut.¶ Sed neq; romanisvirtus in rebus aduerſis: nec iudeis prudentia defuit.Romani enim licet oleo perfuſi mirabilia patividerentur:tamen in eos / qui perfu-

Veſpaſianus recreato exercitu ip̃z ad occupandã citatẽ ordiat.

Ioſephus cognito veſpaſiani cõſilio ſuũ ordinat exercitũ fatigatos & ſenes vetſus murũ intergrũ collocãs &c.

Viſo romanorũ exercitu ocioſuz vulgus pueri ac mulieres / quaſi capta vrbe/vlulatu cõſonuerũt ſz ioſephus mulieres/ne ſuos effeminarẽtviros/ intra domos icludit ſilere iuſſas. Iudeorũ audacia & virtus.

Ioſephus feruẽti oleo ſup ifuſo romanos impugnare iubet &c.

Oleũ ſub armatura fluẽstotum corpuſexurebat nec incendij fuga erat.&c.

Romanorũ virtus.

Egeſip. pus.li.3 ca.xij.

Egeſ. li. iij.c.xij.

Iudei romãoruꝫ ꝓgreſſũ decepe rũt pontiũ t abu lata cũ feno greꝯ eo decocto ꝑcũ dentes. &c.

tis fugiendi copia simul per angustias muri patebat. Omnesq; pœne (qui transierāt) perēpti fuissent:
nisi Tytus eis opem tulisset. Dispositis eum per summa viarum sagittarijs & vbi plus erat multitudi
nis astans missilibus hostes abigebat: & cum eo domicius Sabinus vir bonus etiam in illo prędio com
probatus. Durauitq; tam diu sagittis eos prohibens irruere donec omnes milites recesserunt. Roma
ni quidem ita secundo muro potiti, ad extremum pulsi sunt. Oppidanis vero (qui pugnaces erāt) spi
ritus creuit & secundis rebus amentes erant neq; Romanos ausuros esse ad ciuitatem accedere sue
spicantes: neq; se vinci posse si ad prędium processissent. Nam (quia iniqui erant) officiebat eorum sen
tentijs deus & neq; Romanorum vim multo maiorem illa quæ pulsa fuerat superesse cernebāt: neq;
famem tamiamq; serpentem. Adhuc enim malis publicis alebantur: & sanguinem ciuitatis libabant.
Propter bonos autem continebatur exitium & pœnuria victus iam multi defecerant. Populi tamen
interitum sedicioſi pro velamine sui dicebant & solos eos (qui pacem non probarent) saluos esse cu
piebant quiq; viuere contra Romanos optarent contrariam vero multitudinem velut onus quod dā
consumi gratulabantur. Et ita quidem circa suos affecti erant. Romanos autem (q̄ iterum ciuitatem eg.li.v
ingredi conabantur) armati prohibuerunt dissectis muri partibus obiectu corporum permunitis ac p ca. i+
diduum sustinuere fortiter dimicantes.

Rōanorū multi i ciuitate iclusi a Iudeis trucidant oēsq; pem pti fuissent nisi eis Tytus opem tulisset.

Rōania muro pulsi Deus iudeorū qa iniq erant officiebat sñiis neq; piculū i quo erāt poterant cernere &c.

¶ Tytus iterum muro potitus prędia per turres meridiana parte collocauit: qui Iudeorum con
uersionem expectans in conspicuo hostibus loca pecuniam militibus iussit distribui & exercitus ordi
nem armorum quoq; pulchritudinem ostendebat. Et forte sedicioſi ad illam speciem animos mutaſ Ei
sent nisi malorum immanitate (quam in populum commiserāt) veniam a Romanis desperassent. Ty
tus autem diuiso bifariam exercitu templum per Antoniam capere cogitauit in vtraq; parte aggeri
bus eleuatis. Iudei vero Symoniſq; socij & Iohānis atq; Zelotę impediebant. Cęsar itaq; ipsos ad po
nitudinem suadere non cessabat: sed & oratione armis quandoq; efficatiore per Iosephum rogabat
ad pacem. Qui muros vndiq; circuiens vnde posset audiri eos vt vlterius romanis non resistant ob
nixe exorabat dicens naturalem legem potentioribus cedere iubere. Optimumq; ante intollerabilē
mutare sententiam & salutare sequi consilium. Sed illum talia monentem multi conuicijs afficientes
etiam tela in eum iaciebant.

¶ Capitulum duodecimum.

Quinto die po nit in Aege.

QVarto autem die Tytum vehementius aggressum nequaq̃ ferre potuerunt: sed vi co
acti rursum quo antea refugerũt. Ille aũt denuo muro potitus totā quidem septētrio
nalem eius partem statim deposuit: in meridiana vero p turres præsidia collocauit.
¶ Clamq; tertium murum aggredi cogitauit. Videbaſ aũt breuissimi tēporis eius obſi
dio: spaciumq; consiliſ sedicioſis esse dandum: siquid disturbatione secūdi muri aut
famis mœtu dimitterent. Nec enim diutius prędas eis posse sufficere & ipse ocio cō
mode vtebaſ. Nam cum dies aduenisset quo militibus oportebat alimenta distribui in cōspicuo ho E
stibus loco ductis iussit ordinato exercitu pecuniam singulis numerare. Illis aũt prolatis armis ex in
uolucris & vaginis septiq; pcedunt equitibus ornatos equos ducentibus: locaq; suburbana per mul
tum spacium auro argentoq; lucebant. Illo autem spectaculo nichil aut suis iocūdius: aut horribilius
hostibus videbaſ. Spectantibus enim & vetera plena erant mœnia & septrionalis regio. Quin & do
mos refertas intuentibus cerneres nullāq; ciuitatis partē quā non infusa multitudo tegebat. Mœtus
q̄is audaciſſimos cœperat omnem simul exercitum armorumq; pulchritudinem conspiciētes & or
dinationem virorū. Et fortaſſe ad illam speciem sedicioſi animos mutauiſſent nisi malorū immanita eg.li.v
te quę in ppl'm cōmiserant dandā sibi a Rōanis veniā desperassent. Immmēte aũt (si defecissent mor ca.xx.
te supplicij: bello mori p̄stabilius esse ducebāt. p̄ualebat etiā fatū q̄ innocētes cū nocentibus ciuitatē
cū sedicioſis pire decreuerāt. Quatriduo p singulas legiones alimenta cōsecuti sunt. Quinto aũt die
cū oia Tytus faciens nihil Iudeos pacatū cogitare sensiſſet, bifariā diuiso exercitu Antoniam versus
& Iohannis monumentum aggeres inchoauit ista parte superiore ciuitatem capturiri cogitans: & p
Antoniā tēplū. Nāq; hoc nisi cœpiſſet nec oppidū q̄dē tutū erat obtinere. In vtraq; aũt pte duo agge

Tytus expectat Iudeorū cōuersionē & i cōspicuo hostibus loco pecuniā militibus iussit distribui.

q̄ sedicioſi nō sūt mutati hoc fuit ex eorū immanitate q̄ in ppl'm commiserant.

A res erigebantur a singulis agminibus singuli. Et iuxta monumentum quidem operantes a iudeis & g.l.5. Symonis locijs infestantibus prohibebantur: ad Antoniam vero a Iahannis locijs cum multitudine c.14. zelotarum non solum q̄ de loco superiore pugnabant verumetiam q̄ machinis iam vti didicerant. Paulatim enim vsus quotidianus aluit peritiam. Habebant autem baliſtas trecentas & quadraginta tormenta ſaxorum: quibus difficiliorem aggerum extructionem romanis efficiebant. Tytus autem ſibi & ſaluam fore fortunam ſciens & perituram eſſe ciuitatem vna obſidioni vehementer inſtabat nec penitudinem iudeis ſuadere ceſſabat. Cōſiliumq; factis admiſcens & orationem ſepe armis efficacio rem cognoſcens: tam ipſos vt ſeruari aſs ſaluari vellent rogabat tradita ſibi ciuitate quę iam capta vi deretur: quam & Ioſephum allegabat patria lingua verba facturum ſperans eos hominis gentilis mo g.li.5. nitu aliquid remiſſuros. Ita Ioſephus murum circuiens ſimulq; extra téli iactum ſtans vnde exaudiri c.15 poſſet facilius multis orabat vt ſibi ac populo parcerent templo ac patrię neue contra hoc fierent alie nigenis duriores. Romanos enim ſancta reuereri cū quibus nulla ſibi ſocietas eſſet: manuſq; ſuas vſq; ad hoc cohibere. Ipſos vero in his edoctos qui conſeruari poſſent ſponte ad eorum interitum ruere. Quin potius viderent muros concidiſſe firmiores: exciſis vero infirmiorem ſupereſſe. Romanorūq; vires cognoſcerent ſuſtinere non poſſe: hiſq; ſeruire non eſſe nouum neq; in expertum indies. Nam licet pulchrum ſit pro libertate pugnare: tamen id in principio decere fieri. Semel autem ſubditum & qui multo tempore paruiſſet imperio excuti ac malæ mortis cupidum non libertatis amatorem vide ri. Debere autem dedignari dominos humiliores: non in quorum poteſtate ſunt omnia. Nā quid Ro manos effugiſſe: niſi q̄ propter eſtus aut frigora eſſet inutile. Immo vero tranſire ad eos vndiq; fortu nam deumq; per ſingulas nationes ducentum imperium tunc eſſe in Italia. Hanc autem validiſſi mam legem tam feris beſtijs q̄ hominibus eſſe prefinitam potētioribus cedere apud eoſq; eſſe victo riam apud quos robur fuerit armorum. Idcirco etiam maiores eorum quamq; multū & animis & cor poribus & alijs ſubſidijs meliores erant ceſſiſſe Romanis. Quod (niſi deum ſciſſent illis fauere (nunq̄ perpeſſi fuiſſent ipſos vero cōcidentes adhuc reſiſtere cum ex magna parte capta ſit ciuitas: ciues au tem etiam ſi muros integros haberent excidio pariter affecti ſunt. Nec enim lateret romanos q̄ fa mes teneat ciuitatem & modo quidem conſumi populum cōtinuo vero etiam bellatores interituros.

B Nam & ſi Romani deſierint: & ab obſidione ceſſauerint neq; ciuitatem ſtrictis gladijs irruperint: iu deis tamen in expugnabile bellum intus aſſidere q̄ ſingulis horis aleretur niſi forte cōtra fame; quo q; arma caperent ac dimicarent: ſoliq; Clades etiam ſuperarent. His addebat optimum eſſe ante in tollerabilem calamitatem mutare ſententiam dum liceret ſalutare conſilium ſequi. Nec enim antea geſtarum cauſa ſuccenſere Romanos: niſi ad finem vſq; inſolentes ipſi fuiſſent. Natura enim eos eſſe in imperio manſuetos atq; iracundię preferre quod vtile eſt. Vtile autem putare neq; ciuitatem vacuā muris: neq; deſertam habere prouintiam. Idcirco nunc imperatorem velle cum his dexteram iunge re. Nec enim cuiq̄ ſalutem daturum ſi vi coeperit ciuitatem preſertim qui nec extremis ei cladibus ro gati paruerunt. Breui autem murum quoq; tertium captum iri priores qui capti ſunt fidē facere. Quā uis perrumpi tutamina non potuerunt famem pro Romanis pugnaturam. His monētem Ioſephum multi in murum ſtantes vituperabant multi vero conuicijs nonnulli etiam iaculis appetebant.

¶ Ioſephus enim vt eos flecterent antiquorum patrum adducit hiſtorias: eorum diuina reme morans opera abrahę oranti deum intactam vxorem pharao Nechas remiſit. Iſrael quoq; quadrin gentis annis ſeruiuit in ęgipto nec ſe armis defendit: Sed ſemetipſum deo commendauit. Rapta ar cha a philiſtiim dei medio ſine armis eſt reſtituta. Diuina fuit Sennacherib cedes & exercitus centū enim octoginta quinq; milia diuinitus fuerunt occiſa. Septuaginta annis Iſrael in babilone captiuus non armis liberatus eſt. Sed a ſolo deo. Antiqui autem iudei ſine armis deo volente hoſtes ſuperabāt

C Pugnantes vero de ſpe ſemper ceciderunt. Sedechias autem & populus ſuus hieremiam captam iri ciuitatem clamantem non occiderunt. Idcirco vos illis peiores eſtis qui bonorum ſuaſorem queritis interficere. Iſrael ſub Antiocho captiuatus eſt plurimis eorum propter peccata occiſis. Iudei quoq; ex impietate ſua romanis facti ſunt ſubiecti. Herodis tempore ciuitas propter populi peccata capta eſt & direpta: deo inquit humanis viribus ſpretis omnia ſunt committēda: eorum rememorat pecca ta. Fruſtra quoq; iudeos dei auxilium in quem tanta concluſerunt mala dicit ſperare. Neq; enim Ro mani ſimilia ſicut Aſſyrijs malo commiſerunt. Sed quod parentes veſtri ſoluerunt petiuit tributum. Quicq; erga iudeos ſemper liberales cōcedunt eni liberas familias eſſe & poſſeſſiones tenere ſacraſq; leges manere intactas. Ante Tyti aduentum aruerant fontes & aquę vendebātur: nunc autem poſt eius aduentum abundantiſſime profluunt quod prodigium oſtenſum eſt in babilonica captiuitate. Deus enim intuetur occulta qui confeſſis & pœnitantibus eſt placabilis. Eos Ioſephus ad penitentiā hortatur ciuitatis iam dirutę pudore atq; templi pulchritudine. Familiarumq; mouet miſerari bello

Vſus quotidianus alit peritiā. Tytus Iudeos ad pœnitudinē ſuadere nō ceſſabat ſed & oratiōe armis qñq; efficatiore p Ioſephū ad pacē rogauit.

Lex naturalis potētioribus eē dere iubet.

Optimū eſſe ante intollerabilē calamitatē mutare ſniam & ſequi ſalutare conſiliū.

Ioſephum talia monētem indei iniurijs affece tūt &c.

aut fame cito perituraꝝ memini tq; matris coniugis & familię. D

¶ Capitulum tertiumdecimum.

eg.li..3

Iosephus vt eos flecteret ãtiquorũ patrũ adducit hiſtorias. Rememorat diuina antiquoꝝ parẽtũ opera. Abrahę oranti deũ intactãvxorẽ remiſit pharao nechãs.

ILle autem cum manifeſtis eos calamitatibus minime flecteret. ad gentiles tranſiſt hyſtorias o miſeri vociferãs veſtrorum alias virorumq; auxiliatorumq; immemores. armis & manibus cum romanis bellum geritis quaſi quem alium ſic vicerimus. Quando autem non deus omnium conditor iudeorum defenſor eſt (ſi ledantur) Non reſpicietis vnde progreſſi pugnatis: quantumq; auxiliatorem violaſtis. Non recordamini opera diuina parentum atq; hunc ſanctum locum quanta bella nobis aliquando peremit. Ego quidem facta dei narare auribus indignis horeſco ſed tamen audite: vt cognoſcatis nõ ſolum vos Romanis: ſed etiã deo reſiſtere. Nechias alias Nechans qui tunc erat rex ægiptiorum (idẽq; Pharao vocabatur) cum infinita manu deſcẽdit: reginãq; ſaram materni noſtri generis rapuit. Quid igitur eius vir Abraham proauus noſter? Armis credo vltus eſt iniuriam. At quin trecẽtos decem & octo præfectos habebat quorum ſingulis infinita multitudo parebat. An ipſe quidem quieſcere maluit abſente deo? Puras autem manus ad hũc locum tẽdens (quem vos polluiſtis) inuictum ſibi auxiliatorem ad militiam legit. Nonne ſecuta alias ſecũda veſpera incorrupta quidem regina remiſſa eſt ad maritum? Adorans autem (quem vos gentili eede cruentaſtis) ac tremens nocturuis ſomniis egyptius exagitatus aufugit auroq; & argento amantiſſimos dona donauit hebræos. ¶ Dicam tranſlata maioꝝ noſtrorum in ęgyptum domicilia qui cum per annos quadragentos Tyrãnis ac regibus alienis ſubiacerẽt armiſq; ac manibus vlciſci poſſent: ſemetipſos potius deo permiſere. Quis neſcit egyptum repletam omni genere ſerpẽtium omniq; morbo corruptam? Quis terrã inſtructuoſam? Quis Nyli defectionem & continuas decem plagas? Et ad hoc parentes noſtros cum præſidio incruentos & ſine periculo deduci: quos deus ſibi ſacerdotes ducebat. ¶ Sed ab aſſiriis raptam nobis ſanctum congemuit archam paleſtina & dagon ſimul egrum gemuit & tota gens quę rapuerat. Corruptis vero occultis corporum ac per ea viſceribus cum cibo exhauſtis cymbalorum ac tympanorum ſono manibus noxiis reportauerunt ſanctum placationibus expiantes. Deus erat qui hęc parentibus noſtris ſemper amminiſtrabat propterea q; omiſſis armis manibus eius ſe iudicio permiſerunt. ¶ Rex aſſyriorum Sennacheryb (cum totam ducens Aſyam ad hanc vrbem caſtra poſuiſſet) manibus nõ humanis cecidit. Nam ab armis quieſcentes in votis erant. & angelus dei vna nocte infinitum deleuit exercitus Poſteroq; die excitatus aſſyrius cẽtum octoginta quinq; milia reperit mortuorum: atq; ita cum reliquis hebræos inermes nec perſequentes fugiebat. ¶ Scitis etiam in babilone ſeruitium vbi per annos ſeptuaginta populus exulans nõ ante libertatem recepit q̃ dominus etiam donaret qui eos etiam perſecutus eſt. Iterum auxiliatori ſuo ſacerdotum more ſeruiebant. ¶ Breuiter dicam: nullum eſt operepręcium quod armis parentes noſtri perfecerunt aut non ſine armis dona permiſſa poteſtate impetrarunt. Domi autem manentes vt placet at iudici ſuperabant pugnãtes vero ſemper de ſpe deciderunt. Nam vbi rege Babiloniorum oppidum obſidente ſedechias rex noſter contra prędicationem hieremię cum eo congreſſus eſt: tam ipſe captus eſt q̃ cum templo ciuitatem vidit excindi. At quin videte quanto ille rex veſtris ducibus eiuſq; populus vobis erat mediocrior. denig; hieremiam vociferantem inuiſos eſſe eos deo propter delicta quę in eum commiſerant captumirſi autem niſi tra derent ciuitatem neq; rex neq; populus interfecit. Sed vos (vt intus geſta prętermittam) neq; digne poſſim iniquitates veſtras exponere me (qui vobis ſalutem ſuadeam) querimini teliſq; appetitis irati q̃ vos veſtrorũ cõmone facio peccatorum: nec dici ea tolleratis quorum quotidie facta committitis.

eg.li.5. ca.xvj. xvj. ge.c.xij anti.li.j ca.xvj. an.li.ij. ca.8.9. 10.11. ge.ca. 4.6. exo.c.j iij.iiij.iiij ex.c.7. 8.9.10. ege.li.v ca.xvj. j.re.ca. iiij.v.vj vij. an.li.v. c.ix.& li.vj.c.j E iiij.re.c. xviij. xix. An.l.x. cap.j. 4.re.c 24.25 An.l.x. ca. viij. eg.li.5. ca.xvj. j.ma.c. 1.2.3.4 an.l.xij ca.x.xj. xij.

Iſrael ppłs ſub antiocho captiuatus plurimis eorũ ꝓpter peccata occiſis.

¶ Idem tunc fuit (cum Antiocho) qui Epiphanes dictus eſt (obſidente ciuitatem multis modis offenſa diuinitate) maiores noſtri cum armis progreſſi ipſi quidem in pugna perempti: oppidum vero ab hoſtibus direptum eſt ſanctumq; per triennium ſexq; menſes ꝑcenitus deſolatum eſt. Et quid pluribus opus eſt? ¶ Ipſos Romanos quis contra iudeorum gentes ad militiam prouocauit? Nonne indigenarum impietas vnde ſeruire cœpimus? Nonne a ſeditione maiorum quãdo Ariſtoboli & Hyrcani furor. & inter eos cõtentio pompeium intulit ciuitati: & Romanis deus indignos libertate ſubiecit denig; tres menſes obceſſi quãq̃ nihil (quale vos in ſanctũ legeſq;) deliquerãt: & maioribus ab bellum ſubſidijs vtebant ſeſe tradiderunt. Antigoni aũt filij Ariſtoboli neſcimus exitum quo regnũ obtinẽte deus iterũ captiuitate perſequebat populum deliquentẽ? ¶ At herodes quidẽ antipatri filius ſoſiũ & Romanũ adduxit exercitũ. Circũdati vero per tres menſes obſidebant donec capti peccatorũ ſuoꝝ ſupplicia pepẽderũt: direptaq; eſt ab hoſtibus ciuitas. Ita nũq̃ gẽti arma data ſunt oppugnationi vero ſine dubio coheret exidum. Oportet ergo (vt opinor) ſacri lꝯ ci ꝓfeſſores iudiciũ de oĩbus deo ꝑmittere manuſq; tunc hũanas cõtemnere cum a ſupremo ſibi iudice non recedũt Vos aũt quid

Ciuitas tẽpore herodis ꝓpter populi pcã capta eſt & direpta.

an.l.14 ca.xvj. an.l.14 ca.15.& li.xv.c. eg.li.v. ca. xvj

A ex his/quæ legis conditor benedixit)egistis/Quid/quod is execratus est)prętermisistis/ Quantum illos qui cito perierũt impietate superastis/nõ occulta dedignatialias dedignãtes peccata hoc est furta insidias atq; adulterium rapinis cedibusq; certastis nouasq; maleficiorum excogitastis vias. Sctm vero templum factum est omnium receptaculum & indigenarum manibus pollutum est quod romani ex tam longinquo adorabant:multa per legem nostram de suis moribus derogantes Deinde post hęc in quem fuistis impij:hunc auxiliatorem speratis/Valde quidem iusti estis supplices puriscq; manibus adiutorem vestrum rogatis/Talibus rex noster precibus aduersum assyrium supplicauit cũ magnum illum exercitum deus vna nocte prostrauit/Similia vero assyrijs romani committunt:vt etiam similem vltionem speretis/Nam ille quidem(a rege nostro accepta pecunia vt vastitati parceret) ciuitatis neglecto iureiurando ad incendium templi eescendit: Romani autem solemne poscunt tributum quod parentes nostri eorum pensitabant parentibus & si hoc impetrauerint neq; populãtes ciuitatem neq; sancta omnino tangũt.Concedunt autem vobis familias liberas & possessiones vestras tenere:sacras leges saluas manere patiuntur.Insania est profecto sperare deum talem circa iustos fore qualis iniustis apparuit nam præsertim qui statim vlcisci nouerit cũ oportet deniq; assyrios prima nocte qua castra ciuitati admouerant fregit.Quod si & vestram progeniem liberaret.romanos vero pœna dignos iudicaret confestim eis illo tempore sicut assyris irasceretur quo genti manus põpeius attulit:quo post illum Sosius ascendit:quo galileam vespasianus excidit: postremo nunc cum Tytus
eg.ii.5 ciuitati appropinquaret.Sed neq; magnus neq; sosius quicq̃ passi sunt & ciuitatem victoria cœperũt
cap.16 Vespasianus autem ex bello(quod nobiscum gessit)etiam imperium adeptus est.Nam tito quidem etiam fontes nunc vberiores profluunt qui prius vobis aruerant. deniq; ante huius aduentum scitis & syloam & omnes extra ciuitatem fontes adeo defeciſſe vt ad vtrumq; aqua mercaretur.Nunc autẽ ita hostibus nostris largi sunt vt non modo ipsis & iumentis ipsorum sed hortis quoq; sufficiant.deniq; & huius prodigij & ante periculum factum est in excidio ciuitatis quando supra memoratus babilonius rex cum exercitu aduenit:qui & captam ciuitatem incendit & templum. Quamuis(vt opinor)nihil tunc illi(quantumvos impie nunc)comisissent.Itaq; sanctis relictis deum fugisse putauerim hisq; nunc adesse cum quibus geritis bellum.An bonus quidem vir domũ flagitiosam fugiet ac domesticos oderit/deum vero malis vestris inherere arbitramini qui etiã occulta conspicit. & audit om
B nia quę tacentur.Quod autem apud vos tacetur quid ve celatur. quid non etiam planũ inimicis factum est/Iniquitates enim vestrę velut in promptu neminem latent: inq; dies singulos quis peior sit certamen habetis:atq; ita nequiciam & virtutem demonstrare contendentis.Verũtamen est reliqua salutis via si velitis & diuinitas confessis ac penitentibus solet esse placabilis.Arma proiscite. Pudeat vos patrię iam dirutę.Conuertite oculos & aspicite eius(quam proditis)pulchritudinem quale oppidum:quale templum:q̃ multarum gentium munera.Quis hæc in flammas adducit/Quid hęc iã nõ esse desiderat/Et quid est hoc saluum/esse debeat dignius/O duri & lapidibus stolidiores si hęc nõ veris luminibus cernitis:saltem familiarum vestrarum miseremini.Versentur in conspectu cuiusq; fi-
eg.ii.5. lij.coniuges & parentes.quos paulopost aut bellum aut absumpserit.Scio quia vna cum his periclita
cap.16 bitur mihi mater & coniunx & familia non ignobilis.domusq; olim clarissima & fortasse proptera me quisq̃ hęc suadere crediderit.Interficite illos:accipite mercedem salutis vestrę sanguinem meum.Ipe quoq; mori paratus sum.si post me respiscitis.

Rememorat eorũ peccata.

Frustra dei (inquẽ tãta cõmiserũt mala)iudei auxiliũ sperant.

Romanorũ liberalitas erga iudeos.

Notãda stętia.

Asi Tyti aduentũ aquę aruerãt qa & vẽdebant sed post abũdãtissime qđ pdigiũ facti est in captiuitatẽ babilonicam.

Deus intuetur occulta.

Deus cõfessis & penitẽtibus est placabilis.

Monet ad penitentiam.

Hortat miserij familiarũ bello aut fame cito periturarum & meminit mris cõiugis & familię suę.

Additio.

¶ AEGESIPPVS prolixiorem ponit Iosephi orationem videeam cap.xv.&.xvj.& ibi multa commemoranda inuenies.

¶ Seditiosis obstinatis populus ad fugiendum commotus est & venundatis possessionibus solidos propter latrones transglutiebant.& hos humanissime reperiebat quorũ Iohannes & Symon exitum impediebant:quos cum desperatio vrgebat.Maximaq; tunc erat fames nullaq; inueniebantur. frumenta seditiosiq; irrumpentes domos scrutabantur verberantes(si quid reperissent)negantes habendi autem argumento erant miserorum corpora cum ea quę solidis viribus starent abundare cibo
C putarentur.ditiores quoq; totem substantiam vno frumento modio permutabant. Mẽsa nullibi ponebatur sed omnes incoctum cibum diripiebat. Fames super omnes clades & quod reuerẽtia dignũ est in fame negligitur.Matres cibum infantibus ex ore capiebant. Clausas domos ruptis foribus ingrediebantur.& iam contusum cibum ex gutture strangulatis faucibus reuocabant.Nulla erat miseratio:sed pro rapiendis alimentis acerbissimi ex cogitabantur cruciatus horrẽda namq; fames excogitat & patitur diuesq; grauiora patiebant q̃ pauperes.Quemq; Symon expilasset mittebat ad Iohãnem sibiq; populi sanguinem propinabant & vtriusq; scelerũ erat concordia Nulla certe vnq̃ ciuitas tanta perpessa est neq; vlla natio ferociorem habuit maliciam.Sibiq; ipsis maledicentes.conuitia di-

cebant. Ciuitatem ipsi euertentes Romanos hanc victoriam tristem coegerunt habere. D

¶ Capitulum quartumdecimum.

Sedicioſis abſtinatis ppls ad fugiēdū cōmotus eſt & poſſeſſionibus venūdatis ſolidos ꝑpter latrōes trāſglutiebāt & hos Tytus recipiebat humanitus &c.

HEc Ioſepho vociferante cū lachrimis ſedicioſi quidē neq; flexerunt animos neq; eſt: tutam ſibi murationem fore iudicauerunt. Populus vero ad ꝓfugiendum commotus Et alij quidē (poſſeſſionibus aliiſq; rebus clariſſimis exiguo p̄cio venūdatis) ſolisdo quidē (ne latronos deprehenderunt) tranſglutiebant. Cum vero ac Romanos elapſi fuiſſent. exonerato vētre habebāt vſui neceſſaria. Tytus autem plęroſq; ꝑ agros quo vellet quiſq; pergere dimittebat. Idq; magis eos ad profugium hortabatur: ꝙ inteſtinis malis carebant. Romanis nō ſeruire. ¶ Iohannes autem & Symon cū ſocijs (ne his magis pateret exitus. q̄ ve Romanis (aditus obſtruebāt. & qui vel vmbram ſuſpicionis dediſſe continuo necabatur. Ditioribus quidem etiam manere ſicut ꝓfugere per cauſa erat pereundi. Nam quaſi tranſfugere voluiſſet ꝓpter patrimonū quiſq; occidebatur. ¶ Cum fame autem creſcebat deſperatio ſeditioſorū & in dies ſingulos vtrūq; malum amplius accendebaſ. Et ꝑ palam quidem nulla erant frumenta irrūpentes autem ſcrutabant domos & ſiquidem reperiſſent aliquid eos (qui negauerāt) verberabāt. Si vero nihil inueniſſent quaſi diligentius celauiſſent tormentis itidem afficiebant. Habendi autem argumēto erant corpora miſerorum cū ea quę ſolidis viribus ſtarens abundare cibo putarentur. Rabidi autē iam tranſiebant nec rationis eſſe videbaſ ſtatim fame morituros occidere. Multi vero ſuam ſubſtantiam clam vno frumenti modio qui ditiores eſſent itemq; pauperes ordei permutarunt. Incluſę deinde intimis aditum tectis ſumma quidem pœnuria infectum triticum comedebant panem alij conficiebāt vt neceſſitas mœtuſve monuiſſet. Et menſa quidem nuſq̄ apponebaſ ſed incoctum cibū igni ſubtrahentes diripiebant. Miſerabilis autem erat victus dignumq; lachrimis ſpectaculum cum potētiores quidem plus haberent: infirmiores autem iniuriam deplorarent quippe cum fames ſuper omnes clades haberet. Nichil enim ſic perdit hominem vt pudor. Nam quicquid reuerētia dignum eſt: in fame negligitur. Deniq; vxores viris & filij parentibus & (quod eſt miſerrimum) matres cibum infantibus ex ipſo ore rapiebant & inatceſcētibus clariſſimis nemo parcebat: quin vitę guttas auferret. Edentes vero talia non latebant ſed vbiq; aderant qui iſta diriperent. Nam ſicubi clauſam domum vidiſſent eos qui erant intus cibum capere hoc ſuſpicabant indicio. Statimq; ruptis foribus irruebāt B victumq; iam contuſum dentibus ex gutture pœne reuocabant ipſis faucibus ſtrangulatis. Pulſabantur autem ſenes ne cibum defenderent lacerabantur mulieres ea quę haberent in manibus occultātes nullaq; miſeratione vel cani capitis vel infantię ſed abſtractos pueros & ex buccella pendētes humo allidebant. Siquis autem incurrentes anteueniſſet quodq; rapturi fuerint deuoraſſet: tanq̄ eſſent leſi cruētiores erant acerbiſſimos autem cruciatus excogitabāt dummodo alimenta reperirēt nuc obſtruentes genitalium vias nunc virgis acutis pondices tranſfigendo. Horrendaq; etiam auditu quis pacieba in vnius panis confeſſionem & vt pugnum vnum farinę abditum indicaret. Tortores autē nec eſuriebant. Minus enim crudele videreſ. quod neceſſitas ſperaret. Exercentes autem demētiam ſuam ſexq; dierum ſibi viatica pręparentes. Hiſq; occurrentis qui per romanorum cuſtodias agreſtis oleris herbarumq; gratia colligendarum nocte reperiſſent. Cum iam ſe hoſtes euaſiſſe credebāt: quæ attuliſſent eripiebant. Multumq; ſupplicantibus & horribile dei nomen implorantibus: vt aliquā partem ſibi concederent eorum quæ cum periculo ſibi colligiſſent: nihil pœnitus dabāt. Gratumq; videbatur ſi ſpoliati non perirent. Hęc quidem humiliores a ſatellitibus patiebantur honorari vero ac diuites ad Tyrannos perducebātur. Quorum alij inſidiarum falſo accuſati occidebantur: alijq; Romanis proderent ciuitatem. Et plęrumq; delator ſubornatus: aiebat ꝙ fugere voluiſſent. Si vero quē Symon expilaſſet ad Iohannem remittebatur: & quem Iohannes ſpoliaſſet eū Symon excipiebat ſibiq; inuicem propinabant ſanguinem popularium: miſerorumq; cadauera parciebantur. Et dominandi F quidem cauſa erat in vtrumq; diſſenſio: ſcelerum vero cōcordia. Nam qui ex alienis malis partem alteri ſibi totum vindicans non dediſſet nequiſſimus videbatur. Et qui non accepiſſet velut boni alicuius damno dolebat: ꝙ crudelitas parte caruiſſet. ¶ Sigillatim quidem iniquitates eorū non potero explanere. Vt hoc breuiter dicam. neq; aliam ciuitatem vnq̄ talia perpeſſam eſſe puto: neq; vllam nationem poſt hominum memoriam malicia ferociorem fuiſſe. Poſtremo etiam genti hebræorum maledicebant vt minus impij viderentur in alienos. Verumtamen ꝙ erant & ſeruos ſe, & conuenas & de generis gētis obortionis eſſe cōfeſſi ſunt. ¶ Deniq; ciuitatē ipſi euerterūt: & Romanos inuitos hāc triſtem admittere victoriam coegerunt. tardiuſq; venientem in templum ignē pœne traxerunt. Deniq; cum hi ſuperiorem ciuitatem ardere vidiſſent neq; doluerunt neq; illachrimauerunt: ſed apud Romanos qui hæc paterentur inuenti ſunt. Verum quę per territorium geſta ſunt poſtea, cum rerum documentis dicemus.

Miſeri corpora valida habētes abundare cibo putabant.

Menſa nullibi ponebant ſed bēs incoctū cibū diripiebāt.

Matres cibū infantibus ex ore rapiebāt &c.

Clauſas domos ruptis foribus ingrediebāt & iā cōtuſam cibum ex gutture ſtrāgulatis fauci bus reuocabāt. &c.

Horrēda fames excogitabat & pacieba &c.

Diuites grauiora patiebant q̄ pauperes.

Nulla vnq̄ ciuitas tāta ꝑpeſſa eſt neq; vlla natio ferociorē vnq̄ habuit maliciam.

Fames dira.

eg. li. 5. ca. 17.

eg. li. 5 ca. 17

eg. li. 5. cap. 18.

eg. li. 5 ca. 18.

eg. li. v ca. 16.

eg. li. v ca. 18.

A ¶Tytus exeuntibus ad alimenta iussit tendi insidias fames vero ad exeundū reddebat audacio
res. Romani autem (cum iudeos mortem videbant contēnere) supplicioꝝ angebant genera & om
nes captos post verba crucifigebant. vnde crucibus spacio deficiente & corporibus cruci minime
ꝓpter captiuorum multitudinem sufficiebant. Sed neq; ea clade mouebanť. Iudei autē ab hostibus
illatam famis comparatione estimabat requiem multos insuper captiuorum. Tytus incisis manibus
ad Symonem & Iohannem (vt eos ad deditionem commoueret) remittebat. Sed ipsi Cæsari maledi
centes mortem seruituti prefere clamabant. ¶Antiochus itaq; (quem Aege. Commageni filium vo
cat) miratus ꝙ Romani muros non ascendant qui (ridente Tyto & laborem dicente communē) cum
macedonibus in murum impetum fecit: & multis ex suis interfectis alij sauciati recesserunt.

¶Capitulum quintumdecimum.

eg.li.5. cap.18 TYto autem aggeris quidem proficiebant: quamuis a muro male milites afficerentur. Parte
vero equitatus directa iussit per valles ad alimenta comportanda exeuntibus insidias ten
di. Erant autem in his nonnulli etiam pugnatores. quibus iam minime præda sufficeret.
Maior vero pars pauperes ex populo quos ꝓfugere deterrebat ꝙ affectibus suis mœtus.
Nec clam enim seditiosis posse fieri sperabant vt cum coniugibus ac liberis diffugerent. eosq; latroni
bus relinquere non patiebātur vice sua iugulandos. Audaciores autem faciebat ad exeundū fames:
restabat iam latitantes egredi & ad hostibus capi. Deprehensi autem necessitate repugnabāt mœtu
eg.li.5 cap.18 supplicij incōgruumq; videbanť supplicare. Post pugnam itaq; verberati & ante mortem modis om
nibus excruciati. contra murum cruci suffigebantur. Tyto quidem miserabilis videbatur ista calami
tas: cum indies singulos quingenti. nōnumq̄ etiam plures caperentur. sed neq; captos dimittere tutū
erat. Tātamq; asseruare multitudinem custodum videbatur esse custodiam. Maxime vero propterea
non prohibuit Tytus eos existimans eo facile remissuros tanq̄ similia passuros nisi se dedissent. Mili
tes autem diuersis modis suffigebant. ira & odio & ludibrij causa: & propter multitudinem quam cœ
pissent etiamq; spacium crucibus deerat. & corporibus cruces. Sedicioſis vero tātum defuit vt ea cla
B de mouerentur quod eius & in contrarium cessit ad deterrendam reliquam multitudinem. Transfu
garum enim familiaribus ad murum tractis & (si qui erant popularium) proniores ad pacem: & quæ
paterentur (qui ad Romanos confugerant) demonstrabant & qui comprehensi tenebātur eos suppli
eg.li.5 cap.18 ces non captiuos esse ducebant. Ea res multos profugere cupientium (donec verum cognosceretur)
inhibuit. Fuerunt autem qui statim dilapsi sunt velut ad certum supplicium properantes. Illata enī
ab hostibus mortem comparatione famis requiem esse ducebāt. ¶Multis autem captiuorum Tytus
etiam manus abscidi iussit: eosq; ad Iohannem & Symonem intromisit: vt propter calamitatem nec
viderenť profugi nec crederenť: saltē nunc desinerent ammonēsne ve cōpellerent ad excidiū ciuita
tis sed lucrarenť in extremis voluntate mutata & propinas animas & patriam tātam & tēplum cuius
participem non habebant. Simul autem aggeres circuīdo operantes vrgebat: veluti faciens verba
non multo post secutura. Ad hęc in muro stantes & ipsi Cęsari & patri eius maledicebant: mortemq;
se contemnere clamabant. eamq; seruituti recte pręferre. Multi vero mala in Romanos facere dum
se sperare potuerint: nec patriam curare nec templum vt ipse diceret perituros mundumq; deo tem
plum hoc melius esse saluatumq; iri hunc abesse qui incoleret quem ipsi quoq; auxiliatorem haben
tes omnibus interminationibus illusores eos quibus facta nō aderentur finem enim dei esse talia cō
eg.li.v ca.xix. uicijs admiscentes vociferabantur. ¶Et inter hæc antiochus quoq; aderat epiphanes multos alios
armatos secum ducens & pręterea caterua stipatus (qui macedones appellabantur) omnes etate pa
C res & paulo magis proceres adolescentuli more macedonum instructi armis & eruditi: vnde etiā no
men habebant. Plerisq; tamen famam gentis æquare non poterant. Omnium enim regum (qui roma
nis subiecti erant) fœlicissimum commagenum fieri contigit. priusq̄ fortuna mutaretur. Ostendit au
tem ille quoq; i senecta etate: nullum ante mortem beatum dici oportere Cęterum filius eius (adhuc
eo tūc vigente) pręsens: se mirari aiebat quid nam ellet ꝙ romanos adire muros pigeret. Erat enī bel
lator naturaq; promptissimus: tantusq; viribus vt non multum peccaret audacia. Cum vero tytus ad
hoc subrisisset laboremq; communem esse dixisset. sicut erat antiochus cum macedonibus in murum
impetum fecit. Et ipse quidem pro viribus suis ac peritia cauebat tela iudeorum sagittis eos appetēs
adolescentuli autem omnes præter paucos attriti sunt. Nam pudore promissionis diutius pugna cer
tabant & ad extremum multi sauciꝭ recesserunt: hoc reputantes ꝙ etiam viris macedonibus vincere
eg.li.v ca.xx. cupientibus fortuna esset opus Alexandri: Romanis autem duodecimo die mensis maij aggeres in
choati. vix nono & vicesimo perfecti sunt cum totos dies septem laborassent: ingentes enim quatuor
iacti sunt & vnus quidem (qui erat ad antoniam) a quintadecima legione fuerat extructus cōtra me
dium stagnum quod struchyum vocatur alter vero a duodecima viginti cubitis distans. Decima ve

Tytus exeunti
bus ad alimēta
tendi iussit insi
dias.

Fames ad exeū
dē faciebāt au
daciores.

Rōani (iudeos
qa mortis cōtē
ptores vidsbāt)
supplicioꝝ au
gebāt genera &
oēs captos post
verba crucifi
gebāt vñq; cruci
bus spacio defi
ciēte & corpori
bus nō sufficiē
tibus crucibus
ꝓpter captorū
multitudinem.
Tytus captiuo
rū multos icisis
manibus ad Sy
monē & Iohan
nē (vt eos ad de
ditionē cōmo
ueret) misit sed
cęsari maledicē
tes mortē serui
tuti p̄ferre cla
mabāt &c.

Nullus añ mor
tē beatus.

Tyto ridente &
laborē cōmunē
dicente Antio
chus cū mace
donibus i murū
ipetū fecit & mꝝ
tis ex suis iterfe
ctis alij sauciꝭ re
cesserunt.

ro legio quę ſupra memoratis præſtabat in ſeptentrionali parte opus erexerat vbi ſtagnum eſt quod appellatur amygdalon Aduc autem quintadecima legio triginta deſcendentem cubitis aggerem fecit:ad potificis monumentum. D

¶ Iohānes ſeditionum princeps ignem per cuniculos appoſito: Romanorum diruit aggeres quorum ſpes repentini caſus timore refrixit. Symon quoq; alios aggeres:aggrediens cum ſocijs ſuis Romanorum incendit machinas. Tūc tamē amborum iudeorum ſcilicet:& Romanorum maximus fuit conflictus. Et Romanis deſperatisa d caſtra diſcedentibus iudei magis inſtabant ſibi ex ciuitate aduenientibus adiumentis:& ad Romanorum caſtra cum cuſtodijs dimicaturi properauerūt & ea obſiderunt. Sanctio enim apud Romanos eſt pro caſtrorum cuſtodijs ne qualibet ex cauſa a caſtris recedant. Tytus autem(militibus)quia obſeſſorum patefentur fortunam qui prius hoſtium muros obſiderent(increpatis)hoſtes a latere cum militibus circūuenit:& ita puluis oculo & clamor aures exuperabat vt(mixta acie)amicus ab inimico minime diſcerni potuiſſet. Romani tamen Cęſaris preſentia fortiores totam iudeorum multitudinem(niſi ſe in ciuitatem recepiſſet)exterminauiſſent ipſi vero ſolutis machinis captum iri ciuitatem deſperabāt: & varium ſuper hoc deliberatur conſilium quibuſdam milite muros aggrediendos dicentibus:quibuſdam nouos aggeres conſtruendos alijs vero q; ſit famei relinquenda videbatur. Tytus vero(quoniam temporis longitudo(inquit)ſępe victoriæ gloriam diminuit)ciuitatem omni celeritate:& cautione muro vndiq; cingi ordinauit & omnes claudi exitus dicens magnum opus ſine labore perfici non poſſe.

¶ Capitulum ſextumdecimum.

Iohēs ſeditionū pricepsigne p cuniculos appoſito aggeres diruit.

IAm vero admotis aggeribus Iohānes ſuffoſſa intus terra vſq; ad aggeres Antoniam verſus: diſpoſitis per cuniculum ſudibus opera ſuſpendit: illataq; ſilua pice ac bitumine oblita ignem immittit. Succenſis autem fulcimetis foſſa repēte ſubſedit: cumq; magno ſonitu in ea aggeres deciderūt. At primo quidem cum puluere fumus ex alto excitatus eſt cum ignem ruina cōcluderet. Pereſa vero materia qua præmebatur: flamma iam clarior apparebat. At Romanos repētini quidem facti ſtupor occupat: molitionem vero iudeorū ęgre ferebant:iamq; ſe viciſſe credentium & ſpes eorum caſſa refrixit:& in poſterū ſubuenire aduerſus ignem minus vtile videbat:etiā ſi eſſet extinctus ſemel aggeribus deuoratis. eg.li. 5 ca.xx.

Romani aggeribus igne diruptis timore repentini i caſus ſpes eorū refrixit &c.

¶ Biduo vero poſt etiā alios aggeres Symon cū ſocijs aggreditur(Illa enim parte Romani admotis arietibus iam concutere murum cœperant)Tepheus autem qui dum ex garſi ortus ciuitate galileę. & Megaſſarius alias Megaſſarus ex regalibus famulis alias familijs mariamnes cumq; his adiabenus quidā filius nabatei nomen habens ex fortuna Egyras(cuius eſt ieterpretatio claudus) raptis facibus in machinas euolarunt. Hiſq; viris neq; audaciores in illo bello ex ea ciuitate apparuerūt neq; magis horrendi. Nam velut in amicos(non vt in agmen hoſtiū excurrerent)nihil cunctati ſunt. aut ſuſtiterunt:ſed per medios inimicos facto impetu machinas incenderunt. Acti autem miſſibus. & gladijs vndiq; truci non prius a periculo demoti ſunt q̄ ignis inſtrumenta corriperet. Sublata vero iam flamma. Romani quidem concurrentes e caſtris auxilio properabant. Iudei vero ex muro eos prohibebant manuſq; cum his concerebant qui flammas conarentur extinguere:propriſs corporibus nullo modo parcentes. Et illi quidem arietes igni ſubtrahere cū eorum tegmina cremarentur. iudei vero etiam pflammas eos retinere certabant. & quāuis feruens nati eſſent ferrū tamen arietes nō amiſere. Hinc aūt in aggeres flamma tranſijt. & auxiliantes pręueniebat incēdium. ¶ Itaq; Romani flammā circumdati(quoniam ſeruari poſſe opera deſperauerūt)in caſtra diſcedūt. Iudei vero magis inſtabāt cū ſemper eoꝝ creſceret numerus ex ciuitate accedentibus adiumentis minuſq; cautos haberent impetus fœti victoria Progreſſi aūt vſq; ad munimenta caſtrorum cum eorū cuſtodibus p̄lio dimicabant. Eſt ergo quędā pro caſtris p vices ſtantium armatorum & acerbiſſima in eos romanorum ſanctio vt(qui loco de qualibet cauſa ceſſiſſet)occideretur. Hi penali exitio glorioſa morte p̄lata ſteterūt fortiter:eorumq; neceſſitate ſimul ac pudore plurimi fugientium redierūt. Baliſtiſq; in muro diſpoſitis ex ciuitate accedentem multitudinem prohibebāt nichil pro cautione ſiue tutamine ſuorum corporum ꝓuidentem. Nam quoſcumq; obuios habuiſſent cum his congrediebantur iudei & in ſpicula irruentes in caute ipſis corporibus inimicos feriebant. Sed neq; hi actis magis q̄ fiducia ſuperabāt Et romani plus audacię q̄ q; male tractarentur cedebant. ¶ Iamvero Tytus aderat ab antonia(quo ſeceſſerat)locum aliſs aggeribus proſpiciens multumq; increpatis militibus ſi cū hoſtium muros obtinebant in ſuis periclitarentur & velut ex carcere cōtra ſe dimiſſis iudeis obſeſſorum paterētur ipſi fortunam:ipſe cum electis militibus hoſtes a latere circumuenit. Illi autem cum in ora ferirentur contra eum conuerſi durabant. Mixta vero acie:puluis:quidem lumina:clamor vero aures exuperabant. Neq; autem amicum quiſq̄ inter cognoſcere poterat aut inimicum; Iudeis autem non tā viriū fidu- eg.li.v ca.xx. F eg.li.v ca.xx.

Congreſſus iudeorū rōanorū maximus. Rōanis deſperatis ad caſtra diſcedētibus iudei magis inſtabat ſibi ex ciuitate accedentibus adiumētis & ad Romanorū caſtra cū cuſtodijs ꝓperarunt dimicaturi quę obſederūt &c.

A cia.quantum ſalutis deſperatione perſeuerantibus.etiam romanos pudor animorũ & glorię:& p̃ſen-
tia periclitantis cęſaris reddidit fortiores. Itaq; putauere eos ad extremum nimia fœrocitate animorũ
vel totam multitudinem iudeorum fuiſſe rapturos.niſi pręuento pugnę momento in ciuitatem ſe re
cepiſſent. Corruptis aggeribus romani ſomnio tenebantur quia labore iam magnum alias longum
vna hora perdiderunt & multi quidem ſolutis machinis captumiri ciuitatem iam deſperabãt. ¶ Ty- Conſiliũ varium
eg.li.5. tus vero cum ducibus quid fieret deliberabat. Et cauidioribus quidem placebat omni admoto mi- qd agendũ in ag
cap.21 tevi muros experiri. Vſq; adhuc eni iudeos cũ exercitus pte dimicaſſe.vniuerſi vero militis impetum grediendi muri
minime poſſe tolerare.verum ſagittis eſſe obruendos. Prudentiores rurſus aggeres fieri ſuadebant. milite an agge-
Alij & ſine aggeribus obſid[illegible] eorum tantummodo obſeruantes (ac ne victus (intro ferretur) res cõſtruẽdi an
monebant:& ciuitatem fame relinquere:neq; cum hoſte manu confligere. nec enim expugnari eorũ ciuitas famei ſit
confidentiam poſſe (quibus optatum eſt ferro procumbere) vel etiam ſine hoc interficere:quę ſenior relinquenda.
eg.li.5 eſt cupiditas. Ipſi autem Tyto cęſari quidem prorſus ociari tanto cum exercitu honeſtum non vide- Opinio tyti de
cap.21 batur:& pugnare cum his ſuperuacuum (qui ſemetipſos perdituri eſſent) Aggeres autem facere ope- mon capiẽdi ci
roſum iudicabat impendioꝝ penuria:egreſſus vero obſeruari ciuitatis operoſſus. Nec enim circũda uitatem.
ri eam propter magnitudinẽ locorumq; difficultatem ab exercitu poſſe:& pręterea ad excurſus in-
cautum contra manifeſtam vero obſeruationem occultas vias cogitaturos iudeos: tã neceſſitate q̃ lo-
corum ſcientia. Siquid autem clam eſſet allatum:diutius obſidionem trahendam. Verendumq; ne vi Lõgitudo tpis
ctorię gloriam diminuat temporis longitudo. Hanc enim cuncta quidem effici poſſe ſed celeritatem ſæpe victoriæ
ante gloriam duci debere. Tamen ſi cautione vti vellet & celeritate totam muro cingere ciuitatem. gl'iaꝝ diminuit.
Hoc enim modo omnes exitus poſſe precludi:& iudeos aut omnibus modis ſalute deſperata ciuita- Magnũ opus ſi
tem tradituros:aut fame victos facillime eſſe capiendos. Aliter enim non poſſe ſe quieſcere. Verum ne labore pfice
& aggeres curaturum eſſe cum infirmiores habeat qui prohibent. Quod ſi cuiq; magnum opus & re poteſt nemo
inextricabile videat eum conſiderare debere q̃ neq; paruum opus romanos deceret facere & ſine la
bore magnum quid perficere ne deo quidem facile ſit.

B ¶ Romani milites (iubente Tyto exercitum in opera diſtribui) omnis ciuitatis ambitũ inter
ſe partiti placere ordinate properabant:& murum circa ciuitatem cum caſtellis triduo (quod propter
celeritatem fide videtur carere) compleuerunt & cuſtodibus per caſtella collocatis vigilias ordinauit:
& vigiles inter ſe ſomnos ſortiebantur. Salutis autem cum exeundi facultate iudeis ablata eſt & cun
cta iam fames totas domos ac familias deuaſtabat. vbiq; em̃ fame moriebant. Multi mortuos ſepeli
entes ſup illos moriebãtur. multiq; viui ad ſepulchra properabant: latrones aũt mortuoꝝ detrahẽtes
cum riſu egrediebantur:& gladios ſuos in adhuc ſpirantes experiendi gratia tranſuerberabant/mor-
tuorumq; plurima cadauera per muros pręcipitabant:quę videns Tytus ingemuit deumq; teſtatus ẽ:
hoc factum ſuum non eſſe. Romani inſuper ſeditioſos fame ſcientes cruciari lętabantur eis frumento
rum copias oſtendebant ſua ſacietate eorum famem incendentes. Tytus vero reliquias populi & qđ
ſupereſt ſaluare cupiens nouos aggeres cõſtruebat:& miſeratus eos ad deditionem incitabat ſi eis
perierat pœnitudo qui etiam mortuam plebem quaſi canes lacerabant. Symon aũt Mathiã ex põti
ficibus vnũ pp'o fidelem cũ tribus filijs (quartus enim iam fugerat) peremit. Hinc em̃ crudelis Symõ
rogãti vt ante filios occideretur negauit ſed nouiſſimũ interfici iuſſit ſepulturamq; ſibi renuit.

¶ Capitulum ſeptimumdecimum.

eg.li.5. His dictis duces hortatus.iubet eos exercitũ in opera diſtribuere. Diuinus aũt quidam Tyto exercitus
cap.21. impetus militibus incidit. ambitũq; partiti nõ ſolũ rectores inter ſeverũ ipſi etiam or- in opa diſtribui
C dines & miles quidẽ decadarcho: decadarchus autem etacontarcho: iſq; chyliarcho iubẽte ois ãbitũ
placere ꝓperabat. Chyliarchoꝝ vero oſtentatio ad ducesvſq; pertinebat: ducũ vero ptiti placere ꝓ-
certamina cęſar ipſe dijudicabat. Indies em̃ ſingulos circuiens opus ſepiſſime iſpicie pabãt ordiate &
bat. Cœptũ em̃ a caſtris aſſirioꝝ vbi ipe tẽdebat: ad inferiorẽ ſcenopoli murũ duxit. murũ circa cita
Hinc p cedronẽ ad oliuarũ montẽ reuertens a meridie montẽ cõplecturvſq; ad ſaxum (quod pery- tẽ cũ caſtellis tri
ſterconos vocaꝫ) eiq; proximũ collem qui ſupervallem iminet ſyloam & inde ad occidentẽ flexo edi- duo cõpleuerũt
cio advallem fontis deſcẽdit. Hinc ſubiens ad anani põtificis monumentum circumdato monte vbi
caſtra pompeius habuerat: ad ſeptentrionalem redit regionem. Cumq; proceſſiſſet ad vici partẽ (cui
nomen eſt erebynthonicus) puſillum hęrodis monimentum ab oriente clauſum caſtris ſuis coniun-
xit: vnde cœperat. Murus quidem vno minus quadraginta ſtadijs erat. Adhuc autem foris caſtella
tridecim edificata ſunt: eorumq; ſytus denis ſtadijs numerabatur. Totum autem triduo opus con-
ſtructum eſt: vt id quidem dignum menſibus videretur: celeritas vero fide careret. ¶ Muro circum-
cluſa ciuitate per caſtella cuſtodibus collatis primam quidem vigiliam noctis ipſe circuiens explora cuſtodibus p ea
bat. Secundam vero alexandro permiſerat. Tertiamq; obtigit agrippinum ducibus ſomnos autem vi- ſtella collocatis

vigilias ordinauit & vigiles sõnos inter se sortiebantur.

Multi mortuos sepeliẽtes sup illos moriebãt & multi viui ad sepulchra properabant. &c.

Mortuoꝝ cadauera ex muro ꝓiecta i valles Tytus videns ingemuit deũ testatus factum illũ non esse suum.

Tytus reliquias ppli miseratus & qđ supest ꝓperabat liberare cõstruẽdo nouos aggeres maximo cũ labore & icitando eos ad deditionem

sed illis pœnitudo pierat q etiã mortuam plebẽ quasi canem lacerabant. &c.

Ananias ponti fex occidit & cũ his quindecim clariores. Additio.

giles inter se sortiabantur totaq; nocte per castellorum spacia circuibant. ¶ Iudeis autem cum exeũdi facultate omnis etiam spes salutis adempta est. Cũctaq; iã fames totas domos ac familias depascebatur. Et tectaq; quidem plena erant mulieribus exanimatis atq; infantibus viarum angusta senibus mortuis: Adolescentes autem autvirgines turgidivelut vmbrę mortuorum per publicumvoluta bant & vbi (quẽ casus occupauerat) decidebant. Sepelire autem funera sua neq; poterant prę laboreq; & eos quibus aliqua vis supererat pigebant & ꝓpter multitudinẽ mortuorũ: & q; de ipsis erat incertũ. Deniq; sup eos quos sepelierant multi moriebantur: multi autem ad sepulchra (priusq; fati dies veniret) & viui properabant. Neq; luctus in illis calamitatibus neq; fletus erat: sed fame superabant affectus. Siccis aũt oculis & corruptis oribus qui tardius moreretur eos qui ante se requiescere tuebantur. Altum vero silentium ciuitatem plenãq; mortuis nox comprehenderat & latrones his acerbiores. Domus enim tantum sepulchra erant. & cadauera spoliabant. velaminaq; corporibus detrahẽtes cum risu egrediebantur. Hisq; gladiorum mucrones propinabant: nonnullosq; iacentium adhuc spirantes ferro experiẽdi causa transuerberabant. Si quis autem manum rogasset aut ferrum sibi commodari (quo famem euaderet) superbissime negligebatur. Animas vero efflantium quisq; in mortẽplũ obrutibus intuebatur cũ viuos relinqueret sedicioſos. Illi autẽ primo quidẽ sumptu publico subebant mortuos sepeliri: cũ odorẽ ferre non possent. Deinde q; non sufficiebant in valles eos ex muro ꝓcipitabant. Quas circuiẽs tytus. vbi plenas cadauerũ vidit altãq; saniẽ tabefactis corporibus defluentẽ ingemuit & extẽsis manibus deũ testabatur factũ illud suũ nõ esse. Ciuitas quidẽ ita erat affecta. ¶ Rõanivero (cũ nemo tã seditioſorũ auderet excurrere nã etiã mœror eos fameq; tãgebat) dies letos agebãt frumẽti aliarũq; rerũ necessariarũ hñtes copiã de syria ꝓximisq; ꝓuicijs. Multi autẽ iuxta murum astantes magnamq; alimentorum abundantiam demonstrantes facietate sui famẽ hostium incendebant. Seditioſis autem nichilo magis calamitate cedẽtibus Tytus reliquias populi miseratus & properans saltem hoc liberare quod supereſt iterum aggeres inchoabat: quamuis difficulter materiam reperiret. Omnes enim ciuitati proximas siluas opera prima consumpserant. Ex nona gesimovero stadio milites alias congerebant ad antoniã: & ex quattuor partibus maiores prioribus aggeres struebantur. Cęsar autem agmina circuiens atq; opus vrgens (q; in manibus eos haberet) latronibus ostendebat. Sed illis pœnitudo plane perierat. & animis a corporibus seꝑarati. vtrisq; velut alienis vtebantur. Nec enim vel animas affectio mansueta: vel corpora dolor tangebat. Qui etiã mortuam plebem quasi canes lacerabant: replebantq; languentibus carcerem. ¶ Deniq; Symon Mathiã quidem (per quem obtinuerat ciuitatem) in crucium peremit. Boethi filius erat ex pontificibus populo maxime fidelis & carus Is (cum a zelotis male populus tractaretur) quibus iam Iohannes acceſeratvt adiutorem symonem reciperet populo persuasit. nulla cum eo prius habita pactione aut male aliquid metuens Ingressas autem ille (postq; obtinuit ciuitatem) inimicum eum æq; vt alios esse dicebat. qui pro se consilium dederatvelut hoc simplicitate suasisset. Productum enim & accusatum q; cum romanis sentiret morte damnauit ne purgationis quidem facultate ei concessa cum tribus filijs suis. Quartus enim ad Tytum ante profugerat. Prius autem se occidi q̃ filios obsecrantem: atq; hanc pro illa q; ei ciuitatem aperuisset gratiam postulantem: vt augeret eius dolorem nouissimum iussit interfici. Ille quidem supra cęsos in conspectu suo filios iugulatur. coram romanis productus. Ita enim Symon anano Magali alias Bagadati filio prœceperat qui erat satellitum eius crudelissimus cauillatus siquid eum iuuarẽt ad quos exirevoluisset. Corporavero sepelire prohibuit. ¶ Post hos ananias quidã põtifex filius Masambali alias Masbali nobilis & scriba curię vir fortis ex Ammaus genus ducens. & cum his quindecim ex populo clariores necantur.

annis vndecim/ & quingẽtis. ¶ Poſt hęc aũt regum thebaidis & alteris egypti factam dicit ſuper pa-
ſtores inuaſionem & bellum maximum & lõgęuum eis illatum. Sub rege vero cui nomen erat aliſfra-
gumtos alias Aliſſragmatheſeos victos dicit paſtores/ & alterã quidẽ vniuerſam egyptũ ꝑdidiſſe. In-
cluſos autem in locũ habentẽ menſurã terrę vlnarũ vndecim miliũ. Cui loco nomen eſt auari. Hunc
Manethon dicit omnẽ maximo muro atq; robuſtiſſimo circũdidiſſe paſtores quatenus & oẽm poſſeſ
ſionem munitã haberent ſimul & ꝑdam ſuam. Filium vero aliſſragmathoſeos Themuſis dicit. Cona
tum quidem eos per obſeſſionem capere & fortiter cum quadringentis. lxxx. milibus armatorum eo
rum muris excubuiſſe. Cum vero obſeſſionem deſperaſſet/ pacta cum eis feciſſe vt egyptum relinquẽ
tes quo vellent innoxij omnes abirent. Illos vero his ꝓmiſſionem impetratis cũ omni domo & poſſeſ
ſionibus non minus ducenta. xl. milia numero ex egypto ꝑ deſertum in Syriã iter egiſſe & metuẽtes
aſſyriorum potentiam/ tunc enim illi aſiam obtinebant in terra quę nũc iudea vocatur ciuitatẽ ꝑ-
ficaſſe/ quę tantis milibus hominũ ſufficere potuiſſet/ eamq; Hieroſolymam vocitaſſe. ¶ In alio vero
quodã libro egyptiacorum Manethon hanc ipſam gentẽ id eſt qui vocabant paſtores in ſacris ſuorũ
libris captiuos aſcriptos rectiſſime dixit. Nã antiquis progenitoribus noſtris paſcere mos erat/ & paſ-
cualem habentes vitam vocabantur ita paſtores. Sed & captiui non irrationabiliter ab egyptijs ſunt
quoniam progenitor noſter Ioſeph dixit ad regem egyptiorum ſe eſſe captiuũ & fratres in ægyptũ
poſterius euocauit rege ꝓcipiente. Sed de his quidem in alijs examinationem ſubtilius faciemus.
Mone ¶ Nunc aũt huius antiquitatis ꝓducam teſtas egyptios rurſumq; quomodo ſe habeãt verba Mane
ton thonis circa ordinem tẽporum aperte deſcribã ſic enim ait. Poſtq̃ egreſſus eſt ex egypto populus pa-
Egy- ſtorum ad hieroſolymam/ expulſor eorum rex Themuſis regnauit poſt hæc annis. xxv. & menſibus
ptus hi- iiij. & defunctus eſt. Aſſumpſit regnum filius Chrebron annis. xiij. huius aũt amenoſis annis. xxj. &
ſtorio- menſibus. ix. Miſris autem. xij. & menſibus nouem. Miſranthuſis. xxv. & menſibus decem. Et muſis
gra- autem nouem & mẽſibus octo. Amenoſis vero. xxx. & manſibus. x. Orus. xxx. ſex & menſibus quiq;
phus huius autẽ filia acenchies. xij. & menſe vno. Rathotis vero frater nouẽ. acencheridis autẽ duodecim
menſes. iij. Armes vero. iiij. & menſe vno. Armeſis autẽ vnũ & mẽſes. iiij. Armeſſimianus vero ſexa-
C ginta ſex & menſes. ij. Amenoſis. xix. & menſes ſex. Sed hoſſis autẽ equeſtrem & nauale virtutẽ ha-
bens fratrem quidem armẽ procuratorem ægypti cõſtituit/ & omnẽ ei aliã regalem cõtulit poteſtatẽ
tantummodo aũt diademate vti ꝓhibuit & ne reginam matrem filiorum opprimeret imperauit & vt
abſtineret etiam ab alijs legalibus concubinis. Ipſe vero ad Cyprũ & Phœnicum & rurſus contra aſ-
ſyrios atq; Medos caſtrametatus vniuerſos quidem alios ferro alios ſine bello terrore magno virtu-

Teſtimonium Manethonis ęgyptij de iudeorum antiqtate.

Sualitis.

Buliaſtitis ciuitas.

Seſos qd ſignificat.

Regnũ thebaidis aliſſragũtos rex paſtores victos iclusiti loco vndecim miliũ vlnaꝝ dicto Anari Themuſis rex ęgyptus de ęgypto iudeos q hic paſtores appellantur expulit.

Iudei quare a manethone paſtores dicti ſint & captiui.

Manethõis iteratũ teſtimoniũ de antiquitate iudeorum.

tis sibimet subiugauit. His vero solicitatibus eleuatus cõfidentius incedebat orientales vrbes ac p- D
uincias subuertendo/multoq; tempore procedente armes qui in ęgypto fuerat derelictus omnia cõ-
traria quę eũ frater agere monuerat sine timore faciebat. Nam & reginam violẽter abiecit/& alijs cõ-
cubinis sine pareitate fugiter miscebaſ fuasusq; ab amicis vtebaſ & diademate & rebellabat fratri. Is
vero qui cõstitutus erat super sacra ęgyptia scribens librũ. Sed hosti direxit & cũcta significãs & qa
rebellaret ei suus frater armes. Qui repente ad Pelusium destinauit & ꝓprium tenuit regnũ Prouin-
Cethos prius cia vero vocata est ex eius nomine ęgyptus. Dicit enim quia Cethos ægyptus vocabatur Armes au-
vocata est ęgy- tem frater eius Danaus. Hęc quidem Manethon. ¶ In palã, vero est ꝓdictis annis tempore cõputa
ptus. to quia hi qui vocabanť paſtores id est nostri ꝓgenitores ex ægypto liberati ante tres & nonaginta
atq; trecentos annos hanc ꝓuinciam inhabitauere q̃ Danaus ad argos accederet licet hunc antiquis-
simum argiui esse cõfidant. ¶ Duas igitur res Manethon maximas pro nobis ęgyptijs litteris ꝓtesta
Iudei aſiq̃ da- tus est primã quidẽ quia aliũde ad ægyptũ. Deinde gressus eoꝝ exinde ita tẽporibus antiquissimũ
naus ad Argos vt pene mille annis bellũ p̃cedat Iliacũ In his autẽ in q̃bus Manethon non ęgypti litteris sed sicut ip- B
accederet trecẽ se confessus est ex fabulis quorundam sine nomine quodam adiecto postea particulariter hęc redar
tis & nonagita guam ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia.
tribus ãnis ęgy
ptũ habitarũt. ¶ Iosephus pro suę gentis ꝓbãda antiquitate phœnicum producit testimoniũ: quibus in memo
ria fuit templi a Salomone constructio anteq̃ Tirij Carthaginem cõstruerent apud quos litterę Salo
monis ad Iranium (qui in biblia hiram est appellatus) seruantur dyonemq; apud eos famatum histo-
ricum adducit testem qui mutuam Salomonis & Ironij familiaritatem & amicitiam describit. Insuper
& Manandrũ Ephesium qui singulorum regum conscripsit actus ab Iranio enim vsq; ad didonẽ cẽ-
tum quinquaginta quinq; anni & menses octo & ab ędificatione templi vsq; ad cõstructionem Car-
thaginis centum quadraginta tres anni & menses octo. Caldęorum etiam historiam (quę multum cũ
sacris concordat voluminibus) producit. verba Berosi allegans qui de diluuio hominumq; corruptio
ne archa & de Noe generatione vsq; ad Nabunassarum historias scripsit. Nabuchodonosor quoq; in
cõstructione Babylonię magnificentã posuit quã postea cyrus victor cõprehẽdit. Capitulũ quartũ.

Testimonium phœnicũ ꝓ antiqtate iudeoꝝ apud quos memoria habeť de cõstructione tẽ pli a Salomone annis cẽtũ qua dragita tres anteq̃ tyrij cartha ginẽ fabricaue re.

Lię Salomonis apd Tyrios ser uare.

Testimoniũ di onis historici ꝓ ãtiqtate iudeo rũ adducit hic eni miutuã fami liaritatẽ & ami citiam.

Iranij & Salo monis descriꝑbit

Testimoniũ me nãdri ꝓ antiqui tate Iudeorum.

S Ed volo ab istis rursus migrare ad ea quę apud Phœnicas de nostro genere conscripta &
eorum testimonio declarata sunt. Itaq; apud Tyrios multorum annorum puplicę litterę & Iranius q d
conscriptiones diligentissime custoditę ex his quę apud eos facta & inuicem gesta nosciũ- ctus ẽ
tur quę tamen memoria digna sunt. Inter hæc ergo conscriptum est quia in hierosolimis hyram
ędificatum est tẽplum a Salomone rege ante annos pene. c. xliij. & menses octo q̃ Tyrij Carthaginẽ 3. re. 5.
carchedonem fabricauere. Descripta vero est apud illos cõstructio tẽpli nostri. Iranius enim Tyriorũ & sup
rex amicus erat regis nostri Salomonis paternis amicitijs ei deuinctus. Is ergo munificentiam suã ex an. li. 8
hibens ad claritatem fabricę prębuit Salomoni auri quidẽ. xx. & centum talenta incidensq; pulcherri cap. 4.
mã siluam in mõto qui Libanus nũcupatur ad camerã destinauit ei. Quẽ redonauit quidẽ Salomon Dió a
aliꝭ quidem multis rebus sed etiã terra Galileę regionis quę Zabulon vocať. Prędipue autem eos ad pud
amicitias sapientię concupiscentia conuocauit propositiones enim soluendae alterutris dirigebãt & phœn
melior in his Salomon erat & in aliꝭ sapientior apparebat. Hactenus vero seruanť apud Tyrios epi ces hi
stolæ multę quas illi scripsere adinuicẽ pro qua re liber est a me compositus litterarum a Tyris dire storic
ctarum vñ etiam testẽ ꝓducã Dionẽ q̃a apud Phœnicũ historias integerrime approbatus est. ¶ Igit Men
in Phœnicis historicis hoc modo scribit. Abibalo moriẽte filius eius Iranius regnauit hic ptes orien- der hi
tales ciuitatis ampliauit & vrbẽ potiorem fecit & Olympij Iouis templum destruens terrę coequans storic
locũ mediũ mœnibus vrbis adiunxit & aureis anathematibus exornauit. Ascendens autẽ in Libanũ E phe
siluas incidit ad tẽplorũ ędificationem. Regem vero Hierosolymorũ Salomonẽ misisse dicunt ad ira sius.
nium quędam ęnigmata & poposcisse ab eo solutionẽ adijciens vt qui non posset discernere pecunia
soluenti persoluere. Confessumq; Iranium non se posse persoluere propositas quæstiones & multas
pro expensis faciendis pecunias condemnarum. Deinde ad dęmonum quendã virum Tyrium ꝓpo-
sitas soluisse quęstiones ipsumq; alias proposuisse quas si non solueret Salomon multas rursus pecu-
nias Iranio regi cõferret. Dion igitur hoc modo de prędictis testimonium phibuit nobis. ¶ Sed post
hũc producam quoq; Menandrũ Ephesium. Is enim singulorũ regũ actus cõscripsit apud gręcos &
Barbaros studens ex prouincialibus vniuscuiusq; loci litteris historię veritatẽ pardere. Scribens eni
de his qui Tyro regnauere & deinde veniens ad Iranium Regẽ sic ait. Moriente vero abibalo succes-
sit in eius regno filius eius Iranius qui vixit annis. xxxiij. hic statuit locũ valde latissimũ aureamq; co
lũnam Iouis in templo reposuit & ad siluam lignorũ proficiscens abscidit de monte (qui Libanus ap-
pellatur) ligna cedrina ad tegmina facienda templorũ. Defouensq; antiquiora templa fanum ædifica
uit Herculis. Fecit erectionẽ mẽse Peritio castraq; mouit aduersus Tyticeos mimine tributa redden-

A tes. Quos etiam ſubdens ſibibet denuo remeauit. Sub hoc fuit abdemonus puer iuuenis qui ſemper parabolas ſuperabat quas Salomon Hieroſolymorum rex deſtinabat ſupputaꝫ vero tēpus ab hoc rege vſq; ad cōſtructionem Carchedonis hoc mō. Moriēte Iranio ſucceſſit in eius regno Balbazerus filius Qui cum vixiſſet annis quadraginta tribus ſeptē regnauit annis. Poſt hunc abdatratus filius cū vixiſſet annis viginti regnauit nouē hunc filij nutricis eius quatuor peremere. Quorū ſenior Metuſaſtartus filius Leaſtrati regnauit. Qui cū vixiſſet annis.xliiij.regnauit annis duodecim. Poſt hunc frater eius aſtarimus/& hic viuens annis.iiij.&.l.regnauit annis nouē & peremptus eſt a fratre pellethe qui ſuſcipiens regnū menſibus imperauit octo cū vixiſſet annis quinquaginta. Hūc peremit Tyrobalus aſtarte ſacerdos qui cū vixiſſet annis quadraginta octo/regnauit annis.xxxij.huic ſucceſſit Badezodus filius. Qui cū vixiſſet annis quadragintaquīq; regnauit ſex. Huic ſucceſſor factus eſt Mettinus filius/qui cū vixiſſet triginta duobus nouē regnauit annis. Huic ſucceſſor fuit Pigmalion qui annos egit in ſua vita quinquaginta ſex ex quibus quadraginta tenuit principatū. Huius regni anno ſeptimo ſoror dido in Lybia ciuitatē ędificauit Carchedona. ¶ Colligit etiā tempus a regno Irani vſq; ad ędificationē Carchedonis annorū cētum quinquagita quinq; & mēſium octo. Quū vero duodecio anno huius regni in Hieroſolymis ędificatū eſt tēplum. Fit ab ędificatione tēpli vſq; ad cōſtructionē

B Carchedonis tēpus annorū.C.xliij.mēſiū octo. ¶ Teſtimonio ſiquidē phœnicū quid amplius oportet apponi? Cernit ipa veritas fortiter approbata & multo clarius apparet qm̄ p̄cedit cōſtructionem tēpli ꝓgenitorū noſtrorū ad ꝓuinciam hāc aduētus. Cū enī eam vniuerſam bello tenuiſſent/tunc aūt tēplum ędificare cœpere & hęc aperte ex lr̄is ſacris etiā a me in antiquitate manifeſta ſunt. ¶ Nunc itaq; ſunt dicēda ea quę apud Chaldęos noſcunt eſſe cōſcripta/& de nobis ad hiſtoriam tūc delata. Quæ multā habens concordiā cum noſtris voluminibus etiam de aliis rebus. Teſtis autem horū eſt Beroſus vir genere quidē Caldęus/notus autem eis qui doctrinę eruditionique congaudent. Quoniā de aſtronomia/& de Chaldęorū philoſophia ipſe græcas conſcriptiones expoſuit. ¶ Igitur Beroſus antiquiſſimus ſecutus hiſtorias de facto diluuij & hominum in ea corruptione ſicuti mos eſt ita conſcripſit. Simul & de arca in qua generis noſtri princeps erutus eſt/deuecta ſcilicet ea i ſummitate mōtium Armeniorū. Deinde ſcribens eos qui ex Noe progeniti ſunt/& tempus eorum adiiciens vſq; ad Nabunaſſarum alias Nabulaſſarum peruenit: Babiloniorum & Chaldeorum regem/& huius actiōes exponēs ait. Quēadmodum miſit in ęgyptū ad noſtrā terram filiū ſuum Nabuchodonoſor cum multa potentia/qui dum rebellantes eos inueniſſet omnes ſuo ſubiecit imperio/& templū in Hieroſolymis cōcremauit/cunctūq; generis noſtri populū auferens migrauit in Babylonem. Vñ ciuitatem cōtigit deſolari annis.lxx.vſq; ad Cyrum regē Perſarū. Dicit autem quia tenuerit Babylonius ęgyptū Syriam phœnicē arabiam/ vniuerſos priores Chaldęorū Babyloniorū reges actionibus ſuis excellens. ¶ Ipſa vero verba quę Beroſus protulit hoc modo dicta neceſſario ꝓferenda ſunt. Audiens autē pater eius Nabunaſſarus quia ſatrapa conſtitutus in ęgypto & Syria inferiore & Phœnice rebellaret cū non valeret iam ipſe labores ferre tribuit filio ſuo Nabuchodonoſor ætate valenti partem quandam exercitus ſuper eum miſſt. Nabuchodonoſor autem cum Satrapa deſertore cōgreſſus ꝓuinciam quę ab initio eorū fuerat ad ꝓprium reuocauit imperiū. Eodē vero tēpore cōtigit patrē eius Nabonlaſſarū cū ęgrotaſſet in Babylonia ciuitate defungi qui regnauit annis.xxj. Nabuchodonoſor aūt nō poſt multum tempus mortem patris agnoſcens & negocio ęgyptiaca diſponens reliquam ꝓuinciā & captiuos iudeorum & Phœnicū atq; Syriorum qui i ęgypto fuerant: cōmendans quibuſdam amicis vt cū magna virtute & reliqua vtilitate deueherentur ad Babyloniā ipſe cum paucis aggreſſus per deſertū in Babyloniā venit reperiensq; cuncta a Chaldęis diſpēſari/ſeruatūq; regnum ab optimatibus eorū. Dominus factus totius paterni principatus/captiuis quidē aduentantibus

C præcepit habitacula in oportuniſſimis Babylonię locis ędificari. Ipſe vero de belli manubiis tēplum belli & reliqua loca munificentiſſime nimis exornans & antiquā ciuitatem & alteram extrinſecus adiiciens cogitans quatenus nequaq; poſſent obſidentes fluuiū conuertere & ad ciuitatem accedere. Tres quidē interiori ciuitate per circuitū porticus/tres vero exteriori conſtituit. Quorū alias ex cocto latere & bitumine alias vero ex ipſo latere fecit & largiſſime muniens ciuitatem portaſq; diuina pulchritudine commenſus peręDificauit in paternis regalibus aliaq; regalia celſitudinē illorū multo valde præcedentia. Quorū ornatum exponere valde longiſſimum eſt. Verūtamē ſciendum quoniā hęc maxima atq; ſuperba vltra credulitatē rei ſunt. Perfecta diebus quinq; & decē. In his ergo regalibus lapideas munitiones celſas ędificauit & aſpectū montibus ſimilem reddens etiam ex arboribus vniuerſis plantationes exhibuit. Fecit quoq; hortū quod ſuſpenſibile vocabaꝫ eo; eius vxor deſideraret huiuſmodi qualitatem nutrita in medię locis. ¶ Hæc itaq; retulit de prędicto rege & multa ſuper hæc in libro Chaldaicorū in quo culpat cōſcriptores græcos quaſi vnam arbitratos a Semiramide aſſyriam Babylonem edifica

Pigmalion.

Dydo.

Ab Iranio vſq; ad didonē cētū quiquagita quinq; anni & mēſes octo & ab ędificatiōe tēpli vſq; ad conſtructionē carthaginis cētū quadragīta tres ānī & mēſes octo.

Caldeorū teſtimonium.

Beroſus de diluuio hoimq; corruptiōe & arca hiſtorias cōſcripſit & Noe generationes vſq; ad Nabunaſſarum.

Beroſi verba.

Magnificentia Nabuchodonoſor i ędificijs babylonię, citatis.

Beroſus. Caldeus hiſtoricus.

Nō eodē Babylonia Semiramide & Nabuchodonosor ædificata.

tam & mira opera ab illa circa eam fuisse constructa falsę conscripsisse dicēs & ipsa quidem Chaldeorum conscriptionē fide dignam pudori existimandum est qñ cum archiuis Phœnicum concordare videnť quę a Berosо conscripta sunt de rege Babiloniorum. Quoniam & Syriam vniuersam Phœnicem ille subuertit. ¶ In his quoq; consonat & Philostratus in historijs dum Tyrię meminit obsessionis & Megasthenes in quarto indicorum vbi declarare contendit p̄dictum regem Babyloniorū Herculem fortitudine & actuum magnitudine p̄cessisse. Dicit enim cum & maximā Lybię partem Hiberiā subuertisse. Quę vero de templo Hierosolimorū relata sunt quia & concrematum est pugnātibus Babylonis & cœpit rursus ędificari Cyro tenenti asyę principatū. ¶ Ex dictis Berosi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaq; postea inchoauit p̄dictum murum incidens in languorem de vita migrauit cū regnasset annis tribus & quadraginta. Huius regni dominus est effectus filius eius. Et helmaradochus ꝓpter iniquitates & luxurias passus insidias a marito sororis suę Nirigliſſoris peremtus est cum duobus regnasset annis. Quo defuncto sumens regnū qui ei fecit insidias Nirigliſſoris annis regnauit quattuor. Huius filius Loborosardochus principatū quidem tenuit puer existens mensibus nouē Insidias vero passus eo q̄ nimis appareret malorum esse morum ab amicis extinctus est. Hoc itaq; pereunte cōuenientes hi qui fecerant insidias illi communiter regnum imposuere nabonido cuidam qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluuium Babylonię ciuitatis ex latere cocto & bitumine sunt ornati. Cumq; regnum eius esset in anno septimodecimo cōstitutum egressus Cyrus ex persida cum multa virtute vniuersam asiam subuertens impetum fecit ad babyloniam vrbem. Sentiens autem nabonidus inuasionem eius & occurrens cū exercitu suo atq; congressus pugna victus & cum paucis fugatus inclusus est in Borsipensium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam comprehendens & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis eo q̄ nimis videretur munita & esset ad capiendum valde difficilis reuersus est ad Borsipum Nabonidem instanter ex pugnaturus. Naboníde vero obsessionem non valente perferre sed primitus supplicante vsus clemētia Cyri & dans ei habitaculum in Carcamone expulit eum a Babylone. Nabonidus itaq; reliquum vitę tempus in illa prouincia cōuersatus est. ¶ Hęc concordant cū nostris. Scriptum namq; in eis est quia Nabuchodonosor octauodecimo regni sui āno templum nostrum ad desolationem vsq; perduxit & fuit exterminatū annis septuaginta. Secundo vero anno regni Cyri fundamentis depositis rursus secundo regni Darij anno perfectum est.

Beroſi verba cōtra græcos.

Cyrus victor babyloniā cōprehendit.

¶ Iterato phœnicum testimonio Iosephus testes etiam græcos producit & primo Pythagoram qui (licet nullam reliquit cōscriptionem) iudeorum tamen zelarus est leges: & multas in suam trāstulit philosophiam. Theophrasti Herodoti q; & Cyrilli poęte antiquissimi affert testimoniū. Sed & Clearchi aristotelis discipuli: qui belli Ptholomei contra Demetrium meminit. Hęcateum quoq; adducit qui leges describit Iudeorum quiq; magnitudinem prouincię & pulchritudinem atq; ciuitatis hierusalem circuitū & habitantium narrauit multitudinem. Meminit quoq; auguriſ auis a Mossolano Iudeo occise dicente hęc enim suam nesciens salutem itineris salubritatem aliſs non potuit indicare Ponit quoq; Agitarchidis verba de Iudeorū ciuitate & eorum moribus circa sabbati obseruantiam. Hieronimum insuper Antigoni regis amicum ꝓducit. Plurimi itaq; quia sacri lectioni non incubuerunt Iudeorum cognouerunt antiquitatem.

Capitulum quintum.

Phœnicū testimonium.

Quis prolatis adijciam etiam Phœnicum historias non enim ꝓbationum abundantia relinquenda est. Est enim dinumeratio in illis annorum sic enim habēt sub rege Thobalo. Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnauit Bahal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt & iudicauere idem. Hęc Nibalus Nalbasei mēsibus duobus. Chelbisaddei mensibus decem. Abalus pontifex mensibus tribus. Mittinus & Geraſtratus Abdilimi iudices annis sex inter quos regnauit Balatorus anno vno quo moriente mittentes euocauere Meralum ex Babylone & quattuor regnauit annis. Eo quoq; moriente euocauere fratrem eius Ironium qui regnauit annis viginti. Sub hoc Cyrus persarum habuit potestatem. Quapropter omne tempus est annorum quinquaginta quatuor & mensium trium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosor cœpit obsidere Tyrum. Quartodecimo autem anno regis Ironij Cyrus persarum tenuit principatum. Cōsonant igitur quę de templo scripta sunt a Chaldeis ac Tyris cum litteris nostris. ¶ Manifestum vero & sine contentione testimonium est de prædicta nostri generis antiquitate & hi siquidem qui non valde contendunt sufficere iudicio quę promissa sunt. Oportet autem non credentibus barbaricis conscriptionibus sed solis græcis fidem habendam esse dicentibus.

¶ Ad huc multos exhiberem testes etiam græcos scientes nostrum genus & oportuno tempore eorum habentium mentionem. Pythagoras igitur Samius cum sit antiquus quidem ætate sapientia vero & diuina pietate philosophos omnes excellens non solū quæ nostra sunt agnouisse manifestū

Ant. li. x. c. xiij & li. xj. cap. j. Eſd. j. ca. j.

A est/sed etiam zelatus ea ex multis apparet. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur. Multi tamē de
Pytha goras. eo retulere/quorum insignior est Hermippus vir circa omnem historiam diligentissimus indagator.
Refert itaq; in primo Pythagorę libro/quia Pythagoras vno confabulatorum suorum defuncto no-
mine Calciphōte genere Grotoniate. Illius animam dicebat secum degere die noctuq; & qua præci-
peret vt nō transiret de loco vnde asinus onus portaret & ab aqua fetulēta semetipsum abstineret/ &
ab oi blasphemia recederet. Deinde sequitur/hęc autem agebat atq; dicebat iudęorum & Tharen-
tinū opiniones imitatus ac transferens. Dicitur enim quia vere illevir multas Iudęrum leges in suā trā-
tuleret philosophiā. Fuit autem etiam per ciuitates non ignotas olimq; gens nostra & multæ natiōes
ad quas transit etiam zelum eius habuere. Quod manifestat Theophrastus in his quę scripsit de le-
gibus. Ait enim quia prohibent Tyriorum leges peregrino sacramento iurare. Inter sacramentum q-
Theo phra stus. busdam alijs etiam iusiurandum quod corbam appellatur enumerat/& apud nullum hoc inuenitur
iuramentum nisi apud iudęos solos. Quod interpretatur ex hebraica lingua significat enim donum.
¶ Verum neq; Herodotus Hali cornaeus nostram ignorauit gētem. Sed quodammodo eius memi
nisse cognoscitur. De colchis enim referens in secundo libro sic dicit. Soli autem inter omnes Colchi
Hero dotus. & Aegyptij & Aethiopes verenda ab initio circuncidūt/Phœnices vero & in Syri Palestina q cōfitē-
tur hoc ab Aegyptijs didicisse. Syri aūt q circa Thermodontem & Parrhenium fluuium commoran
tur & Astygitones a Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi namq; sunt inter homines soli qui circunci
duntur/& istsicut Aegyptij facere videntur. De Aegyptijs aūt & Aethiopibus dicere nō possū vtrū
alteri ab altes didicere. Dixit ergo Syros qui in palestina sunt circuncidi. Omnium autem qui habi
tant palęstinm soli iudęi circunciduntur. Quod eis angnoscens & Cyrillus antiquus poeta meminit
hoc modo de gente nostra dicens. Quia castrametati sunt nostri maiores cum Xerxe persarum rege
B apud Hellada/& dinumerans vniuersas gētes/nouissimam nostram posuit ita dicens. Postremū ve-
ro transibat genus mirabile visione/linguam quidem/plenissimam ope proferentes. Habitantes aūt
in soli montibus/vbi palus amplissima est iuuenes capillis sub rotunditate detonsis super equos ere-
ctos habentes vultus/& quasi fumo siccatos. Palam ergo est sicut arbitror quia nostri meminerit/ eo
q; & montes in nostra regione sunt constituti in quibus habitamus. Et palus quæ dicitur Asphaltis
idest bituminalis. Hęc enim inter omnes palus in Syria latior atq; maior est. Et Cyrillus quidem eā
ita meminerit Iudeos scisse dignoscitur/quē quilibet legerint admirantur Non calumniosi/ greçorum:
Clear chus. sed sapientia summa conspicui. ¶ Clearchus enim aristotelis discipulus/& ex pipateticorum philoso
phorum nullo secundus in primo libro de somno dicit Aristotelem doctorem suum de quodam vir o
Iudęo ita referre & ipsi Aristoteli eūdem sermonē abscribit. Quod ita cōscriptum est. Sed alia quidē
longum est dicere. Quę non habere potuerant illius admiratione quadam atq; philosophiam occidi
operepretium est referre. Et Hyperochydes veneranī inquit audire desideramus vniuersi. Porro se-
cundum præcepta Aristotelis inquit rhetoricę eius genus primitus trāseamus ne reluctemur docto-
ribus præceptorum. Dic inquit Hyperochides ita si placet. Ille igitur genere quidem Iudęus erat ex in
feriori Syria. Qui sunt ex propagine philosophorum indorū: vocantur vt aiunt philosophi. Apud in-
dos Galani apud Syros autem Iudei nomen accipientes a loco. Locus enim vbi habitant appellatur
Iuda. Nomen vero eorum ciuitatis valde difficile est. Vocant enim eā nomine Hierosolymam. Is igi-
tur homo multos hospicio respiciens & de superioribus ad marina descendens gratissimus erat non
solum eloquio: sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Assam quum diuinus homoveniſ-
set ad ea loca confabulari coepit nobiscum: & cum alijs scholasticis eorum sapientiam tentans. Cum-
q; multi eruditorum congregarentur tradebat potius aliquid. Habebat hęc ait Aristoteles apd Clo-
archum/& super hęc multam ac mirabilem cōtinentiam iudęi/vero in cibis & castitate narrant. Licet
C autem volentibus hęc ex ipīs lectione cognoscere. Ego enim refugio/ plusq; decet inserere. Clearchus
si quidem facta digressione cum aliud propositum haberet nostri generis ita meminit. Hecateus aūt
abderita vir philosophus simul/& circa actiones industrius cum Alexandro rege nutritus/& cū Pto-
lomęo Lagi commoratus non transitorie: sed de ipsis Iudeis conscripsit librum. Ex quo volo capitu-
laritervnum eorum quę ab eo sunt dicta percurrere. Sed primitus tempus ostendam Meminit enim
belli quod circa Gasum ab Ptolomęo gestum est contra Demetrium quod vtiq; contigit. Vndecimo
quidem anno post mortem Alexandri Olympiade vero septima & decima atq; centesima sicuti Ca
stor: adiciēs et hanc Olympiadem dicit: sub hac Ptolomęus Lagus vicit in Gazabello, Demetriū an-
tigoni qui vocabatur obsessor Alexandrum vero profitentur vniuersi centesima & quartadecima
Olympiade fuisse defunctū. ¶ Palam ergo est: quia & secundum illum tempus & sub Alexandro ge-
nus florebat nostrum. dicit igitur Hecateus: quia post Gaij bellum Ptolomęus locorum que sūt circa
Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscens mansuetudinem & clementiam Pto-

Pythagoręi testi mōiū & laudes cuius cōscriptō nulla iuenit̄ mī ti tū eū dixerūt iudæoꝝ leges fuisse zelatuꝫ & mītasi suā trans tulisse philoso phiam.

Hęrodoti testi monium.

Cyrilli poetę an tiquissimi testi monium.

Clearchi Aristo telis discipuli te stimoniū quid etiā ipsius ē ari stotelis.

Clearchus belli ptolomęi cōtra demetrium me minit.

Castor.

Herathei teſtimonium.

lomęi cum eo proficiſci ad Aegyptum & rebus communicare voluere. Quorum vnus inquit erat Ezechias pontifex Iudęorum: homo ętate quidam quaſi ſexaginta & ſex annorum. Dignitate vero apud contribules maximus & animo ſapientiſſimus: potentiſſimus ad dicendum: & circa cauſas ſicut nullus alter expertus dicit etiam omnes ſacerdotes Iudæorum qui decada accipiũt: & vniuerſa in cõmuni gubernant: circa mille & quingentos exiſtere. Rurſus autem prędicti viri faciens mentionẽ inquit homo hunc honorem gerens & aſſuetus eſſe nobiſcum aſſumens aliquos ſuorum differentiam cũctã expoſuit & habitationem ſuam & conuerſationem quam ſcriptam habebat pariter indicauit. Deide palam facit Hecateus quales circa leges exiſtimus & quia omnia ſuſtinere ne tranſcendamus eas eligimus: & hoc eſſe optimum iudicamus. Dicit igiť hęc & mala ſępius ab Aſtygitõibus audiẽtes & omnes compulſionum vim paſſi a Perciſis regibus & Satrapis non poſſunt mente mutari ſed cum magna exercitatione de his precipue omnibus reſpondere parati ſunt. Perhibet autem etiã indicia fortis animi circa leges non parua dicens Alexandro quõdam in Babylone conſtituto: & volente Belli templum quod corruerat renouare cunctiſq; nullitibus ſimiliter ſtercora portare precipiente ſolos iudęos hoc facere non fuiſſe perpeſſos. ſed etiam multas ſuſtinuiſſe plagas: & detrimenta ptuliſſe non modica donec eis ignoſcente rege ſecuritas prębereť. Qui dũ ad ꝓuiciã inquit ꝓpriã reuerſi fuiſſent tẽpla & altaria fabricata oĩa deſtruxere. Et pro aliis quidẽ multa iatrapę exoluere. Pro aliis veroventi am conſecuti ſunt ad ciuitatem: quoniam iuſticia apud eos mirabilis eſt & quia gens noſtra fuit multorum hominum numero copioſa. Sed multa quidem milia noſtrorum migrantes in Babyloniam ſe primitus collocauerunt. Non parua etiam morte Alexandri in Aegyptum & Phœnicem ſunt tranſlata: propter ſeditionem in Lyriam factam. ¶ Idem itaq; vir & magnitudinem prouincię quam incolimus pulchritudinemq; narrauit. Pœne decies trecenta milia inquit integra terrarum optimarũ vberrimę valde prouincię poſſidere noſcuntur. Iudęę namq; huius eſt amplitudinis & qua etiam ciuitatẽ ipſam Hieroſolymorum ſpacioſam: & maximam olim inhabitamus & virorum multitudine copioſã necnon & templi conſtructione idem ipſe ſic refert. Sunt autem Iudęorum in aliis quidẽ multę munitiones per prouinciam atq; vici. Vna vero ciuitas munitiſſima habens precipue circuitum quinquaginta ſtadiorum in qua commorantur hominum circa centum & quinquaginta milia nomine Hierosolyma Eſt autem in ipſa medietate ciuitatis lapidea quadriporticus centum per circuitum cubitos habens etiam duplices ianuas. Quo ara eſt quadranguli figuratione compoſita ex lapidibus nõ dolatis ſed collectis atq; iacentibus vnum quoq; latus viginti cubitorum latitudinem habens: altitudinẽ vero decem. Et circa eam maxima fabrica vbi altare eſt conſtitutum & candelabra vtraq; aurea duo talentorum pondus habentia & inextinguibile lumen noctibus & diebus ſimulachrum vero aut aliquod Anathema ibi nequaq̃ eſt nec vlla plantatio Nullus ibi veluti lucus aut aliquid huiuſmodi. Habitant autem in eo & noctibus & dies ſacerdotes quaſdam purificationes agentes & omnimode vinum non habentes in tẽplo. ¶ Super autem quia & cum Alexãdri regis ſucceſſoribus poſtea Caſtrametati ſunt. Teſtatur hoc modo dicens ea quę cognouerit a viro iudæo in expeditiõe conſtituto. Cuius verba hęc habentia declarantur. Ait enim. Me ſiquidem eunte ad mare rubrum vna ſecutus eſt quidam cum aliis equeſtrium iudęorum nos deducentium nomine Moſſolamus vir efficax animo bellator ſuper omnes archarios: & indubitanter Gręcos & barbaros valde precipuus. Is igitur homo properantibus multis pariter & quodam vate ab ipſos augurium capiente & petentevt cuncti ſtarent. Interrogauit eur ſuſtinerent omnes. Oſtendente vero ei vate auem quem intuebatur atq; dicente. quaſi quidem expediret eis vt ſuſtinerent omnes ſi ſtaret auis. Si ergo ſurgens anterius euolaret procederent. Si vero poſt tergũ iret recedere cunctos oportet. Rurſum tacens arcumq; trahens ſagittas emiſit & auem petiens interemit. Indignantibus vero vate: & quibuſdam aliis & maledicentibus ei. Quid furitis inquit mali dęmonij auem ſumentes in manibus. hęc enim ſuam ſalutem neſciẽs de noſtro iter nere nobis ſalubritatem potuit indicare? Si enim pręſcire futura valuiſſet in hunc locum nequaq̃ veniſſet: metuens ne ſagitta a Moſſolamo iudęa periret: ſed & ad eius teſtimonia iam quidem quieſcãt. Facile namq; eſt volentibus librum ipſum legere & hęc apertius inuenire. ¶ Non vero me pigebit Agatharchidem introducere. Licet homo minime malus: & eiviſum eſt nobis detraxiſſe. Is enim narrans de Stratonice quemadmodum venit quidem ex Syria de Macedonia ad virum ſuum. Demetrium de relinquens Seleuco autem vxorem eam ducere nonvolente quid illa ſuperabat. Exercitu eius in Babylonia poſito circa Anthiochiã bella mouit. Deide quomodo reuerſus eſt rex Antiochia capta in Seleucia Metilla fugiẽs: cum poſſet ſeipſam velocius interimere ſomno prohibita ne faceret: capta atq; defuncta eſt. Hęc ergo prędicens Agatharchides & derogans ſuperſtitione Stratonices vtitur indicio generis noſtri preſcribens. Qui vocantur iudęi habitant omnium munitiſſimum ciuitatem quam vocare Hieroſolymã prouinciales ſolent. Hi vacare conſueti ſunt ſeptima die. & neq; arma por-

Idẽ de legibus iudeorum.

Heratheus magnitudinẽ ꝓuincię iudęorum & pulchritudinẽ narrauit & circuit tũc ciuitatis hierſm habitantiumq; multitudinem.

Hecathe hyſtorici verba de iudæis.

augurio de auequam moſſolamus iudæus interemit dicens hęc ei ſalutẽ neſciẽs ſalubritatẽ itineris nõ potuit aliis indicare.

Agatharchidis teſtimonium.

Agatharchides

A tare in prędictis diebus: neq; terrę culturam continere: neq; alterius cuiuspiam curam habere patiun
tur. Sed in templis extendantes manus adorare vsq; adveſperam ſoliti ſunt. Ingrediente vero in ciui
tatem Ptolomęo Lagi cum exercitu & multis hominibus dum cuſtodire debuerint ciuitatem eis ſtul
ticiã obſeruantibus prouincia quidem dominum ſuſcepit amariſſimum. Lex vero manifeſta eſt vna; Agatarchidis verba de iudeo
natura habere ſolemnitatem huiuſmodi autem caſus prę rer ſolos illos alios docuit vniuerſos. Vt tũc rũ citate & mo
ad ſomnia & opiniones quę tradebantur de lege hic confugiãt. Dum circa res neceſſarias & rõ nihil ribus circa ſab
valet humana. Hoc qaidem Agatharchidi videtur eſſe ridiculum. Eis autem qui hęc examinant in bati obſeruãtiã
tegrius appa et magnum: & precipua laude dignißimum ſi & ſaluti & patrię quidam cuſtodiam le gbus irridet. &c
gũ pietatẽ diuinam proponere concupiſcant. Quia vero non ignorantes quidam conſcriptorum gẽ
tem noſtram ſed propter quaſdam aut alias cauſas non ſalubres memoriam noſtri nõ reliquere. hoc
Hiero nimus hyſto rimus. indicium me arbitror eſſe prędicturum. Hieroſolymis eñ qui de ſucceſſoribus conſcripſit hiſtoriam
ipſe quidem tempore quo Hecateus fuit & amicus exiſtens reges Antigoni Syrię prędidebat. verum
& Hecateus quidem etiam librum conſcripſit de nobis. Hieronymus autem nequaq; noſtri in hyſto
ria meminit licet pene in ipſis locis nutritus eſſet in tantum voluntate hominum differebant. Alio nã
q; placuit ſtudium habere memoria dignum. Alium vero omnino circa veritatem quędam paſſio cer Plurimi quia ſa
nitur obſcuraſſe ſufficitur. t tamen ad comprobationem antiquitatis noſtre Aegyptiorũ & Chaldæo cre lectiõi nõ i
rum atq; Phœnicum & ſuper illas Grecorum pariter conſcriptiões. ¶ Adhuc enĩ ſuper ea Theophi buerũt iudeos
lus: & Theodorus & Mnaſeus & Ariſtophanes & Hermogenes & Euemerus & Cynon & Zopyriõ antiquitatẽ nõ
& multi quidã alij ſimul: Non enim ergo omnibus libris incubui: non tranſitorie noſtri fecere mentio cognouerunt.
nem. Plurimi namq; prędictorum virorum veritatem quidem antiquarum cauſarum fruſtrati ſũt quia
lectioni ſacrę noſtrorum non incubuere librorum. Communiter tamen de antiquitate teſtati ſunt: p
qua nunc ferre propoſui. Phalereus autem Demetrius & ſenior Philon & Eupolemus non multum
veritate fruſtrati ſunt: quibus dari veniam dignum eſt. Non enim inerat eis vt noſtras litteras poſſẽt
omni ſcrupuloſitate ſequi.

¶ Ioſephus maledicta contra genus ſuum falſa nititur oſtẽdere quoniam multi propter inui
diam maliciã verboſam nouitatẽ & vanam gloriam veritatis hiſtorię detrahunt & iudęorum cõuerſa
B tioni. Iudęorũ enim aduentum in Aegyptum & regreſſum Aegyptij inuidia excecati & odio: nega
uerunt. Sed Manethon Iudęos ab ęgypto abhominatione fuga diſlapſos ſibi ipſi contradicens men
titur pluraq; confingens Moyſem primo Oſaſiphas dicit fuiſſe vocatum Omniaq; iſta mendacia ra
tione impugnat Ioſephus.

Capitulum ſextum.

Is ita dictis vnum adhuc michi capitulũ ẽ relictũ ex his quę i pricipio libri poſui. Qua
tenus derogatiões & maledicta qbus vtunt quidã cõtra genus noſtrũ falſas oſtẽdã &
cõſcriptoribus eorũ teſtibus vtar qñ cõſcribentes hęc cõtra ſemetipſos locuti ſũt talia
Quia vero multis aliis hoc euenit ꝓpter quorundã vęſaniã arbitror itelligere eos qui
voluerit hyſtorias ipſas ꝑcurrere. Quędã igitur gentiũ & gloioſiſſimaꝝ ciuitatũ fœda
renobilitatẽ & cõuerſationi detrahere tẽtauere. Theopompus quidẽ Athenienſium
Lacedemoniumvero Pylocrates. His aũt Tripodem perdurabilem conſcribens. Non enim Theopõ
pus hoc fecit ſicuti quidam putant etiam. Thebeorum momordit vrbem. Multi vero necnon & time
us in hiſtoriis de prædictis & de aliis blaſphemauit. Et hoc precipue faciunt quando glorioſiſſimi in
aliqua parte calumniantur. Quidam propter iuidiam atq; maliuolentiam: alij vero propter verboſam
nouitatem memoria ſe dignos fieri iudicantes & apud ſtultos quidem nequaq; hac ſpe fraudantur.
Qui non ſalubre noſcuntur habere iudiciũ: multas vero eorũ miſerias cõdemnabunt. Blaſphemiatũ
G vero in nos ſępe geſtarum huiuſmodi cauſa eſt. ¶ Volentes Aegyptij prędare aliquibus veritatem
corrumpere tentauere. Et neq; aduentum in Aegyptum noſtrorum progenitorum ſicuti contigit Cauſę odij & i
ſunt confeſſi. Nec rurſus egreſſum cum veritate dixere multaſq; cauſas odij ac inuidię pariter ha uidię idolatra
buere. Principio quidẽ quia in eorum regione noſtri progenitores potentes effecti ſunt. Vnde regreſſi Aegyptorum.
ſi ad propria denuo fuere fœlices. Deinde horum aduerſitas multas inter eos fecit inimicitias. Intan
tum differente noſtra pietate extra ſolemnitates illorum quantum dei natura animalibus irration abi
libus ſine dubitatione diſtinguitur. Communis namq; apud illos ritus eſt alios arbitrari deus: ſeorſuꝝ
non ſinguli ſolent diuerſis ea muneribus honorare. Vani ac fatui omnes homines & ab initio vti de his
malis opinionibus conſueti. Et propterea nequaq; imitari noſtram honeſtatem de diuina ratione po
tuere. Videnteſq; multos noſtram zelari conuerſationem inuidiam habuere: & ad tantam fatuitatem
ac puſillanimitatem quidam eo perducti ſunt vt non eo pigeret etiam cõtra antiquas ſuorũ ſcriptio
nes aliqua dicere. Quod cum hoc faciunt ſibimet ipſis aduerſus cõſcribere paſſionem cęcitatis igno
rauere. In vno tamen & maximo viro verbum meum ſtatuam quo vſus ſum ante paululum noſtra

antiquitatis teste. Manethon itaq; qui Aegyptiacam historiam ex litteris sacris se interpretaturū pollicitus est prædicens nostros progenitores cum multis milibus in Aegyptū aduenisse incolas subiugasse. Deinde ipse confessus est: quia posteriori tempore amittentes eam prouinciam quæ nūc iudea vocatur obtinuissent & ędificātes Hierosolymam construxissent templum. Etvsq; ad hoc cōscriptiones secutus est antiquorum. Deinde præbens sibimet potestatem cumvtiq; videatur scribere ea quæ in fabula sunt atq; dicuntur incredibiliaverba de iudeis inseruitvolens permittere nobis plebē Aegyptiorum leprosorum aliorumq; languentium. Quod sicut ait abhominatione ex Aegypto fuga dilapsi sunt Amenophin etiā regem adiecit quod est falsitatis nomen. Et propterea tēpus regni eis nequaq; diffinire presumpsit cum aliorum regum omnes annos perfecte protulerit. Hinc itaq; quasdam annecti fabulas pene oblitus qui egressum pastorum ab Hierosolyma ante quingentos decē & octo annos factum esse protulerat. Themusis enim erat rex quando egressi sunt. Et ab hoc tempore regū qui postea fuere anni sunt. ccclxxxxiiij. vsq; ad fratres nomine Sethonem & Hermetum quorum Sethonem quidem Aegyptum Hermetumvero Daneum denominatum quem expeliēs inquit. Sethō regnauit annis quinquaginta & nouem. Et post hunc senior scilicet Tapsis annis sexagita sex. Antetātos igitur annos egressos ex Aegypto patres nostros confessus. Deinde Amenophin adiiciēs regē hunc cōfitetur & deorum fuisse contemplatorem sicut Osorem quendam priorum regum & implesse desiderium enim nominis sacerdotem. Idem Amenophin natū ex patre Papio qui videbatur quasi diuina participari natura. Et secundum hęc sapientiam hanc habere prescientiam futurorū. Et dixisse regi huncvniuocum enim quia posset videre deos si prouinciam a leprosis & alijs maculatis hominibus purgare cōtenderet. In quo lętatū regem omnes dicit corpore debiles ex Aegypto congregasse & fecisse multitudinem numero octuaginta milia. Eosq; ad sectiones lapidum in partem Nili orientalem misisse ad hoc esse efficiendū simul & alios Aegyptios quibus hoc erat iniunctum fuisse autem quosdam inter eos etiam rationabilium sacerdotum lepra perfusos ait. Amenophin vero illū sapientem diuinumq; virum refert timuisse: & circa semetipsum & apud regem deorum Vulcanum: vt aperte suaderet eis vim fieri sed fecisse quoniam auxiliaretur quidam maculatis hominibus: & Aegyptum obtinerent tredecim annis. Et hęc eum non quidam presumpsisse regi dicere sed ex his hominibus conscriptum. reliquisse librum & per semetipsum & apud regē & propterea regem in anxietatē maximam peruenisse pro iudeis hisverbis hęc refert. His itaq; rogatus rex vt ad requiem & tutamen eorum secerneret ciuitatem. Desertamvrbem quę tunc fuerat pastorum nomine Auaris ꝓbui eis. Est autem hæc ciuitas secundum theologiam antiquamval de precelsa. Porro illi in hanc ingressi & locū hunc ad resultandum habentes. Optimum ducem sibimet quēdam Heliopolitanorum pontificum. Osaphipha constituere & huic se obedire in omnibus iurauerunt/vt ille primum quidem eis legē posuit/vt neq; deos adorarent/neq; ad sacris animalibus quę præcipue festiua apud Aegyptios erant/ se poenitus abstinerent/nulliq; copularentur nisi cum si quibus iusiurandū habere videbantur. hæc autem sentiens & alia plura maxime Aegyptiorum consuetudinibus inimica precepit multo opere muros ędificari ciuitatis & ad bella pręparari contra Amenophin regem. Ipse vero assumens secum etiam alios sacerdotes & maculatorum quosdam misit legatos ad pastores qui videbant a Thethmusi rege depulsi ad hierosolymorumvrbem causas suas & aliorum qui simul fuerant exhonorati significans & poscens/vt pariter contra Aegyptum castrametaretur/promisitq; eos fore venturos. Primū quidem in Auarin progenitorum suorum prouinciam/& necessaria populis abundantius exhibenda pugnaturos autem opportuno temporem/& prouinciā facillime subdituros. Illivero lętitia cumulati omnes alacriter vsq; ad ducenta millavirorum pariter sunt aggressi/& non post multum ad Auarin vsqvenere Amenophis autem Aegyptiorum rex dum illorum audisse inuasionem non mediocriter vulneratus est Dum recordaretur quod et prædixerat Amenophis Papij. Et primum quidem cōgregans Aegypticam plebem. Facto consilio cum principibus eorum animalia sacra & quę precipue a sacerdotibus honorabantur ante præmisit & sacerdotibus particulariter iussit vt simulachra eorum caute celarent. Filiumvero Sethonem qui etiam Rameſſi a Rapso patris nominevocabatur. Cū quinq; esset annorum apud suum commendauit amicum. Ipsevero transiens cum alijs Aegyptijsvsq; ad trecenta milia virorum bellatoribusviris occurrens congressus non est/putans enim semetipsum cōtra deum pugnare. Post tergum reuersusvenit ad Memphin & sumens Apin talia sacra mox in Aethiopiam cumvniuersis naulbus & multitudinevenit Aegyptiorum. Per gratiam namq; erat ei subiectus Aegyptiorum rex q; suscipiens etiam populum vniuersum prębuit alimenta hominibus necessaria/quę prouincia ministrabat. Et ciuitates acviros tredecim quatenus eis qui fuerāt deducti ad fines Aegyptios & in Aethiopia quidem hęc gesta sunt. Solymitę vero descendentes cumviris pollutis Aegyptiorum sic pessime hominibusvsi sunt vt eorum victoria esset nimis pessima. His qui tunc

D manethon.

Cōtramanethonē iudeos abhominatiōe ab egypto fuga dilapsos cōfugientes sibiq; ꝓpter odium cōtradicētē

Mēdacia Māethonis & fabula quē sequitur iustinus trogis abbreuiator li. xxxvj. vbi loquitur de origie iudeoꝝ.

E

Auaris ciuitas.

F

Mendacia oia & conficta.

A eorum impietates inſpiciebant non ſolum etenim ciuitates & vicos concremauere ſacrilegia faciẽtes & deorum idola deuaſtantes. ſed eriã ipſa ſacra animalia quę colebantur crudeliſſime diſcerpſerunt. Perpetratores & occiſores horum ſacerdotes atq; prophetas eſſe cogentes quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaq; quia conuerſationes & leges eis compoſuit. Sacerdos quidam genere Heliopolitis nomine Oſarſiphas vocatus ex nomine Oſireos Heliopolitani dei quod dum conuerſus fuiſſet ad hoc genus mutauit nomen: & vocatus eſt Moyſes. ¶ Quęvero Aegyptij de Iudęis proferũt hęc ſũt: Sed & multa breuitatis cauſa prætereo. Dicit aũt rurſus Manethõ quia poſtea Amenophis ex Aegypto digreſſus eſt cum magna virtute ſimul & filius eius Ranſis & ipſe habens magnum exercitũ: & congreſſi contra paſtores atq; pollutos vicerunt vſq; ad Syrię fines. Hæc equidem & huiuſmodi Manethon conſcripſit. ¶ Quiavero anilia loquitur deliramenta atq; mentitur aperta ratione mõſtrabo illud primo diſtinguens quod poſtea alterna gratia referendum eſt. Is enim conceſſit nobis atq; profeſſus eſt eo q; ab initio non fuerint Aegyptij genere: ſed extrinſecus illuc aduenerint/ & Aegyptum obtinuiſſent/ & ex ea rurſus egreſſi ſunt noſtri progenitores quiavero nobis poſtea permixti non ſunt egyptij corpore debilitati & qui ex his nõ fuit Moyſes qui populum eduxit ex egypto: ſed ante multas generationes extitit per ea quę ipſa dixit conabor oſtendere. Primam itaq; cauſam poſuit figmẽti riſibilem. Rex enim inquit amenophis concupiuit videre deos/ quos putas ſi quidem quia apd eos ſolemnes erant/ Bouem & Hircum & Crocodilos & Canicaptos volebat aſpicere. Cęleſtem aũt quomodo poterat/ & cur hoc habuit deſiderium quitvtiq; & prior enim rex alter hos viderat. Ab illo ergo audiens quales eſſet & quemadmodum eos vidiſſet/ noua nequaq; agebat arte: ſed forte ſapiẽs erat illevates per quem hęc rex poſſe agere confidebat quod ſi ita fuiſſet quomodo impoſſibilitatis cõ cupiſcentiam non preſciuit non euenit quod voluit. Proinde quam rationem habere potuit/ vt propter ſemi mẽbrios aut leproſos ei inuiſibiles eſſent. Dii iraſcuntur enim propter impietates non propter corporum diminutiones. Deinde tam multa milia leproſorum & male habentium una pene hora quomodo fuit poſſibile congregari/ aut quomodo rex nõ obediuit vati. Ille namq; precepit debiles egyptios exillo deportari. Hic aũt eos ad ſectiones lapidum deſtinauit tanq; operarijs indigens & nõ purgare prouinciam volens. Ait aũt eo q; vates quidem ſemetipſum peremerit præuidens conſurgen-

B & quę erant in ægypto futura & conſcriptum librum regi reliquit. Proinde ab initio vates etiam ſuũ interitum non preſciuit/ quomodo nunc repente regi contradixit volenti videre deos q̃ quot ſe ipſe premere feſtinabat. Quod vero inter omnia eſt ſtultius videamus. Audiens enim hęc inquit & de futuris iam metuens. Debiles illos ex quibus egyptum purgare debuerat neq; tunc de prouincia protulit: ſed rogantibus eis ſicut ait ciuitatem dedit dudum a paſtoribus habitatam quæ vocabatur auaris. Ad quam congregati principem inquit legere ex ſacerdotibus Heliopolitanis qui eis expoſuit vt neq; deos adorarent. Neq; ab egyptiacę feſtiuitatis animalibus abſtinerent: ſed omnia perimerent atq; conſumerent/ nulli pœnitus miſcerentur niſi cum quibus coniurati eſſe videbatur & iureiurãdo multitudinem obligatam quatenus in eis legibus perdurarent. Auarin ciuitatem munitam contra regem dicit eos bella ſumpſiſſe. Adiecit autem quia miſit Hieroſolymam rogãs illos pro auxilijs exhibẽdis & daturum Auarin compromittentes quæ foret ex Hieroſolymis egredientibus exire maiorũ & ea quæ procedens omnem ægyptum obtineret. Deinde ſubiungit illos quidem venuſſe cum ducentis milibus armatorum. Regem vero Amenophin ægyptiorum cum non ceſſaret repugnandum deo mox ad Aethiopiam refugiſſe & Apin cum alijs ſacris animalibus de nexiſſet Hieroſolymis vero inuaſione facta & ciuitates depopulatas & templa concremaſſe & equeſtres peremiſſe refert & multa iniquitate aut opere iniquitatis abſtinuiſſe. Quod vero conuerſationem & leges eis exhibuit. Sacerdos

C inquit erat genere Hieropolitis nomine Ariſiphas alias Oſarſiphas vocatus ab appellatione Oſireos Heliopolitani dei & mutato noie dictus poſtea Moyſes. Tertiodecimo vero inquit anno Amenophin poſtq̃ regno pulſus eſt ex Aethiopia profectum cum multis milibus dicit & congreſſum contra paſtores atq; pollutos habita conflictione viciſſe. Et multos interficientem vſq; ad fines Syriæ perſecutum. In his iterum non intellexit ſi veriſimilitudine ſe mentiri leproſum namq; & cũ eis ait multitudo collecta debilium. Licet primitus iraſcerentur regi circa ſevtiq; talia facienti ſecundum premonitionem vatis. Tamen cum a ſectione lapidum ſunt egreſſi & prouinciam percepere omnes circa eum mitio res effecti credẽdi ſunt porro ſi adhuc & illum odio habebant ſeorſum magis inſidiari potuiſſent non circa omnes bella cõmittere cum ſcilicet plurimi exiſtentes multorum illic cognationes haberent. Proinde etiam ſi contra homines pugnauere decreuere non tamen contra deos impietatem gerere preſumebant nec contraria ſuis agere legibus in quibus inſcripti eſſe noſcũtur. ¶ Oportet itaq; nos Manethoni gratias agere quoniam huius iniquitatis principes dicit. Non eos qui ex Hieroſolyma ſunt egreſſi: ſed illos ipſos Aegyptios eſſe probat & maxime ſacerdotes atq; iuſiurandi vincu-

Moyſes primo ſecũm iſtũ mẽdacem oſarſiphas vocatus eſt.

Rõe impugnat Manethonem mendacem.

Solẽnes dij egyptiorum boshircus.

Crocodilus.

Dii propter impietates & nõ propter corporũ diminutiones iraſcuntur.

Manethõ mendoſus & ſibi repugnans.

D

choauerunt. recte manſuetudinem noſtramq; virtutem p̄ſtare dicendi ſunt. Deniq; cognatur ſinguli
eorum geſta ſua ad antiquitatem referre: vt imitatores aliorum videantur exiſtere: & non ipſi potius
aliis. vt legitime viuere debeant exponere. His igitur hunc in modum habentibus virtus legiſlatoris
eſt memoria conſiderare: & his qui vſuri ſunt legibus quas poſuerit ſatiſface quia recte ſunt. Po-
puli vero eſt vt in omnibus quę conſtituta ſunt perduret: & neq; fœlicitate procedente neq; calami-

Accuſatio apol loniſ diſpſa q iu dęos aliqñ ſine deo eē hoibus odioſos appel lat aliqñ eis for midinē ipropē rat aliqñ ſuper biā eis ipigit ip ſoſq; barbaris affirmās ſtultio res.

A tatibus aliquid horum immutet. Dico igitur noſtrum legiſlatorem quorumlibet qui memorantur legiſlatorum antiquitate pręcedere. Lygurgus enī & Solon & Zeleucus Locrenſis & omnes qui apud greços mirabiles ſunt nouelli atq; recentes quantum ad illum comparati eſſe noſcunt. Quando nec ipſum nomen legis fuiſſe olim apud Græcos agnoſcitur. Teſtis Homerus eſt qui nuſq̄ in opere ſuo hoc vſus eſt nomine. Non enim ſecundum legem: ſed indiffinitis ſentenciſs & regum pręceptiōibus populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permanſere tantum moribus vtētes; & non ſcripto. Et multa horum ſemper ſecundum euentum caſuum permittentes. Noſter vero legiſlator antiquus exiſtens hoc etenim vndiq; manifeſtum eſt etiam apud eos clarum qui ſemper contra nos loquunt ſemetipſum prębuit optimum principem populorum & conciliatorem magnum. Sed inſtructionem totius legis vitæ conſtringens eis ſuaſit hanc libēter excipere & firmiſſime inclyta ſcientia cuſtodire. Primitus autem eis magnitudinis opera videamus. Ille namq; progenitorum noſtrorum relinquentium Aegyptum & ad terram propriam remeantium: multa milia ſumens ex plurimis & impoſſibilibus rebus cautiſſime liberauit: & inaquoſam eos & multū arenoſam oportebat tranſire viam: bellaq; deuincere: & filios ac vxores p̄damq; belli ſeruare in quibus dux egregius & cōciliarius ſapiētiſſimus & tutor veraciſſimus fuit vniuerſorum. Omnem ſi quidem multitudinem in ſemetipſum pendere facit: & cum omnia quę vellet perſuadere poſſet in nullo horum vindicauit ſibimet poteſtatem: ſed in quo maximo tempore poteſtatem ſibimet arrogant & Tyrannidem pręſules rerum: & populum frequenter plurima iniquitate viuere conſueſcunt. In hac ille potētius conſtitutus ediuerſo: magis iudicauit agendum pie & plurimam exhubere aliſs æquitatem ipſe virtutem pręcipuam ſe credens cunctos oſtendere: & ſalutem firmiſſimam præbere ſequacibus bona voluntate. Et maximis actibus in ſingulis caſibus vſus eſt. Quapropter recte iudicabat ducem atq; conſiliatorem ſe deū habere & primitus ſibimet ſatiſſaciens quia ſecundum illius voluntatem vniuerſa gereret atq; tractaret. Credidit modis omnibus oportere vt etiam apud plebem hęc opinio permaneret. Namq; dum reſpicere ſuā vitam credunt: delinquere non pręſumunt. Huiuſmodi quidem noſter legiſlator fuit non magus: nō

B fallax ſicut derogatores iniuſte p̄nunciant. ſed quales apud Græcos gloriantur fuiſſe Minoē & poſt eum legiſlatores. Alij namq; quidam eorum leges poſitas a Ioue dicebāt. Alij vero eas in apollinem & vaticinium delphicum referebant: ſiue pro veritate hoc credentes ſeu facile ſuadendum iudicantes populo. Qui vero precipuas leges inſtituerūt / vel qui iuſtiſſime de dei fide cognouerint / licet hoc ex ipſis legibus facta comparatione conſpicere. Iam enim de ipſis tempus eſt diſputādi. ¶ Igitur infinitæ quidem particularis gentium atq; legem apud cunctos homines differentię ſunt. Alij ſi quidē Monarchis / alij vero populo poteſtatem reipublicę commiſere. Noſter vero legiſlator nichil horum intendens: veluti ſi quis hoc dicendo menſuram tranſcendat verbi diuinam rempublicam declarauit: deo principaliter conuerſationem noſtram atq; poteſtatem excellenter aſſignans & ſatiſſaciens eum cunctos inſpicere tanq̄ cauſam bonorum omnium vniuerſis hominibus exiſtentem: & quęcūq; contigit eos in anguſtijs ſupplicaſſe illius non latuiſſe volūtatem. Neq; quicq̄ eorum quę geſſere vel ſi quid aliquis apud ſemetipſum potuit cogitare vnum vero eum eſſe mōſtrauit & ingenitum immutabilem per tempus ęternum & omni ſpecie mortali pulchritudine differentem. Et ipſum nobis notum qualis autem ſit ſecundum ſubſtantiam prorſus ignotum. Hæc itaq; de deo ſaperent prudētiſſimi græcorum quia quidē eruditi ſunt illo vtiq; ſciendi præbente principia nunc dicere prætermitto: quia non optima & congrua dei naturę atq; magnificentię ſunt valde teſtātur. Pythagoras enim & Anaxagoras & Plato: & poſt illos philoſophi Stoici & pene cuncti videntur de diuina ſapuiſſe natura. Sed hi quidem ad breue philoſophantes populo ſuperſtitionem opinionibus iam conſcriptam veritatem dogmatis proferre timuere. Noſter vero legiſlator opera præbens conſonis verbis ſuis nō

C ſolum his qui cum eo erant ſatiſfeci. Sed etiam qui ex illis ſemper erant naſcituri hoc immutabiliter inſpirauit: & cauſa legiſlationis ad vtilitatis modum ſemper adduxit. Non enim partem virtutis dei culturam dixit: ſed huius partes alias eſſe perſpexit atq; cōſtituit. Idem fortitudinem iuſticiam & in omnibus ciuium concordiam ad alterutros. Cūctæ namq; actiones & ſtudia vniuerſiq; ſermones ad diuinam referunt per omnia pietatem. Non enim hoc inexaminatum aut indefinitum vlterius dereliquit.

¶ Duo moralis diſciplinę modi quorum vnus ſermone doctor eſt alter excitatione morum quos Moyſes ambos multa diligentia complectit. cęteri vero legiſlatores vnum aſſumentes alterū reliquerunt. ſicut Lacedęmonij & Cretes moribus erudiebant non verbis. Athenienſes vero & pene omnes alij greci quę oportet agi ſuis legibus pcipiebant. aſſueſcere vero ad hęc operibus minime valuerūt. pręcepit autem Moyſes ſemel in ebdomada relicto opere populum ad legis auditionem cōgregari. Quibus itaq; Iudęus interrogatus facilius legem q̄ nomē ſuum recitabat. Nulluſq; eorum de deo ſer-

Laudes moyſi legiſlatoris ſup cęteros legiſlatores greços apud quos legis nomē non fuit cognitū &c.

Greçorū legiſlatores fallaces.

Infinitæ legum apd gētes differentię.

Moyſes deum eternū oim gubernatorem poſuit.

Pythagoras. Anaxagoras & Plato & Stoici quō diuinā cognouēūt naturam.

mones audet ꝓferre contrarios. Nihilq; nouum vel his quę antiquitus ſauciata ſunt contrariũ fas eſt illis cogitare. diuinę enim legis integritas ſacerdotibus eſt commiſſa. nulluſq; ſauctior eſt principatus cuius populus ſit ad pietatem ꝑparatus. Opera autẽ diuina omnibus ſunt manifeſta vniuſq; dei templum eſt vnum. hunc placant hoſtijs ſacerdotes quorum primus ſecundum genus deo cuſtodit lege de dubijs iudicans & punit lege conuictos. D

Capitulum ſextum.

Duo moralis diſcipline modi ſex verborum & mores quos moyſes ambos cõplectit.

VOs ſi quidem ſunt totius diſciplinę & moralis inſtitutiõis modi/ quorum vnus quidẽ ſermone doctor eſt. Alter vero excitatione morum quę cũ ita ſunt quidam legiſlatores ſentiendi ſunt diſcreti/ & alterum horum modum ſibi placitum aſſumentes alterũ reliquerunt. Sicuti Lacedęmonij quidem & Cretes moribus erudiebant/ non verbis. Athenienſes vero & pene omnes alij Gręci quę quidem oportet agi ꝑcipiebant ſuis legibus. Aſſueſcere vero ad hęc operibus minime valuere. Noſter autẽ legiſlator hæc ambo multa diligentia cooptauit. Nam nec exercitatione morum dimiſit non traditas/ neq; legis ſermone reliquit incõptas Sed mox a primo inchoans cibo & vnicuiq; dicto conueniẽte nihil neq; minimarum eſcarum ſub poteſtate voluntatis vtentium dereliquit. Sed & de cibis quibus conuenit abſtineri/ & qui ſumendi ſunt/ vel quę dięta communis eſſe videatur. Necnon & de operibus labore ſimul & requie. Terminum atq; regulam poſuit legem: quatenus veluti ſub patre atq; domino viuẽtes: neq; volentes quicq̃: neq; per ignorantiam deliquamus. Non enim ignorantibus pœnam poſuit. ſed optimam & neceſſariam correptionem monſtrauit legem. Quapropter non ſemel audire: nec ſecundo vel ſępius. Sed in vnaquaq; ſeptimana alia opera relinquentes: ad legis auditionem cõgregatiõ cepit vniuerſos eamq; perfecte condiſcere q; ſcilicet omnes legiſlatores reliquiſſe noſcuntur. Et intã tum plurimi hominum porro ſunt vt ſecundum ꝓprias viuant quia pene eas ignorant. Et cum peccauerint tunc agnoſcunt ab alijs quam legem probant eſſe pręuaricati. Sed etiam viri maxima cum gloria & principalia gubernantes ꝓfitentur ignorationem. Scitos nãq; ſibi faciunt aſſidere ad diſpoſationem rerum: & experimentum legis habentium. Noſtrorum vero quilibet cum leges interrogatur facilius q̃ nomen ſuum recitat. Vniuerſas quidem mox a primo ſenſu eas diſcentes in animo velut inſcriptas: & rarius quidem quilibet tranſgreditur. Impoſſibile autem eum ſuppliciũ deuitare peccantem. Hoc itaq; primum omnium mirabilem conſonantiam nobis inſtituit. Nam vnam quidem habere & eandem de deo ſectam: vita vero ac moribus differre nihil ab inuicem optimam moribus hominum poteſt cele brare concordiam. Apud nos etenim ſolos neq; de deo quilibet ſermones audet alterutris aduerſarios ſicut multa ſimilia apud alios fieri comprobantur. Cum non ſolum a fortuitis quod viſum fuerit vnicuiq; profertur. Sed etiam apud quoſdam Philoſophorum hoc crebro ꝓſumitur. Quando alij quidem totam dei naturam ſermonibus perimere tentauere. Alij vero eius ꝓuidentiam ab hominibus abſtulere. Neq; in ſtudijs vitæ a differentia vila cõſpicitur/ Sed communia quidem opera omnium apud nos exiſtunt. Vnus non de deo ſermo oncors eſt aſſerens illum cũcta reſpicere. ſed etiam de ipſius vitę ſtudijs. Et quoniam oportet omnia alia ad terminum diuinę pietatis adduci: a mulieribus noſtris & a ſeruis quilibet auerti Pro qua re illatas nobis calumnias a quibuſdam cur non exhibeamus viros inuentores nouorum operum ſeu verborum contigit oriri. Alij ſiquidem in nulla re paterna perdurare optimum eſſe putant: & pręcipue trãſgreſſoribus ſapientiæ robur aſſignant. Nos autem ediuerſo vnam eſſe prudentiam atq; virtutes exiſtimamus/ nihil pœnitus vel facere vel cogitare contrarium his quę antiquitus ſancita noſcuntur/ quod ſcilicet indicium legis eſt optimo fœdere conſtitutę. Nam ea quę nunc non habent modum experimento ſępe correpta redarguũtur. Apud nos autem qui credimus ab initio poſitam legem diuina voluntate nichil aliud pium eſt q̃ hanc ſub integritate reſeruare. Quis etenim eius quicq̃ mouere poteſt/ aut quid melius adinuenit vel qui ab alijs tanq̃ precellentius ad ſtatũ reipublicę noſtrę migrauit/ aut quę poterit eſſe melior atq; iuſtior q̃ ea quę deũ quidem principem omnium eſſe cõfirmat. Sacerdotibus autẽ in communi quidẽ res ꝑcipuas diſpenſare permittit. Summo vero pontifici aliorum ſacerdotum principatum cõpetenter iniungit. Quos vtiq; non diuitijs neq; alijs quibuſdam ſponaneis auiditatibus prœcellentes. Legiſlator ad culmen huius honoribus inſtituit. Sed quinq; ſapientia vel temperantia alijs prœſtare noſcuntur/ eis pręcipue culturam diuinę placationis coniunxit. Apud hos igitur & legis & aliorum ſtudiorum integra diligentia cuſtoditur. Cõtemplatores etenim omnium atq; iudices contentionum & punitores culpabilium ſacerdotũ eſſe decreti ſunt. Quis ergo principatus quod regnum erit hoc ſanctius vel qui honor deo potius cooptabitur cum omnis quidem populus ſit ꝑparatus ad pietatem? Summa vero diligentia ſacerdotibus ſit indicta & velut quędam feſtiuitas gubernetur vniuerſa reſpublica. Cum enim miniſteria ſua: numero paucorum dierum alienigenę cuſtodire nequiuerũt ea videlicet ſacrificia nominantes nos cum multa delectatione & in commutabili voluntate ſolẽni- E

Nihil nouũ vel his quę antiquitus ſancita ſunt cõtrariũ fas eſt iudeis cogitare.

Integritas diuinę legis ſacerdotibus commiſſa. Nullus ſanctior principatus illo cuius ꝑpls ſit ad pietatẽ ꝑparatus. F

A tatis opus per omne ſeruamus æuum. ¶ Quæ igitur ſunt præcepta vel interdicta ſimplicia ſiue nota dicamus. Primum quidem de deo eſt. Deus habet omnia prefectus beatiſſimus ipſe ſibi ſufficiens principium & medium & terminus. Inter oia operibus quidem & muneribus clarus & totius rei manifeſtus. forma vero & magnitudine nobis inenarrabilis Omnis nanq; materies cõparata ad huius imaginẽ licet ſit preciosa tamẽ promẽ cunctaq; ars ad illius imitatiõis inuentum extra eſſe artem cognoſcitur nihil ſimile neq; videmus neq; poſſumus ſuſpicari neq; conijcere. Sanctũ eſt videmus eius opera lumẽ/cęlum/ſolem/luuã/flumina/mare/aialium/ nationes/redditiones/fructum hæc deus fecit non manibus neq; laboribus neq; quibuſdã indiguit ſibi cooperantibus: ſed ipſo vidente bona repente facta ſunt. Bona nunc homines conuenit vniuerſos ſi qui eum quę placere exercitatione virtutis. ¶ Modus eum diuine placationis iſte ſanctiſſimus eſt. Vnum templum vnius dei commune omnium communis dei cunctorum. Gratum namq; ſemper eſt omne quod ſimile eſt. Huic placant quidem ſacerdotes ſemper. Præcedit vero iſtos primus ſecundum genus qui ante alios ſacerdotes ſacrificauit deo cuſtodiet leges/ de dubiis iudicabit/puniet lege conuictos. Huic quiſquis non obedit ſupplicio ſubiacebit tanq; qui in ipſo deo impie geſſerit. Hoſtias immolant/nõ ad crapulam noſtrã vel ebrietatẽ attinentes. Hæc eñ non placẽt deo quę res occaſio potius iniuriarũ ſimul &
B expenſarũ eſt. Deus eñ temperatos ordinatoſq; & boni generis diligit & vt p̃cipue ſacrificantes caſte viuamus. In ſacrificiis autẽ ꝓ cõmuni ſalute primũ oportet orare Deinde ſinguli pro ſemetipſis. Quomodo oẽs ſocij ſumus & qui hoc conſortiũ ſuæ vitæ p̃ponit maxie deo gratiſſimũ eſt/ſupplicatio vero fit ad deũ votis ac precibus nõ vt bona p̃ſtet nec enim ipſe ſponte cõtulit vniuerſis: & vno depoſuit: ſed vt hoc ſuſcipere valeamus ſuſcipientesq; ſeruemus: purificationes in ſacrificijs lex decreuit. Ex oi excubiſ excõicatione a muliere facta & alia multa conſcribere valde longiſſimum eſt.

¶ Lex matrimonium filiorum procreandorum cauſa inſtituit: vbi mulier viro eſt inferior omnẽ autem aliam prohibet hominum permixtionem adulteriumq; ſub pena mortis prohibetur: neq; in filiorum natiuitatibus epulationes aut ebrietatis occaſiones permittit ſed filios iubet etudiri. Mortuos quoq; iubet ſpoliendos honor parentibus poſt deum exibendus: & qui eos cõriſtat eſt lapidãdus. Arbiter munus accipiens morte moriatur mutuans vſuras non accipiat. Recipiendi quoq; in legum communicatione alieni lex erga hoſtes docet clementiam. Mors autem in pluribus cauſis pœna eſt tranſgreſſoribus. Similiter lex eſt ineuitabilis in ſeruis menſuris ponderibus ac de iuſta venditione. Iudei itaq; pro legis conſeruatione alacri animo paſſi ſunt mortem.

Capitulum ſeptimum

HIuſmodi ergo de deo & eius placatione ſermonibus eſt. Ipſe autẽ ſimul etiam lex eſt quoſdã aũt nouit lex permixtionẽ per naturam ad cõiugẽ ſi tamen pro filiorum cauſa procreandorum agatur. Maſculorũ vero in maſculos valde iudicauit inimicas & tẽtantes horum morte decreuit dignos. Nuberevero iubent non reſpicientes ad dotem neq; violenter arripere ſed neq; dolo vel fallacia ſuadere. Diſpenſationẽ vero potius fieri per eum cuius eſſe noſcitur poteſtatis & p̃ cognitionẽ oportunã. Mulier aũt inferior inquit eſt viro per oia. Obedit igitur non ad iniuriã ſed vt ſit ſub regimie conſtituta. Deus enim viro poteſtatẽ dedit Cum hac ergo coire decet maritũ ſolũmodo. Alterius vero experientiã habere nequiſſimũ. Si quis autẽ hoc egerit declinatio nulla mortis neq; vim fieri virgini alteri deſponſatæ neq; ſi ſuaſerit nuptę filios nutrire præcepit Vniuerſis autem mulieribus interdixit vel celare quod ſtatũ eſt vel aliam machinationem corrumpere filij Namq; mœchatrix eſt anima demoliens & genus imminens. Igitur ſiquis ad concubitum corruptionemq; tranſierit immundus oportet autẽ etiam poſt legalem commixtionem viri mulieris auari. Hoc enim partem anime polluere iudicauit inflata namq; corporibus vulneratur. Dum ob hoc fit aliquam propter purificationis cauſam talibus imperauit.
Sed neq; in filiorum natiuitatibus conceſſit epulationes aggregari & fieri occaſiones ebrietatis: ſed tẽperatum eſſe repente principium iuſſit; litteris erudiri propter leges & noſſe progenitorum actio-
C nes vt immittantur & cum legibus educati neq; tranſgrediantur neq; cogitationem ignorationis habere iudicentur. ¶ Proſpexit autem etiam funeribus mortuorum benęq; pręcioſe ad ſœpeliẽdum celebrantu exequię. Neq; inſignium fabrice ſepulchrorum ſed neceſſaria quidem circa prolationem funeris imperauit, domeſticos adimplere Omnibus autem viuentibus legitimum eſſe conſtituit vt aliquo moriente & concurrant & gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet etiam moneſticos funere celebrato vt longe procul ſit q̃ ſit videatur quis mundus eſſe cum fecerit homicidiũ. ¶ Parentum honorem poſt deum eſſe conſtituit & qui non repenſat eorum gratie ſed in qualibet pte contriſtat precepit eſſe lapidandum. Iubet etiam omnibus ſenioribus honorem iuuenes exibere quoniam cunctorum ſenior deus eſt. Nihil permittit cellebrandum apud amicos non enim amicitię

Ọpa diuina oibus nota.

Vnũ tẽplũ vnius dei.

Sacerdoti obediẽdũ q lege cõuictos pugnit et hoſtiis deũ placat.

Lex matrimoniſ.

Mulier viro inferior

Prohibet adulteriũ ſub pœna mortis

Lex in filiorũ natiitatibus nõ ꝓmittit epulatiões nec ebrietatis occaſiões. ſed iubet filios erudiri

Lex de mortuis ſepeliendis

Honor parẽtũ poſt deũ et q cõ

triſtat eſt lapidã dus &c.

Arbiter munus accipiẽs morte moriatur.

Mutuãsnõ accipiat vſuras

Recipiẽdi in legũ communicatiõe alieni.

Circa hoſtes clemẽtiam lex docet.

Morsi pluribus cauſis poena de mẽſuris & põderibus

De iniuria dei & parentum

Iudei alacri aiõ etiã morte ꝓ cõſeruatione legis paſſi ſunt.

ſunt apud eum cui omnia non creduntur. Et licet aliquę inimicitię prouenient: ꝓdita mẽsa rara prohibuit. Si quis arbiter munus accœpit: morte mulctatur. Deſpiciens quod iuſtum eſt: & auxiliũ reis offerens. Q̃d quiſq̃ non potuit non auferat: & aliena non tangat mutuans non accipia vſuras. Hęc & his multa ſimilia communionem continent noſtrorum inter alterutos. ¶ Quomodo autem etiam de domeſtica cura circa alienigenas habenda habuerit legiſlator referri dignũ eſt. Videbitur enĩ omnibus optime proſpexiſſe: deum eo ita ſentiẽte neq; propria corrumpimus. neq; participari rebus noſtris volentibus inuidemus. Quicunq; enim volunt ſub noſtras conuerſari leges accedentes ad ea cũ munificentia ſuſcepit non genere ſolummodo ſed etiam voluntate vitę putans eſſe conſortium. Eos autem qui tranſitorie miſceri ſolemnitatibus non alia tamen exhibenda conſtituit. Idem omnibus p̃bendum ignem/ aquã/ cibum/ iter oſtẽdere non ſpernere aliquẽ inſepultũ mitiſſime etiã cõtra hoſtes quę ſunt agenda ſanciuit vt neq; terra eorum exuratur. neq; arbores fertiles incidantur. ſed etiã ſpoliari eos qui in bello cecidere interdixit: & captiuos proſpexit quatenus eorum ammoueatur iniuria: & maxime fœminarum. Sic autem alũnos manſuetudinem atq; clemẽtiam ſtuduit edocere vt etiam de animalibus irrationabilibus non taceret ſed horũ tantummodo vtilitatem legitimam concedens ab omni nos alia cauſa prohibuit. Quęcũq; enim veluti ſupplicantia oriantur in domibus hoc interdixit occidi. Sed neq; parentes deniq; precepit auferri. Et licet inimica ſunt aĩalia eis tamẽ parcẽdũ eſſe ſanciuit. Sic vndiq; ea quę ad manſuetudinẽ pertinent obſeruauit. Doctrinalis quidẽ ſicuti prędictũ eſt legis vtens & alia rurſus contra tranſgreſſores punitionis ſine excuſatione defigẽs Damnũ nanq; in plurimis cauſis tranſgrediendum mors eſt. Si adulterium cõmiſerit aliquis ſuum puelle feœrit. Si maſculo turpe tentamentum preſumpſerit aut patiatur ſuſtinere tentatus. Similiter autẽ eſt lex ineuitabilis & in ſeruis ſed etiam de menſuris vel ſi quis de ponderibus dolum fuerit operatus & de iniuſta venditione ac fraude vel fide traxerit alienam rem: aut quod nõ potuit abſtulerit oĩmo dignum eſt vindicta nõ qualia apud alios ſed ne valde maiora De iniuria vero parentum vel impietate quę ſit in deo/ licet tentet hoc aliquis mox peribit. His itaq; ſecundũ legem vniuerſam honor tribuit̃ non argenti/ non auri neq; coronę capitis: aut cuiuſdã prædicande feſtiuitatis/ ſed vnuſquiſq; teſtem habens conſcientiã ſuam valde ꝓficit legiſlatore prophetãte/ & deo fidem condonãte firmiſſimam his qui ſeruauerunt leges: licet pro eis mori cõtingat aliquibus concurrunt alacri ad occaſum. Dedit enĩ deus rurſus fieri vt vita melior poſſit ex mutatione conferri Piget itaq; nunc hoc me conſcribere: niſi opera eſſent omnibus manifeſta. Quoniam multi & plerũq; olim noſtrorũ progenitorũ ne vel ſermonem ſolũmodo extra legẽ proferent: oĩa paſſi ſunt ſuſtinere viriliter vel ſi honorari contigit apud omnes homines noſtrã legẽ & voluntariã legis conſequentiam eſſe manifeſtã imbuebãt græcos maiores noſtri etiam extra regionẽ propriam cõſtituti huiuſmodi ſi quidẽ etiam habẽt & tã glorioſam de deo taleſq; leges multo ſęculo ſic firmiſſime cuſtodire omnes arbitror admirari propter frequentes apud nos factas mutationes.

¶ Plato philoſophię apud græcos mirabilis de re pu. conſcribens pene parentus de deo veram propter plebis ignorantiã dicit non eſſe ſecutũ proferre opinionẽ. Iudeorũ autẽ reſpu. amplius duobus milibus annis ante lacedemonios fuit qui propter rerum mutationes pene ſuarũ legũ obliti ſunt Iudeis nullo medio a ſuis legibus alienatis: prõpti enim ſemper fuerunt iudei in obſeruãdis legibus quorũ mos erat propria cuſtodire nõ aliena acuſare. Inuehit etiã Ioſephus in poetas qui quantos voluerunt deos poſuerunt diuerſis natiuitatibus procreatos alterũ fabrũ textricẽq; deã quoſdam ephoebus alios ſenes confingentes. Adulterũ quoq; deorũ mentiuntur in cælo quorũ quidem errorũ cauſa fuit veri dei ignorantia & data poetis mentiendi et pictoribus fingendi facultas

Plato apud græcos philo. mirabil̃ de repu. conſcribẽs pene pẽptus de deo verã ꝓpter plebis ignorãtiã nõ eẽ ſecurũ ꝓferre opinionẽ

Iudeorũ reſpu. ãplius duobus milibus ãnis añ

Capitulum octauum.

ENiq; eos qui ſcribere proxime de repu. & legibus tentauere tanq̃ de incredibilibus compoſitionibus quidam frequenter accuſant dicentes. quoniam impoſſibilia ſumpſerint argumenta. Et alios quidem relinquo philoſophos quicũq; huiuſmodi negocium in ſuis cõſcriptionibus habuere. Plato mirabilis apud græcos tanq̃ de honeſtate vitę præcedens & virtute ſermonuꝫ & perſuaſione philoſophiæ cunctos excellens ab his qui dicebant peſſimum eſſe de repu. conſcribere illuſus & diuulgatus pene peremptus eſt. Cum vtiq; qui illius verba cõſideraverit frequenter & facile reperiet quę etiam conſuetudini plurimorum proxima eſſe noſcunt. Ipſe ſiquidem Plato confeſſus eſt quia de deo veram opinionem propter ignorantiam plebis proferre ſecurũ non eſt. Sed platonis quidem verba vana eſſe putant & multa poteſtate eſſe compoſitas atq; conſcripta & maxime de legiſlatione prolata. Lygurgi vero mirantur & ſpartani cuncti cõcelebrant quoniã illorum legibus plurimo tempore perdurarunt. Ergo hoc manifeſtum virtutis inditum eſt in legibus permanere. Si vero Lacędemoniorum admirantur illorum tempus aſſumant ſcientes amplius

Plato.

Lygurgus

A duobus milibus annis nostram constitisse rempublicã & super hęc sciant quoniam Lacedęmonij q̃dem omni tempore quo apud se habuere libertatem prefecte viri sunt custodisse leges. Cum vero circa eos facte sunt fortunę mutationes pene cunctarum legum obliti sunt. Nos autem multis casibus euolutis propter regem Asiæ mutationes neq; in nouissimis malis venientes a legibus sumus alienati nonvocationis nec epulationis causas seruantes eas quando si quis considerare voluerit multi ampliori testimonio maiores excubias & labores nobis q̃ Lacedęmonijs videbit impositos. Illi siquidẽ operantes terram & neq; circa artes exercitiũ habentes sed ab omni operatione remissiores pingues & corpore pulchri in ciuitate degebant. Alijs ministris in omnibus vitę necessarijs rebus vtentes & cibum paratum ab illis accipientes solum opus bonum atq; clemens iudicantes ad faciendum & patiẽdum quatenus prevalerent aduersus omnes contra quos bella susciperent quia non neq; hoc adipisci potuerũt dicere superpono. Non enim singulis solummodo/sed multis frequẽter eorum subito legis precepta negligentes semetipsos cum armis hostibus tradere. Putas ne? & apud nos non dico tãti sed duo vel tres agniti sunt proditores effecti legum vel mortem non dico illam facile quę solet præiudicatibus euenire/sed eã quę cũ multa corporũ afflictione & multa crudelitate videtur accedere. Quam vt ego puto quidam prevalentes nobis non per odium subiectis imposuere si qui sunt homines/qui non tantũmodo esse credant pessimum si agere quicq̃ extra leges suas vel sermonem apud eos dicere cõpellãtur. Non tamen mirari decet si mortem formissime toleramus pro legibus & vltra alios vniuersos. Non enim quę leuia videntur nostris studijs alij facile patiuntur/hoc est operationem cibiq; simplicitatẽ/& vt mihi frustra neq; fortuito/quod quisq; desiderat vescatur/aut bibat aut ad concubitum quemlibet accedat aut splendide vestiatur aut sine nobilitate vacet. Sed illud attendendum est si gladijs vtentes & hostes ad inuasione fugantes precepta legis circa cibos nequaq̃ infringimus. Nobis itaq; gratũ est ꝓpter hęc legibus obedire & illis fortitudinis causas ostendere. ¶ Proinde Lysima
B chi & Molones & qutdẽ huiusmodi alij conscriptores improbi. Sophistę adolescentium deceptores quasi vehemẽter nobis prauissimis existentibus derogare contendunt. Ego nolem de legibus alienis examinationẽ efficere. Noster em̃ mos est propria custodire nõ aliena potius accusare. Et vt neq; irridere neq; blasphemare debeamus eis qui apud alios putãtur dij aperte nobis legislator interdixit ꝓpter ipsam appellationẽ De accusatoribus autem proiectiones suas nõ increpare volẽtibus taeendum nõ est. Cumvtiq; non a nobis nunc sermo compositus eos arguere videatur sed a multis probabiliter iã premissus. Quis igitur eorum qui apud grecos sapiẽtia sunt mirabiles non redarguit nobilissimos poetas & precipue legislatores? Quoniã huiusmodi sectas de deis ab initio populis inseruere? Dicentes eos & numero quidem quãtos ipsi volueret ex alterutris vero & diuersis natiuitatibus procreatos. Hos autẽ diuidentes locis habitaculis tanq̃ generationes animalium alios quidem sub terra alios in mari seniores autem eorum in tartaris vinctos esse dixere quibuscũq; distribuere. Cœlũ his sermone quidem patrẽ operibus autem tyrannum atq; dominum superposuere. Propterea aduersus eũ cõsti
C tuere insidias pervxorem & fratrem & filiam quam ex eius capite fingunt generatã vt alligãtes eum appenderent sicut ipse ille suum dicitur patrem. Hęc iuste accusatione digna conquerũtur qui sapiẽtia virtute præcellunt. Hic super hęc diridentes adijciunt. Si deorum alios quidem ephœbos & adolescentes alios autem seniores & barbaros esse credendum est alios constitutus superantes & quẽdã fabrum aliam vero textricẽ alijũ vero peregrinantẽ & cum hominibus contendentes. Alios autem cytharizantes aut arcu gaudentes. Deinde inter alterutros seditiones effectas & propter homines contentiones constitutas vt non solum a terutris manus mitterent sed etiam ab omnibus vulnerari ingerent malaq; perferrent & super omnia est luxuriosus si intemperantia permixtionis vterentur. Quomodo non erit incongruum amores & concupiscentias adv̄ uersos attingere simul masculos & ad fœminas Deinde fortissimus & primus eorum pater seductas a semetipso impregnatasq; mulieres diruptas submersasq; sperneret & eos qui ex eo sunt nati neq; liberare potest. Factos conscriptos neq; sine lachrymis eorum perferre mortes. Bona sunt hęc & his alia consequentia id est adulterio in cœloviso & sic impudenter a dijs celebrato vt iam alij zelare se poterentur tali passione conscripti. Quid enim alij facturi non essent dum neq; senior atq; rex valuisset impetum suũ a mulierũ permixtione retinere. Alij vero dum seruientes hominibus & nunc quidem ędificãtes causa mercedis nunc vero pascentes. Alij autem malignorum modo in ferro carcere colligati. Quę igitur sapientium talia non accũdant vt hoc componentes redarguant & multam stulticiam his credentium reprehendant. Alij vero ad terrorem quendam vel metum necnõ & rabiem atq; seductionem omnesq; pessimas passiones & formam in dei natura fingere presumpserę. Et horum quidem nobilioribus etiam ciuitate sacrificare suasere. Si quidem simulata necessitate consistunt vt quosdam deorum putent bonorum esse largitores. Alios autem vocant aduersarios quando eos veluti malignissimos homines muneribus atq;

Lysimachus Molenes.

Lacedæmonios fuit q̃ pœne legũ ꝓpter mutationes rerũ obliti sũt Iudęis a suis legibus nullo modo alienatis

Prõptitudo Iudęorũ ad obseruandas leges.

Mos Iudęorum ꝓpria custodire nõ aliena accusare.

Contra poetas quãtos ipsi voluere deos posuũrũt creatos. &c. Fabulę poetarũ de dijs suis & statibus eorum

Adulterij poetę mentiuntur Ioue. &c.

Ignorantia veri dei cā tātę iniq taris ē data poe tis atq; pictoribus mentiendi facultas.

donis placare contendunt magnum quoddam malum se suscepturos ab eis existimantes nisi mercedem eis studiose prębuerint. Quę igitur causa sit tantę huius iniquitatis atq; delicti circa deū. Ego q dem arbitror eo q; neq; veram dei naturam ab initio eorū legislatores agnouerint neq; quantū prędicere potuere perfectam sententiā diffinientes reipub. tradidere. Sed velut aliud quidam prauissimū reliquerunt dantes potestatem poetis si quidem vt quos vellent deos introducerent. Hęc omnia pati entes rhetoribus aut de republica scriberent & de peregrinis dijs decreta proferrent sed etiam pictores & gypso plaste in hoc apud grecos multam habuere potestatem vt vnusquisq; formam quā vellet secundū modū suae opinionis exponeret. Alter quidem ex luto quod vellet fingens. Aliusvero pigens opificis itaq; qui maxime putantur esse prędicti ebur & aurum habent ad hoc suę semp nouitatis argumentū. Proinde apud eos priores quidē dijs florentes honoribus senuerunt. Sic enim prosperendū est. Alijvero noui clā introducti religione potiunt & tęplorū alia quidē desolata alia vero nuper secundū eorū voluntatem ędificantur quapropter & arbitror e diuerso nosse magis indigent qualis facta sit circa deum & quomodo ei honor immobili religione seruetur.

¶ Iosephus Apolonium stultū vocat dicens vero philosophos de deo eum Iudeis concordes in opinione. Vnde plato Moysē imitatus nullū poetā in republica dicit recipiendū. Athenięnses vero cōmunē oībus suam ciuitatē gloriantes pręter illoꝝ legem de dijs loquentes grauissime punierunt. Socrates nāq; quia nouū deum referebat veneni poculo mulctatus est. Anaxagoras quoq; (quia solem) quem colebāt deū athenienssium (insensatū dicebat) morte dānatus est. Pythagoras etiā dubium de dijs conscripsisse accusatus nisi fugisset occidebatur. Scythę similiter Anacharsim philosophum inter emerūt quoniam deorum grecorum plenissimus ad eos venisse dicebat varia itaq; auctor gentilis arguit fatuitatem.

D

Capitulum nonum.

B

Apollonū stultum vocat. Veri philosophide deo lude is in opinione cōcordes Plato moysē imitatus nullū poetā, i republ. dicit recipiendum.

Apollonius si quidē Molon vnus fuit stultorū atq; tumentiū. Eos aūt equivere in greco philosophati sunt neq; predictorū aliquid latuit neq; frigidæ allegoriæ causas ignorauere. Quapropter illos quidē iuste spernere, & circa verā decretę circa deū opinionē nobis fuere cōcordes. Q d plato respicies neq; vllū quēq; poetarū dicit i repub. eē suscipiendū & Homerꝝ honorabiliter admonet fanū ei cōstituiens & vnguēta supfundēs, ne rectā opinionē de deo fabulis forte destrueret. Prędicę nāq; Plato nīm legislatorē imitatus, licet nullā eruditionem huiusmodi suis ciuibus impetrasset, idest vt oēs pfecte discerent leges, vt ne fortuite aliquid extraneorū ciuibus miscerent sed esset pura respub. & in legū custodia p duraret. Horū nihil cogitās Apollonius Molon nos voluit accusare qm nō recepimus eos q alijs sunt opinionibus prędoccupati neq; de deo cōmunicari patimur eis quia alia vitę cōsuetudine degere cū neq; hoc proprīū nostrū sit sed cōmune cūctorū nō modo rep sed etiam qui inter grecos cautissimi fuisse noscunt. Lacedæmonij nāq; peregrinos etiā expellebant corruptionē extra leges ex vtroq; metuentes. Illorum igitur citius sequicia poterit quilibet arguere q nulli neq; conuersationis neq; cohabitationis suę participū exhibebant. Nos aūt aliorum quidem rez zelare non sinit participare vero cupientes quae sunt nostra libenter suscipimus, quod vtiq; reor indicio magnanimitatis atq; clementię. Sed desino iā de Lacedęmonijs amplius disputare. ¶ Athenienses vero qui cōmunē esse suā gloriantur omnibus ciuitatem quomodo de his rebus habuerit Apollonius ignorare. Hi namq; velverbo solum modo prēter illorū legem de dijs loquentes ineuitabiliter punierunt. Cuius etenim rei gratia. Socrates est mortuus, non enim hostibus tradidit ciuitatē neq; tępla vastauit, sed quia noua iuramenta iurauit & quoddā dæmoniū significans se referebat seorsum ludēs sicuti quidam dicunt. Propter hoc veneni poculo morte mulctatus est. Insuper etiam corrūpere iuuenes eum accusator aiebat & conuersationē patriæ legesq; contēnere. Et socrates quidem ciuis Athenięnsis huiusmodi tormenta sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius fuit. et quia existimantibus Athenięnsibus solem esse deū ille eum insensatū & ignotū asseruit, paucorum sententia morte dānatus est & aduersus Diagorā Melium talentum decreuerunt. Si quis occiderit eum quoniam eoꝝ mysteria deridere ferebat. Pythagoras aūt nisi cito fugisset cōprehensus occideret eo q; dubium de dijs Athenięnsiū cōscripsisse putabantur. Quod oportet mirari si circa viros fide dignos talia gessisse noscantur qui neq; mulieribus pepercere. ¶ Nunc enim sacerdotē quendā quoniam eum quidā accusauit peregrinos colere deos decretum aduersus eos qui peregrinū introducerēt deū supplicīū mortis inferebatur. Igitur qui tali legevtebantur palam est eo q; aliorū non crederent esse deos. Non enim si crederēt aliquibus inuiderent, quasi quiddā matus habentibus. Sic hisvero cędibus congaudentes humanis & paululū differentes a bestijs arbitrantur, tamen sua mysteria oportere esse custodięda, & Anacharsim sapiętia mirabilē Scythę grecis aduenientē interemerūt quoniam videbatur greco rum deorū ad eos venisse plenissimus. ¶ Multos aūt apud Persas quilibet inueniet etiam pro eadē causa

apollonius molon

Plato.

Athenięnses oibus cōem suā ciuitatē gḷiabant Socrates veneni poculo mulctatus quia nouū deū referebat.

Socrates.

anaxagoras q; a solē (quē deum athenięnses colebant) insensatū dixit morte dānatus est.

anaxagoras.

Pythagoras.

Scythæ anacharsim philosophum intere

Anacharsis

A tormen[illegible] affectos. Sed palam est quoniã Apollonius Persarũ legibus congaudebat illosq; mirabat. Quippe cum greci totũ fortitudinẽ atq; cõcordiãvnanimitatis quam habuere de diis/hãc scilicet fortitudinẽ quã in tẽplis eorũ cõcrematis habuerũt. Is etiã studiosꝰ oim imitator extitit. Persicorumvxoribus alienis cõtumelias faciens filiosq; concidens. Apud nos aũt mors decreta est si quis vel irrationabilia mala hoc modo noceat & ab his legibus nos abducere neq; timor potuit prępotentium potestatũ/neq; zelus eorum qui apud alios honorantur sed neq; fortitudinẽ ideo exercemus vt bella auaricię causa suscipiamus sed vt legũ iura seruemus/& dũ talia detrimẽta litie sustineamus si quos de legibus mouere tẽrauerint: tunc etiãvltravirtutẽ rebellare contendimus & vsq; ad calamitates nouissimas perduramus. Cur itaq; nõ zelemus leges/cũ eas neq; a legislatoribus suis seruatas esse videamus Vel quomodo Lacedęmonij non erant de ipermixta sui cõuersatione reprehẽdi/ & de defectu pariter nuptiarꝝ. Vliacivero & Thebei coitũ impudentẽ & extra naturã olim masculos agebat/& optime atqꝫ vtiliter facere se putabant. ergo cum ipsi omnino rebus afficerent etiam suis legibus miscuere/qđ tantum aliquando valuit apud Grecos vt etiam diis suis masculorum concubitum applicarent. Itaq; deniq; germanorum nuptias retulere. Huiusmodi satisfactionem rerum incongruarum & extra naturam pro libidine componentes.

Mer ẽt qm̃ deorũ grecoꝰ plenissimus ad eos dicebat venisse.

Fatuitatẽ gentiliũ redarguit.

¶ Plurimi legislatores malignis hoibus absolutiões malorum dederũt. Lex vero a Iudęis vsq; ad mortẽ seruatur. et cum vetustas temporis verissima oim sit probatio. hic concludit Iosephus legem Moysi sup omnes optimã quę omnes obligauit sed & hic ipsius legis fecit mentionẽ vt de ea ipudenter loquẽtes arguat & cũ ipse leges de se ferãt testimoniũ q̃ pie sunt bellũ ꝓ auaricia nesciẽtes opus suũ contra Appiones & Melones terminat mendaces. ¶ Capitulum decimum.

Malignis hoibus plurimi legislatores absolutiões dederũt Lex a Iudęis seruat vsq; ad mortem.

B Esino nũc de supplicijs dicere & quãtas ab initio prębuerint plurimi lagislatores absolutiões malignis hoibus in adulterio quidẽ pecuniarũ in corruptione autẽ etiã nuptias sentientes. Quantas aũt occasiones cõtineãt de abnegatiõe pietatis examinare lõgissimũ est. Iã em̃ apud plurimos olim meditatio facta est trãsgrediẽdi leges qđ nõ agitur apud nos qñ ꝓpter eas & diuitijs & ciuitatibus & bonis alijs priuati sumus Lex aũt apud nos seruatur vsq; ad mortẽ. Nullius vero Iudeorũ neq; si ꝑcul abeat & prouinciam ob regem q̃ acerbũ sic metuit vltra illum legis videat timere ꝑceptũ. Igit si ꝓpter virtutẽ legum taliter apud eos sumus: concedant qm̃ potentissimas leges habemus. Si vero circa prauas nos leges iudicant perdurare: quid ipsius iustis me nõ patiant meliores non custodientes ope sanctionis? Quia igitur lõginquitas tẽporis verissima credit omniũ esse ꝓbatio. Hinc ergo testem facio virtutem legislatoris nostri: & opinionis quã ille de deo cõtradicit. Nam cũ sit infinitũ tẽpus si quis: & cunctis alijs semper hominibus zelum sui potius prębuerũt. Primi quippe Grecorũ ad faciem quidem iura patriæ conseruabant. Ipsis aũt rebus philosophiæ quę tractatu illa secuti sunt, De deo similia sapientes humilitateq; vitę cõmunionẽ inter alterutros edoctes. Sed etiã populis oli multus fuit zelus nr̃as maxima pietate culturę nomen est. Itaq; pietas Græcorũ nec vllus quisq̃ barbarus nec vna gens vbi seminanę in quavacamus cõsuetudo minime discurrit: atq; ieunia & candalabroꝝ incẽdia: sed etiã ciborũ apud nos solẽnia plurima apud multos iugiter obseruare conantur/ Insuper imitari etiã concordiã quã nos inter alterutros obtinemus: & rerũ participari suarũ & operũ dilectionẽ in actibus & pdurationẽ necessitatũ habere ꝓ legibus. Illud enim mirabilius est qa pręter ipulsorẽ huius obseruationis ipsa per se lex homines ita valuit obligare & quẽadmodũ deus in vniuerso mundo cõsistit ita lex p cũctos ãbulauit. Vnusq;q; enim si suã regionẽ domũq; conspicit his quę discunt̃ recessauit. Oportet igitur cunctorum hominum malitiam reprehendere aut enim volunt nos isti aliena & prava iura ante propria & meliora zelari aut certe si hoc nolũt quiescãt nobis per inuidiã accusatiões igerere. Nõ em̃ ꝓ

Vetustas tpis verissima oim probatio hinc colligit legẽ moysi sup oẽs optimã

Lex omẽs obligauit.

C cuiuslibet maliuolẽtia defendimus hãc causã sed nr̃m honoramus legislatorẽ atq; credimus quæ ab illo ꝓphęta de deo sunt. Deniq; nisi intelligeremus ipsi virtutẽ legũ nunq̃ magna sapere sup his tantus populus zelatur. Sed de legibus quidẽ & de repu. nostra certissimã feci rationẽ in his quę de antiqtate cõscripsi. Nũc aũt eoꝝ nemini quantũ necessariũ fuit neq; aliorũ vituperare iura neq; nr̃a laudare proponens sed hoc agens vt de nobis iuste cõscribẽtes & cõtra ipsã veritatẽ ipudẽtissime cõtẽdẽtes arguerẽ. Arbitror itaq; per hãc cõscriptionẽ abundãter me quę ꝓmisi cõplesse. Deniq; in principio demõstraui genus accusatorũ esse certissimũ atq; nouũ & multos veterũ in cõscriptionibus suis memoriam habẽtiũ nostri ex illis testes exhibui. Dixere itaq; Aegyptios fuisse progenitores nostros & ostẽsũ est quia in ęgyptũ venerint aliũde. Deinde sunt mentiti quoniã exinde ꝓpter dadẽ corporis sint repulsi & apparuit quãtũ voluntate & magnitudine fortitudinis ad propria sui reuersi. Alij vero tanq̃ nequissimo viro legislatori nostro derogare cõtendunt. Cuius virtuti dudũ quid ipse post illum

Causaquare leges Iudęorũ in hoc opere reclauerit.

epylogus prędictorum.

Leges de semet ipis testimoniū dāt q̄ sunt pie belli causę ama ticię nescientes

Notāda sētētia.

tēpus vero longissimum perhibet testimoniū. De legibus autem loqui ăpliori sermone non fuit opus. Ipsę nāq; per semetipsas apparuere pię & verissimā habentes intentionem & non ad humanum odiū sed ad rerum communionē potius inuitantes iniquitatum inimicę cultricesq; iusticię segnicia est. Et multas expensas procul abiscientes sufficientiā & amorem laboris erudientes bellum causa auaricię nescientes. Fortes aūt p se esse populo prępparantes ad supplicia retribuenda semper ineuitabiles verbis nequaq̄ circūueniri possibiles prępparationes semp operibus exequētes. Hęc enim nos semp opera manifestiora litteris exhibemus. Quapropter ego cōfidēs dico quia multarū atq; meliorū rerum nos potius q̄ aliį pręceptores sumus. Quid enī intranscensibili pietate melius est? quid iustius q̄ legibus obedire? quid vtenius q̄ in alterutrosvnanimes esse? Et neq; in calamitatibus ab inuicem recedere neq; tempore fœlicitatum per iniurias discrepare sed in bello quidem mortem contemnere in pacevero artibus aut agriculturę vacare & semper & vbiq; credere deum respicere & solum omnia gubernare. Hęc igitur si quidem apud alios aut scripta sunt primitus aut seruata firmiorē debemus nos gratiam illis tanq̄ eorum facti discipuli vero nequaq̄ primitus extitere. His prępcipue nos vtētes cognoscimus & primam eorum inuentionem nostram fuisse declaramus. Appiones igitur & Molones & quicunq; mendacij derogatione congaudent coniuncti procul abscedant. Tibi autem Epaphrodite veritatem maxime diligenti & per te similia nosse de nostro genere cogitantibus hic libellus conscriptus esse dinoscitur.

Cōcludit cōtra Appiōes & melones mēdaces.

¶DEO GRATIAS.

¶DIVI HIERONIMI testimonium de scientia & ingenio nostri Iosephi in tractatu de viris illustribus qui inter cętera dicitur ipsum ob ingenij gloriam statuam Romæ in foro meruisse. Et alibi de eōdem ait Iosephus antiquitatem Iudaici populi approbans duos libros contra Appionem grammaticum alexandrinum scripsit. & tanta secularia profert testimonia vt mihi miraculum subeat quomodo vir hebręus ab infantia sacris literis eruditus cunctam grecorum bibliotecam euoluerit.

¶Exaratum habes (candide lector) Flauium Iosephum historicum illustrissimum de Antiquitatibus bellog; Iudaico necnon de antiqua iudæorum origine per venerabilem Rufinum presbyterum De greco in latinum traductum. Ante hac quidem mendosæ impressum ac in infinitis ferme locis depravatū. Nunc vero per grauissimum atq; profundissimū sacrę paginę Professorem magistrū Robertū Goullet nō sine multa lucubratione ingētiq; labore in statū suum pristinum restitutus exemtus & vbiq; accuratissime emendatus Adiectis singulorum capitum compendiosis argumentis eum annotatiunculis per q̄ vtilibus in margine collocatis necnon cum concordantijs non solum eorūdem librorum inter se Sed etiam biblię egesippi ac hystorię scolastice vbiq; idē cū Iosepho pertractant. Impressus quidem industria probi viri Anthonij bonnemere in impressoria arte peritissimi ac librarij Impensis vero honestorum virorum Ioannis petit & Francisci regnault bibliopolarum Anno domini Millesimo quingentesimo decimonono Kalendis Aprilis.

¶FINIS.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

¶ In presentis compendii commendationē Iohannis de Gouy Morinensis Epigramma.

¶ Tempora quisquis amat longi discretus æui
Noscere, vel fluxos rursus habere dies:
Aut veterum quænam fuerit prosapia Regum
Sceptraq; quot soles regia quisq; tulit:
Quas aquilo: quas eurus habet: quas cyrthius vrbes
Quasq; feras tumidis irrigat auster aquis:
Hęc lege succincti (moneo) compendia libri:
Splendidā quę terso pollice gesta notant
Aetatum cernes discrimina multaq; vitę
Signa: dabunt mores dexteritasq; patrum.
Regnorum siquidem casus regumq; propago
Premia longeuę prosperitatis alunt.
Ficta nec hic vani pingunt mendacia fuci,
At solum: quicquid littera vera: docet.
Multa igitur noster tollatur laude Robertus,
Peruigili cuius munere tanta patent.
Nam quęcunq; tenent prolixa volumina longo
Contextu: paucis conferet iste liber.
Talia quid prestat studij constantia sensus
In tenebris pernox assiduusq; labor.
Singula fœlici genuit quę neustria fato
Paladis vt largas multiplicaret opes.

¶ FINIS LAVS DEO.

Habes candide lector preclara Josephi iudei historici opera vberrime: a profundissimo Theologię professore sic vt premissum est elaborata opera & impensis Francisci Regnault & Iohānis Petit Librarijs Impressa: & ab innumeris erroribus quibus antea scatebant tersa atq; castigata: ne sis ergo ingratus preces altissimo fundito pro eo qui prędicta opera ad communem hominum vtilitatem: non sine magnis vigilijs & accurato labore excoluit: ac ipsos bibliopolas qui in hoc opere magnos fecerūt impēsas liberali emptiōe subleuato qđ si feceris michi credo magis tibi ꝓderit hic liber in Biblioteca q̄ nūmus in archa. Vale impressum Parrhisij. Anno Dñi. M. quingentesimo decimonono: penultima Maij.